Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE V. E. II ROMA
6
34
H
20

Coll. Rom. Soc. Jesu. cat. inscr.

ELVCIDATIO IN OMNES EPISTOLAS

Apoſtolicas, quatuordecim Paulinas, & Canonicas ſeptẽ, vna cum textu ad marginẽ adiecto & ita commode diſtributo, vt vnaquæq; text⁹ particula ſuæ elucidationi ex aduerſo reſpondeat, iuxta veritatem veteris & vulgatę æditionis, additis argumentis, quæ & Epitomatum vice eſſe poſſint, totã Epiſtolarum ſubſtantiã, iuxta ordinem ſingulorum Capitũ, ſummatim complectentibus, Per fratrem Franciſcum Titelmanum Haſſellenſem, ordinis Fratrum Minorum, ſacrarum ſcripturarum apud Louanienſes Prælectorem, ex ipſa authoris recognitiõe iam denuo typis excuſa.

PARISIIS

1532

6. 34. H. 20

¶AD LECTOREM PRAEMONITIO

QVisquis ex noſtris Elucidationibus
fructum quæris Chriſtiane lector
hic tibi ordo erit ſeruandus, vt pri-
ipſa textus verba quorum requiris
intelligentiam, per ſe legas atque ite-
rum legas, etiam ſi non intelligas.
Deinde, cum ipſa textus verba ſim-
pliciter ſic conſiderata, menti leni-
ter impreſſeris, ad Elucidationem tranſiens, & ipſam
per ſe legas attente, ſine textus collatione, ac in ſimplici
eius lectione tātiſper immorare, vſque dum eius vim at-
que ſententiam, pro tuo captu: plene comprehenderis.
Tum demum ad collationem accendens, textus ver-
ba cum Elucidatitionis ſententia conferas. Vbi perpen-
dendum erit exacto iudicio, quo nam modo Elucidatio
idem habeat, quod textus, iterumque textus, quibus ſub
verbis dicat, quod ſecundum ſententiam verbis aliis ha-
bet Elucidatio Conſiderandum qnoque, quid in textu po
ſitum inueniatur, quantum ad intelligentiam ſupra tex-
tus, verba adiiciantur, quod tibi textualis diuiſio & per
ſingulas particulas diſtributio, facile indicabit. Frequen
ter enim abiicimus quę non reperiuntur in textu, ſiue ꝓ
pter ſententiarū conſequentiam & verborum connexio
nem demonſtrādam, ſiue gratia ſupplendi quæ deerāt
& quæ erāt mutila ſua integritate perficienda, ſiue cau
ſa illuſtrandæ ſeutentię, aut alia aliqua conſimili ratio-
ne. Sic tamen hac in re temperatū eſt, vt non nimis mul
ta temere adiicerentur, ne Commentarios potius quam
Elucidationem exhiberemus. Hunc ordinem qui obſer
uauerit, forte Dei gratia aſſiſtente, vtilitatis uō nihil re-
ferre poterit, ex iis quæ ſunt ex eadem Dei gratia per
nos deſcripta. Contra vero, ſi hoc ordine naturæ & di-
ſciplinæ perturbato, non prælecta neque textus neque Elu-
cidationis ſerie, ea velis componere & ad inuicem com

parare, quæ non ſunt diuiſim prius & ſeparatim expenſa, vereor ne ordine neglecto, qui in omnibus rebus potiſſimum autem in ratione, ſtudij plurimum habet momenti, fruſtra in re alio qui perutili, ſine fructu laborē inſumas. Quam rem cum ſecundum Chriſtianam charitatem nulli optemus, iuſtum ac neceſſarium putauimꝰ iſta p̄monere. In Deo bene Vale, & noſtros labores, ſanctis tuis ante Deum orationibus, adiuua ac conſolare.

¶ARGVMENTVM ELVCIDATOrium in Epiſtolam ad Romanos Beati Pauli Apoſtoli.

CVM apud Romanos, commixti pariter gētiles atq; Iudæi, odioſis contentionibus vacarent, atq; inuicem præterri vellent in Euangelij gratia, Iudæis patribus ſuis peculiariter factas promiſſiones adducentibus, atq; ob hoc gentiles contemnentibus. Gentibus cōtrario, ingratitudinem & infidelitatem in exprobrationem illis obijcientibus, Iudæis iterum exiſtimantibus, ad ſuā legem debere tranſire, eos qui ſaluari vellent ex gentibꝰ contra gentilibus legem noxiam eſſe ac ſuperſtitioſam reputantibus, ſicq; erga inuicē perfecti nō eſſent in Charitate Chriſtiana. Paulus Apoſtolus fama accepta de bonis illorum initijs, dolens has inter eos diſſenſiones & quæſtiones agitari, epiſtola decreuit facere finem contē tionibus. In qua id potiſſimum agit, vt vtriq; populo demonſtret ex ſua cōditione ſalutem non eſſe, id eſt, nec Iudæo ex ſuo Iudaiſmo, nec gentili ex ſua gentilitate, ſed omnes debere peccatorum remiſſionem, & verā quæ coram Deo eſt iuſtitiā, per ſolam gratiam Dei, ex fide Chriſti expectare, & in euangelij negocio, omnes

qui credunt pares eſſe quantum ad ſalutem, Ita vt nihil vltra contra inuicem gloriari aut contendere debeant ꝓ ſuis ſuperſtitionibus, aut corporalibus obſeruantijs, neq; inuicem iudicare aut contemnere, ſed in pace, & vnitate viuere, per charitatis manſuetudinem inuicem tolerantes in mutuis imperfectionibus. Atque hoc quidem, totius Epiſtolæ, caput eſt. Quo tamen clarior fiat Epiſtola, quæ tota eſt obſcuritatibus plena, per ſingula capita diſcurrentes, velut Epitomate eam complecti tentabimus. In primo itaque capitulo, poſt ſui Apoſtolatus expoſitum miniſterium, & imprecatam illis gratiam, familiaria quædam amice præfatus: de illorum audita bona fama, & excuſatione ꝙ hactenus eos non viſerit, cum ſit omnibus debitor, nec erubeſcat dei Euangelium: mox tranſit, occaſione iuſtitiæ Dei quæ in Euangelio reuelata eſt, ad gentium horrēda facinora, in q̄ propter ſuam ingratitudinem, Deo permittente, turpiſſima & fœdiſſima ſunt prolapſi, commemoranda: quoniam Deum quem ex creaturis ſufficienter agnoſcere potuerāt, imo & agnouerant, non vt oportebat coluerunt, diuinum honorem idolis exhibētes, In cuius pœnam, ad reliqua quotur piſſima & innaturalia vicia, Deo permittente, traditos dicit, quæ & particulatim plurima enumerat. Atq; in hoc totum perficit primum capitulum. His vero ſic confuſis gentilibus. Capite ſecundo: primum quidem occulte, deinde apertius, Iudæos quoq; humiliat, & peccato non carere demonſtrat, cum alios, nempe gentiles, iudicent, & propter peccata contemnant, in quibus ipſoſmet etiam reos inueniri conſtat: quos impoſſibile eſt Dei effugere venturum contra omnes male agentes iudicium tametſi Iudæi legem a Deo ſcriptam acceperint Quomodo enim gentilibus ad ſalutem non obeſt, ꝙ legem ſcriptam non acceperint, dum ſaluari poſſunt ex lege naturæ quæ eis ineſt: ſi nec illis prodeſt vt non condēnentur, eadem quæ illi agentes mala, ꝙ legem ſcriptam teneant, ſi opere non impleant. Cum & præputiatus iu

ſticias legis ex na turali dictamine cōſcientiæ cuſtodiens apud Deum iuſtus habeatur, ac ſpiritualiter circunciſus & circunciſus corpore, legis iuſticias non obſeruans, apud Deum habeatur incircunciſus. Quoniam vero hiſce verbis viſus eſt incircunciſos gentiles æquare Iudæis cir cūciſis, Tertio cap. obijcit quęſtionē ac ſoluit, quid iudęi ex ſua habeant circunciſione, præ gentilibus, dicens, non parum illud eſſe, quod ſoli ipſi, Dei acceperint eloquia, Prophetarum videlicet teſtimonia, & patrum promiſſiones. Nec infidelitatem dicit obſtare quorundam, quó minus implenda ſint eloquia promiſſionum Dei, cum ſit Deus verax & fidelis, & eo magis, quo erga nos quoque, omnes corruptione naturæ vanos & mendaces, ſuā fidelitatē ſeruat: ſic vt hęc noſtra īfidelitate Dei clarificet veritas, obiter quęſtionē mouens ex huius verbi occaſione, quur iuſtus Deus iram pro peccatis inferat, ſi vt ex hoc videtur quod prædictum eſt per noſtram iniuſticiā Dei iuſticia glorificet, Sed eam quęſtionem inabſolutā relinquit, quod & alias ſæpe facit, potiſſimum cum de diuinis loquitur iudicijs cuiuſmodi & hoc eſt quod modo quæritur. Reſumit tamen hanc quęſtionem ſecundum virtutem ſexto capitulo, & vtcunque ſoluit. Dicit autem, quæſtione illa dimiſſa, in nullo Iudæos gentibus quantum ad ſalutem præſtare, ſed omnes peccato factos obnoxios, quomodo de Iudæis peculiariter ex Pſalmi teſtimonio demonſtrat, egere Dei miſericordia & vt in eis ipſe glorificetur, iuſtificando gratis per gratiam ſuam ex fide per quam omnem dicit Iudęorum illam vanam gloriationem ſublatam, poſtq̄ per Dei gratiam & fidem Iudæos & gentes ex æquo iuſtificare & ſaluare decreuit communis omnium dominus. Nec tamen legis vult haberi deſtructor PAVLVS, ſed magis confirmator & conſummator. Quarto deinde Capitulo iterum ſibijpſi quæſtionem mouet, quidnam ſit quod Abraham velut pro magno dono circunciſio-

nem, accepit, ſi nihil ex hoc amplius babeat Iudeus apud Deum qui gentilis. Ac primum quidem prȩmittendo declarat, tum ratione tum ſcriptura: Abraham non ex cõdigno operum ſuorum merito (quod perciliosi ac arrogantes quȩrebant Iudȩi per ſuas obſeruantias) ſed per ſidem fuiſſe iuſtificatum, etiam priuſquam circunciſionē accepiſſet, Vnde euidens eſt, circunciſionem illi nõ dediſſe iuſticiam, ſed ſignum tantum fuiſſe iuſticiȩ ſibi, & ſuȩ genti peculiariter datum. Cum tamen Abraam ante illud ſignum vere iuſtus dictus ſit in ſcriptura, & habitus apud Deum, clarum eſt etiam modo fieri poſſe, vt gentilis ſine circunciſione iuſtiſiceturr, eodem modo quo abrahan tunc fuit iuſtificatus per fidem. Vnde duplices eius filios diſtinguens, Abrahã facit patrem non ſolum carnalium Iudȩorum, ſed omnium etiam fidelium qui eius imitantur fidem, Neq; per legem dicit illum accepiſſe promiſſionem ſuo ſemini adimplendam, ſed per fidem per quam etiam filij eius ſecundum ſpiritum omnes, ſalutem conſequi poterunt. Vbi & fidem Abrahȩ declarans mire eam prȩdicat atq; commandat: quam & nobis dicit ad iuſticiam reputari, ſi in Chriſtũ qui deuicta morte, ac noſtram iuſtificationem reſurexit a mortuis credidimus, Propter quod quinto capitulo, omnib⁹ per Chriſtum facta ſalute, monet pacem habere ad Deum omiſſa omni fiducia carnali, in ſola ſpe nixos glorię filiorũ Dei quȩ omnibus eſt communis. Cuius ſpe etiã in tribulationibus quȩ pro fide Chriſti obueniunt. magniſice gloriamur ſcientes bonum patientiȩ fructum in ſpȩ quȩ nunquam confundit, propter pignus ſpiritus quod accepimus Quod ex eo declarat quoniam ſi tunc cum nondũ eſſent ablata peccata mundi, Deus homo fieri & pro hominib⁹ mori dignatus eſt: multo magis nunc. peccatis mundi expiatis, & facta reconciliatione, ſalutem ſperare poſſuut & debent fideles, neque poterunt recte ſperantes confundi. Et quia de expiatione peccatorum & facta recõ-

ciliatione per Chriſtum in generalitate dixerat pergit ſpecialius quomodo id factum fuerit pertractare. Et vt cõtrarijs iuxta ſe poſitis res fiat clarior, Adam veterem primum parentem, per ſuam inobedientiam originali peccato commaculantem omnes poſteros, qui erant in lumbis eius, & in eo tanq̃ in maſſa, comparat cum Chriſto nouo Adam, qui per ſuam perfectam obedientiam, omnibus in ſe credentib9 cõtulit pfectã iuſtitiã, & a veteris Adę ſpurcitijs expurgauit, & omnes in pace cum Deo conſtituit: quomodo ille vnus miſerat omnes ſub iram Dei, a qua legem dicit liberare non potuiſſe ſuos obſeruatores, a deo vt per eius occaſionem etiam excreuerit delicta. Capite vero ſexto, quęſtione propoſita ex prædictis, & ea quam capite tertio reliquerat inſolutã, modo qnodam reſumpta, an in peccato ſit permanẽdum vt gratia Dei abundet, vtq; magis clarificetur gloria Dei: reſpondet nequaquam conuenire, vt qui ſemel peccato ſit mortu9, & per baptiſmũ in Chriſti morte ſepultus, ad ante actę malę vite priſtina opera redat, ſed tantum vt in nouitate vitę ad opera bona cum Chriſto reſurgat: ſciens ſe peccato mortuum, Deo debere de cætero viuere, vt non vltra regnet peccatum in carne: & corpora quę prius ad iniquitatem exhibebantur patrandam iam exhibeantur ad operandam iuſticiam. Neq; enĩ ideo facilius peccare debemus, quod ſub gratia ſumus ſcientes nos ſemel per gratiam Dei liberos factos a ſeruitute peccati, ſeruos noſipſos addixiſſe iuſtitiæ, cui proinde nunc poſt conuerſionem oportet corpora noſtra ſeruire, quemadmodum ante ſeruiebant immundiciæ & concupiſcentiæ. Atq; eo etiam magis, quo hæc, item pe iniuſtitia, ſuis ſeruitoribus mortem æternam confert in ſtipendium, & mercedis præterea nihil. Iuſticia vero ex Dei liberalitate, & modo fructum ſanctificationem, & in futuro finem optimum vitam æternam, ſuis donat ſectatoribus. In ſequentibus vero duobus capitulis, quo

modo a duabus legibus per Chriſtum ſumus liberati, ad ſeruiendum legi nouæ Euangelicæ, declarat. Et primum quidem ſeptimi capitis initio, de lege veteri, ſub comparatione mulieris quæ a viri lege per mortem eiꝰ abſoluitur. nos docet per mortem CHRISTI legi ſubtractos, ad ſeruiendum Chriſto in libertate legis Euangelicæ, eo ꝙ per mortem Chriſti mortificata ius priſtinum perdiderit obligationis. Quam ipſe legem mortis nominat, non quod ipſa peccatum ſit aut malum, aut quaſi per ſeipſam ſit mortifera, ſed quia per occaſionem dum peccata demonſtrat, & gratiam auxiliantem non præbet, propter concupiſcentiæ peruerſitatem ad mala incitat, dum nitimur in vetitum ſemper, cupimuſq; negata, legem quidem, vt ſanctam: nequaq̄ accuſans, ſed corruptum ſenſualem appetitum in carne inhabitantem, qui etiam bonum poſſit in malum peruertere, grauiter accuſat. Vocat autem hunc concupiſcentiæ fomitē, & peccatum & legem carnis. Peccatum quidem, eo ꝙ omnis peccati ſit initium, & velut ſeminarium, ſemper ad malum ſollicitans. Legem vero carnis, ex eo ꝙ carnē ſollicitat, incitat, & modo quodam impellit, ad ea quæ vult, ipſa etiā contranitente ſpū ꝑagenda & ſpiritus legi nolens ſubijci, ſemper rebellionem parat, etiam in ſpiritualibus viris & aliquouſq; iam perfectis: ita, vt ſpiritu bona volente perficere, carnis iſta lex obſtrepat, & impediat frequenter: ſemper autem cum difficultate aliqua faciat operari bonum. Vnde capite octauo, de ea libertate quam per ſpiritum ſanctum aſſequimur. quæ eſt ꝑ gratiam DEI: prolixe, & prorſus diuiniſſime differit: oſtendens, quemadmodum per CHRISTI gratiā ab vtraq; lege, tam veteri illa, quam carnali iſta, per CHRISTVM liberamur: vt nec ad illā obligemur, neque per hanc ad vllum malum cogamur, ſi modo ſpiritum Dei habeamus in nobis inhabitantem, & ſecundū eius operemur inſtinctum, non ſecundum carnis ſugge

ſtionem.per quem ſpiritum, carnem dicit nunc mortifi cari vitijs, & in futuro reſuſcitandam ad reſurrectionẽ glorioſam, quoniam filij Dei ſunt & cohæredes, Chriſti fideles omnes, qui aguntur ſpiritu adoptionis filiorum Dei, per quem etiam graue non, ducimus, ꝓ Chriſti nomine paſſionibus affligi, propter expectationem ſuperuenturæ gloriæ, quomodo & mundialis machina tota nunc ſub ſeruitute laborat, expectans in glorificatione filiorum Dei requiem accipere nobiſcum, a laboribus ſuis. Ad quam tamen ſpeciali modo ſuſpirant, qui ſpiritus in ſe primitias habent, qui ſperare facit, quod adhuc non videtur, corporis & animæ glorificationem, qui etiam modo noſtram ignorantiam inſtruens, nos orare facit Deo gratiſſimas orationes. Per quẽ poſtremo dicit fieri, vt fidelibus in quibus inhabitat, omnia cedant in bonum, atq; ita diuinam prædeſtinationem, vocationem, iuſtificationem, per eum comple ri in electis, vt in nouiſſimo die nemo aduerſus eos vllis valeat accuſationibus præualere, & ſic nos modo in Dei amore cõfirmari vt nulla nos poſſit, a Chriſto creatore, creatura ſeparare propter ſuperabundantem quã erga nos demonſtrauit charitatem, quando proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum, Atque hæc quidem capite octauo. In nono autem ſequenti, ne quis in prioribus eum contra legem ex odio ſuæ gentis loquutum fuiſſe exiſtimet, iuramento firmat, maximum ſe habere deſiderium conuerſionis & ſaluationis populi ſui Iſraelitici, cui a deo in veteri teſtamento plurima erant exhibita peculiaria beneficia. Nec tamen ſe deſperare dicit de impletione promiſſorum Dei, quamuis illi ſecundum carnem Iſraelitę, nolint Euangelio credere, cum impleant in veris Abrahę & Iſaac filiis, ſecundum ſpiritum. Vbi ſub Iſaac & Iſmael item Iacob & Eſau, ex quibus vtriſq;, alter tantum à Domino ad implendam patris pro-

miſſione electus fuit, duas videtur lineas filiorũ Abrahæ & Iſaac conſtituere, alteram ſecundum carnem, quę linea ſignificatur in Iſmael & Eſau. Alteram ſecundum ſpiritum, eorum qui dicuntur ſecundum Iſaac & Iacob filios benedictionis, in quibus implentur diuinę promiſſiones. Vbi ex verbo Prophetæ, Iacob dilexi, Eſau odio habui, in pdeſtinationis profundiſſimam deſcendit abiſſum, dicens, non ex noſtris operibus, ſed ex Dei electione libera, pdeſtinari bonos, & reprobari malos, nec currentis eſſe nec volentis, prædeſtinari aut reprobari, ſed Dei miſerentis, nec eum vllam facere iniuſtitiam, cum pro peccatis punit peccatores, quoniam ſicut lutum in manu figuli, ita nos ĩ manu domini, vt nos vel reprobet in vaſa iræ, vel prædeſtinet in vaſa miſericordiæ. Quos dicit vocatos non ex Iudæis ſolum: ſed & ex gentibus, quemadmodum ex Prophetarum aſtruit teſtimoniis, quæ de gentium olim incredularum loqnuntur conuerſione, ſimul cum Iudæis Chriſto eredentibus. Admirãs in fine capitis, mirabili Dei iudicio factum eſſe, vt gẽtes ex Dei gratia non ſperatam neq; expectatam ſuſceperint iuſtitiam, quam expectantes & multo ante præparati per legem Iudæi, oblatam reſpuerunt impigentes per inuidię cęcitatem in lapidem offenſionis. Vnde capite decimo pro illorum conuerſione dominum ſe dicit orare, teſtimonium illis perhibens, quod in ſe experientia didicerat, illlos zelo quidem Dei, ſed non ſecundum veritatem & rectitudinem ſcientiæ fidei zelare, pter ſuam carnalem legem mordicus tuendam. Chriſti filii Dei Euangelicam legem & æternam reſpuentes cũ ſit tamen ipſe finis totius legis. Ipſa enim lex factorum, obſeruantes in vita tantum cõſeruabat corporali ſecundum ſpiritum per ſe nõ perfecte iuſtificabat. Noſtra autem, lex fidei eſt, quę hoc requirit a nobis, non vt multa faciamus ceremonialia, cuiuſmodi vetus requirebat, ſed vt ſine hæſitationibus & quęſtionibus, ſimpliciter credamus Chriſtum Dei filium de cœlis deſcendiſſe, &

eundem ab inferis deuicta morte ad cœlos aſcendiſſe,in qua fide, noſtra ſalus tota conſiſtit,ſi eam corde creda• mus,& ore cum tempus expoſcerit confiteamur,quę ſi• ne diſtinctione aut conſideratione perſonarum,ex diui• tis & liberalis Dei gratia communis eſt omnibus nomen eius ex fide vera inuocantibus, ſimul addens , quomo• do per Apoſtolicam prędicationem, per vniuerſum or bem ſanctæ fidei prædicatio miſſa fuerit, ad dominum gentium ſalutem , quanquam ĩ s quibus primum nun• ciata fuit filĳ iſrael, propter inuidiam & pertinaciam ſuam noluerint acceptare ac oblatam , Iuxta Prophe• tarum de vtroq; prædicta teſtimonia.Quia vero in his precedentibus capitulis multa de reprobatione Iudai ci populi dixit,ne quis illos in vniuerſum putet ratio• ne generis ſui eſſe abiectos,vndecimo capitulo,iſtud in• fidelitati aſſcribendum,non generi docet, & vſq; a deo non generi, vt etiam gratiſſimos dicat Deo eſſe futuros propter electionem patrum ſuorum & eis factas promiſ ſiones:ſi tantum velint Chriſti fidem ſuſcipere, & ſpiri tum illum inuidię & odĳ, quo ſunt excecati vt non vi• deant,deponere,ſicq; futurum, vt quemadmodum per infidelitatem ex bona oliua fuerant eiecti , ita & per fi• nem rurſum inſerantur. Vnde in principio capituli hu• ius,iuxta exemplum Heliæ dicit non dubitãdum, quin plurimi adhuc ſint ex Iudęis,quos deus prędeſtinauit, nec in vniuerſum om̃es eſſe reprobatos,q̃q̃ per inuidiæ ſpiritum plures iam ſint excęcati . In medio aũt,ratio• ne patrum Deo ,qui de ſuis promiſſis pœnitere neſcit, chariſſimorum , eos ſi conuertantur acceptiſſimos fore demonſtrat, nihilominus quam gentes.Circa finem ve• ro Capituli, myſterium conuerſionis Iudęorum in fine ſęculi,cum plenitudo gentium intrauerit aperiens,dicit quomodo olim gentes poſt longuam ſuam incredulita tem,tandem ad fidem conuerſæ conſequutæ ſunt miſeri cordiam,ita poſt,eam infidelitatem in qua nunc ſunt Iu•

dæi, futurum in conſummatione ſęculi poſt detectam Antichriſti nequiciam, vt ad veritatem fidei reuertantur cum gẽtibus, vt ſit vnum ouile & vnus paſtor, Vbi per exclamationem, profunditatem diuinorum iudiciorum & ineſtimabilem Dei ſapientiam admirans, ingratiarũ actione hãc de Dei prædeſtinatione ac reprobatione profũdiſſimã abyſſum, miro ſanctę humilitatis egreditur artificio. Dehinc, ad moralia tranſit, capite duodecimo, quod moralibus & ſalutaribus admodum inſtructionibus totum eſt refertum, potiſſimum de animi humilitate, & gratiarum a Deo conceſſarum mutua ac fideli adminiſtratione in inuicem, & de vindicta per iracundiam non requirenda, & aliis huiuſmodi. Capite autem decimotertio, de obediẽtia præſtanda ſuperioribus poteſtatibus, etiam temporalibus, dat preceptum diuinæ ordinationi, dicens reſiſtere eos, qui poteſtatibus a Deo conſtitutis negant obedientiam. Monet vero, ſingulis ſua reddi debita vt nulli ſint debitores, & charitatẽ fraternam erga inuicem exhibere, in qua tota lex impletur. Eoq; magis, quo iam in die ſumus & in tempore gratiæ, nõ amplius, vt olim ante Chriſti aduentũ in nocte, propter quod operibus tenebrarum, nempe comeſſationibus & ebrietatibus & impudicitiis, abiectis, operibus lucis debemus noſipſos adornare carnis deſideria refrenantes. Capite autem quartodecimo ad tolerandum inuicem in charitate, ſic vt nec perfectiores in fide per ſuperbiam contemnant imperfectos, adhuc aliquid iudaiſmi in obſeruandis eſcis aut diebus retinentes, neq; viciſſim infirmiores iudicent perfectiores propter Euangelii libertatem, legalium obſeruantiarum diſtinctionem negligentes, ſed vt vnuſquiſq;, iuxta ſuæ fidei rõnẽ, cõſcientiæ ſuę ſatiſfaciat, a iudicãdis fratribus multũ dehortans, ex eo q̃ ſoli Chriſto cõpetit iudiciũ, cui & viuimus, & morimur ad cuius tribunal aſtabimus omnes, iudicandi, ac pro nobiſipſis

ratione redituri. Non autem ad nos ſpectat iudicare inuicem. Docet autem deinceps, ſecũdum veritatem nullum cibum eſſe communem, niſi tantum ex conſcientia eius, qui cibum aliquem pollutum aut immundum reputat. Veruntamen propter fratris infirmi ſcandalum præcauendum, modis omnibus vult perfectiores, etiam ab eo qui ſecundum ſe licitus eſt cibo abſtinere, pro quo Chriſtus dominus etiam mori non dubitauit, adijciẽs in fine capitis, omne quod non ſecundum fidei rationem contra conſcientiam agitur, peccatum eſſe. Decimoquinto dehinc capitulo, quod prius propoſuerat replicat, vt inuicẽ ſupportemus in humili charitate, exemplo Chriſti qui non ſuperbe ſibi placuit, noſtram ſalutem cõtemnens, ſed nr̃as ĩ ſe infirmitates ſuſtinuit, pro nobis improperia ſuſcipiens ac pœnam mortis, quæ nobis ſunt, quẽadmodum & cętera ſcripturarum omnia, indubie in exemplum deſcripta, vt per ea inſtruamur ad bonum, & confirmemur in eis. Deinde pro gentiliũ incircunciſorum & Iudæorum circunciſorum ex animo vera concordia, Deum deprætatur, & vt inuicem ſuſtineant in manſuetudine Chriſtiana, exemplo Chriſti eos hortatur, vt ſeinuicem non aſpernentur, ſed potius, honorent ac reuereantur in domino, qui & Iudæos honorauit, & nihilominus etiam gentes Iudæos quidem: factus eis ſalutis miniſter in carne veniens ad implendam promiſſionem patribus eorum factã. Gentes autem, in eo quod hanc ſalutem Iudæis ex promiſſione oblatam, etiam in eos ex ſua miſericordia voluit dilatare, iuxta Prophetarum quę adducit diuerſa teſtimonia. Poſt hæc circa medium capitis, ad familiaria deſcendens, pro conſummatione, tametſi de eis bene confidat, Deum deprecatus, ſe excuſat ꝙ confidenter ad illos ſcripſerit, ratione ſui miniſterij Apoſtolici, quod accepit in gentibus, in quo ſeſe ſolo dicit gloriari, dum eius prædicatio ſequentibus ſignis atq; prodigijs per Deum confirmata vſque adeo proficit, vt in vicina omnia loca per circui-

tum, Euangelinm Chriſti cũ magno fructu peruenerit Idque in talibus locis, vbi nunq̃ Chriſti fuerat prædicat tum Euangelium. Propter quod ſe dicit hactenus non potuiſſe ad illos accedere, propter nimiam in his regio nibus occupationem, quanquam ex multis antc[?]ctis an nis ſumme id optauerit. Nunc tamen locum non babẽs amplius in his regionibus ob hoc in Hiſpaniam iter me ditans, ſperat ſe iſtac tranſeũdo, ipſos inuiſurum. Et nũc quidem ſe proficiſci dicit in Hieruſalem, ad deferendũ eam quam ab eccleſ ĳs gentium colligerat pro paupe ribus Hieroſolymitanis eleemoſynam, quo perfecto ne gocio, ſe ſperat iſtac iter facturum, in Hiſpaniam. Orari autem petit pro ſe, vt a peruerſis qui in Iudæa ſunt ho minibus liberetur, & acceptam poſſit offerre in Hieru ſalem oblationem ſuam, pro ſanctorum neceſſitatibus Capitulum vero ſextumdecimum totum pene ſnluta tionibus occupatur. Niſi quod in medio de cauendis ĳs qui diſſenſiones & mala dogmata, contra Apoſtolicã doctrinam ſeminant, interponit. quos ſuo ventri dicit ſeruire, non Dei gloriam quærere, & ſua blandiloquen tia ſimplices animos decipere A quib9 eos vult caute attendere, ne ſuę ſanctæ obedientiæ: cu ius fama vbique iam vulgatur, macu lam inferant. Iterumq; poſitis ſalu tationibus. Deo ſoli ſapienti, pro ſui reuelatione ſacra menti gratias agens, ita terminat egre giam iſtam, & tam verborum quam ſenten tiarũ pondere magnificã Epiſtolam.

¶Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPITSOLAM AD Romanos Beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS EPIſtolę ad Romanos beati Pauli Apoſtoli.

¶ELVCIDATIO CAPITIS I.

Paulus in ſpiritus libertate Ieſu Chriſto deſeruiens, non uo miraculo de cœlo vocat⁹ ad Apoſtolatus officiũ, dei de ſpiritusſãcti iuſſione prę reliquis Apoſtolis ſingulariter electus, ad Euangeliũ Dei prędicãdum, b quod licet nunc primũ manifeſtatũ, multo tamẽ ante in ſcripturis ꝓphetarũ fuerat repromiſſum, quod quidẽ Euangeliũ de filio eius eſt, quẽ docet & ꝑdicat ſolum & verũ ſaluatorem hominũ, c qui ſecundũ humanitatẽ, tẽporali natiuitate factus eſt ex progenię Dauid, d de quo fuerat ab ęterno prędeſtinatũ, vt in hoc tẽpore eſſet ſecundũ carnẽ manẽs Dei filius, eiuſdem omnino cũ patre virtutis, e quod per ſpiritũ ſanctũ huius admirãdi operis ſolũ authorẽ factũ eſt, qui in idẽ ſuppoſitũ perſonę vtrãq; cõiunxit naturã, diuinam pariter & humanã, f ſicuti patuit ex eo quod a mortuis ſur

TEXTVS.CAP.I.

Paulus ſeru⁹ Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus ſegregatus in Euangelium dei.

b quod ante promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis.

de filio ſuo.

c qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem.

d qui prędeſtinatus eſt fili⁹ dei in virtute

e ſecundũ ſpiritũ ſanctificationis.

f ex reſurrectione mortuorum Ieſu chriſti domini noſtri.

a Per quem accepimus gratiã, & apoſtolatũ ad obediẽdũ fidei, in oĩbus gentibus ꝓ nomine eiꝰ, ĩ quibꝰ eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti dñi noſtri.
b omnibus qui ſunt Romæ, dilectis dei, vocatis ſanctis.
c Gratia vobis & pax, a deo patre, & domino noſtro Ieſu Chriſto.
d Primũ quidẽ grãs ago Deo meo ꝑ Ieſum Chriſtũ ꝓ oĩbꝰ vobis, quia fides vrã annunciatur in vniuerſo mundo.
e Teſtis eñ mihi eſt deus cui ſeruio ĩ ſpiritu meo, in Euangelio filij eiꝰ quod ſine intermiſſiõe memoriã vrĩ facio ſemper in orationibus meis, obſecrãs ſi quo modo tandem aliqñ ꝓſperũ iter habeam in voluntate dei, veniẽdi ad vos.
f Deſydero enim videre vos, vt aliquid impartiar vobis grẽ ſpiritualis ad confirmandos vos. g idẽ

rexit ip ſe Ieſus Chriſtꝰ dñs noſter, q̃ reſurrectio ſine virtute diuina per potẽtiã mere humanã fieri nũquã potuiſſet. a Per quã Chriſtũ, a deo accepimus gratiã remiſſiõis peccatorũ & ſpiritualiũ donorum, atq; etiã apoſtolatus officium vt ꝑ meã p̃dicationẽ p̃ſtetur obediẽtia fidei Chriſtianę, ad gloriam nominis eiꝰ ĩ omnibꝰ gẽtibꝰ, de quorũ numero etiã vos eſtis, a Chriſto Ieſu ad eiꝰ fidẽ vocati. b Ille (inquã) Paulꝰ ſalutẽ dicit omnibꝰ qui ſunt Romæ a deo dilectis, vocatis ĩ ſãctitatẽ. c Hęc eſt aũt ſalutatio mea. Gratia vobis & pax, a Deo patre, & dño noſtro Ieſu Chriſto. d Primũ quidem gratias ago Deo patri per Ieſum Chriſtũ (per quẽ ab eodẽ cuncta nobis bona ꝓueniũt) pro oĩbus vobis, quod fama fidei veſtrę, vniuerſum mundũ pertranſijt. e Deũ teſtor, cui ſeruio ſpiritu, in denũciatiõe Euãgelij filij eius, quod in omnibꝰ orationibꝰ meis veſtri memor ſim aſſidue deprecãs, vt placeat Deo, vel tandẽ aliquãdo noſtrũ iter ad vos dirigere. f Valde enim deſydero videre vos, ob hãc cauſã potiſſimũ, vt aliquã ſpiritualẽ gratiã, vel abũdãtius, vel firmius, Deo donãte, quaſi ex meo aduẽtu, ſuſcipiatis. g Hoc volo, vt per meũ ad vos aduẽtũ pariter accipiamus cõ-

ſolationẽ, p fidẽ quã ad inuicẽ cõmunẽ habemus, vos eandem nobiſcũ, & nos viciſſim eandẽ vobiſcum. Magna eñi cõſolatio foret vtriſqꝫ, ſi ex aduẽtu præceptoris, & Apoſtoli veſtri, & vos certi redderemini de fide vr̃a, & ego de vr̃o quẽ audiui pfectu. a Et omnino hoc vos ſcire cupio, qm̃ per me nõ ſtetit, quod hacten⁹ ad vos nõ veneri. Cũ eñi ſępius ppoſuerim, neſcio tamẽ quomodo varijs occupationib⁹ & eccleſiarũ ſollicitudinib⁹ (quibus ob ſuã imperfectionẽ adhuc noſtra preſentia eſt opus) detẽtus atq; impeditus, vſq; modo nõ potuerim ppoſitũ perficere. b Ideoq; inq̃ ppoſui venire ad vos vt aliquẽ fructũ & vtilitatẽ ſpiritualẽ cõferrẽ vobis, ſicut & in cæteris gẽtib⁹ non parum contuli. Neceſſitas enim mihi incumbit, vt quãtum in me eſt, ad ſalutem perducam vniuerſos. c Nam Græcis ac barbaris, ſapientibus & inſipientibus, deniq; vniuerſis circa delectum debitor ſum, Ita vt promptus ſim (quantum ex me eſt) etiam vobis Romanis Euangelium prædicare. An putatis, ob erubeſcentiam non audere me Euãgeliũ Chriſti in Romã ad ferre, atq; ideo hic malle deliteſcere? d Nequaquã erubeſco euãgeliũ, quãdoquidẽ ipſum eſt virt⁹

ſimul cõſolari in vobis, per eã q̃ inuicẽ eſt, fidem veſtram atqꝫ meam.

a Nolo autem vos ignorare fratres, qa ſępe propoſui venire ad vos (& phibitus ſum vſqꝫ adhuc)

b vt aliquẽ fructũ habeã in vobis, ſicut & in cæteris gẽtib⁹.

c Græcis ac barbaris, ſapiẽtibus & inſipientibus debitor ſum, ita quod in me prõptum eſt & vobis qui Romę eſtis euangelizare.

d Nõ eni erubeſco euãgeliũ, Virtus eñi dei eſt in ſalutẽ omni credenti.

Dei, quod ſolum poteſt ſaluos facere ſine diſcretione oēs credentes. h Et habēt q̄dē in Euangelij grā primas p̄tes Iudęi, quibus a dieb⁹ antiquis peculiariter ꝑmiſſa eſt, Nihilo min⁹ tamē etiā gentiles, ſi velint credere, p ipſum ſalui fiēt. a Nā in eo & per ipſum euāgeliū, vera iuſtitia coram Deo, q̄ eſt ex fide, manifeſte cūctis ꝓpōitur in fidē, hoc eſt, vt credant euāgelio homines, & ex fide deinceps quęrant iuſtificari b Iuxta ſcripturā, quę dicit Iuſtum ex fide Dei iuſtificari, atq; vitā animę habere, c Docetur itē & prędicatur in eodē euāgelio ira magna Dei & vindictaꝰ grauis, quę ſuo tēpore de cœlo, aduenıente iuſto iudice, veniet ad puniēdū omnē impietatē, qua cōtra deū, & omnē iniuſtitiam, qua contra ꝓximos peccauerūt hoīes infideles & maligni d qui veritatē a Deo ſibi reuelatā iniuſte occupant, male viuēdo, e Dico veritatē illos detinere, quoniā quātū ſatis fuit noſſe de Deo, habuerunt in ſua cognitione manifeſtū, f q̄m De⁹ ex creaturis, per virtutē naturalis luminis quod eis tribuit, neceſſariorū eis cognitionē dedit ſufficiētē. g Attributa eīn Deo, que ſenſu percipi non poſſunt, a creatione mundialis machinę, per ea quę in ipſis ſunt opera, quaſi per gra-

h Iudęo primum, et Greco.

a Iuſtitia enim Dei, in eo reuelatur, ex fide in fidem.

b ſicut ſcriptum eſt, Iuſtus autem ex fide viuit.

c Reuelatur enim ira Dei de cœlo, ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominū.

d eorum qui veritatē Dei in iniuſtitia detinent.

e quia quod notum eſt Dei manifeſtum eſt in illis.

f Deus enim illis manifeſtauit.

g Inuiſibilia enim ipſius a creatura mundi, p ea q̄ facta ſunt intellecta cōſpiciūt

dus quoſdam intellectu apprehenſa, vtcunq; conſpici & cognoſci valent. a Ipſa quoq; virt⁹ ſempiterna, per quã omnipotẽtia dei creauit omnia, & ipſa ſempiterna diuina bonitas, in qua per virtutẽ ſuam dei potẽtia creata omnia diſponit, gubernat, & perficit, Ita vt ſe per ignorantiã excuſare non poſſint. b Quoniã cũ cognouiſſent ex naturali lumine. & dei beneficio, vnũ eſſe verũ Deum, nõ dederũt illi tamen diuinũ honorem & gloriã, neq; gratos ſe prę-ſtiterũt pro accepta ſapientia, c ſed in cogitationibus ſuis vani facti ſunt, nullũ bonum fructum facientes, de eo multa perquirere atq; diſſerere volentes, nihil vero iuxta agnita ſtudentes operari. d Atq; ita mens eorum & volũtas, propter inſipientiã malę cõuerſationis, ſunt obtenebratę. e Cũq; ſe ſapiẽtes iactitẽt, taleſq; haberi velĩt eo ipſo ſtultos ſe faciũt, & demõſtrãt, dum illud haberi volunt, a quo longiſſime abſunt. f Et gloriã incorruptibili Deo debitã, tranſtulerũt in imaginariam ſimilitudinem hominis corruptibilis, aut volucrum, aut quadrupedũ, aut ſerpentum. g Propter quod, iuſto ſuo iudicio permiſit illos Deus pertrahi a concupiſcentijs praui affect⁹ ſui, ad fœdiſſimam immundiciam, ita

a ſempiterna quoq; ei⁹ virtus & diuitas

ita vt ſint inexcuſabiles. b Quia cum cognouiſſent Deum. non ſicut Deum glorificauerũt, aut gratias egerunt.

c ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis.

d & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum

e Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.

f Et mutauerũt gloriam incorruptibili dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum & ſerpentum. g Propter quod tradidit illos deus in deſyderia cordis eorũ in immundiciam vt

cōtumelijs afficiant corpora ſua i ſemet-ipſis.
a quia commutaue runt veritatem Dei in mendaciũ, & co-luerũt & ſeruierunt creaturę, potius quã creatori, qui eſt be-nedict⁹ i ſcl'a Amẽ.
b Propterea tradidit illos deus in paſſio-nes ignominię.
c Nam fœminę eo rum immutauerunt naturalem vſum, in eum vſũ qui eſt con tra naturam.
d Similiter autem, & maſculi, relicto naturali vſu fœmi-nę, exarſerunt in de ſyderijs ſuis ininui-cem, maſculi in ma-ſculos turpitudinẽ operantes, & merce dem (quã oportuit) erroris ſui, in ſemet ipſis recipiẽtes.
e Et ſicut deum nõ ꝓbauerũt habere in noticia tradidit illos deus in reprobũ ſen ſum, vt faciãt ea que nõ cõueniũt.
f repletos oĩ iniqta te, malitia fornicatio ne, auaritia, neqcia, plenos inuidia, ho

vt ſua corpora inauditis contumelijs afficerent. a Idq; (vt iam dixi) quia ꝓ vero Deo, falſos Deos (qui non ſunt niſi figmenta hominũ) coluerunt, ſer-uientes creaturę prętermiſſo creatore in ignominiam eius, qui eſt ſolus deus verus, & vere colendus, in ſęcula be-nedictus, Amen. b Hac inquã de cau ſa, in huius vindictam ingratitudinis, iuſto iudicio ſuo permiſit illos De⁹ rue re in paſſiones ignominia, & confuſio ne plenas. c Nam fœminæ virorum vſum naturalem relinquentes, abuſæ ſunt ſeinuicem contra naturæ inſtitu-ta. d Sic & maſculi, fœminarum vſu relicto, vehementi ardore in ſeinui-cem ſunt bacchati, turpiſſima fœdita-te ſeinuicem perfundentes, & ſuę ido lolatrię cõdignam mercedem, ſic ma-culati, in ſeſe recipientes. e Et ſicut agnitus Deus non eis complacuit, vt eum fideli deuotione, & conuerſatio-ne digna glorificarẽt, ita viceuerſa rep pulit & illos Deus, permiſitq; in ſenſũ peruerſum ruere, vnde eruendi non erant, vt facerent ea quę nequaquam conueniunt. f Ipſos (inquam) macu-latos omni iniqtate, peruerſa malitia, fornicatione, auaritia, libidinoſa & la-ſciua nequicia, plenos inuidia, homi-cidio, cõtẽtionibus, dolis, moroſa ma

lignitate. a aduerſum maiores ī occul to ſuſurrones, poſt tergū in abſentia ꝓximis detrahentes, odibiles deo, ad inferēdas cōtumelias & probra paratos, b ſupra ſe de ſe ſentientes, alios prçire contendētes, & ad magna aſpirātes, diligētes in adinuētione malorū ſuperiorib⁹ inobediētes, c in quibus eſt nihil verę ſapiētię, nihil ordinis aut recte compoſitionis, qui neq; naturali affectione cōmouētur ad pietatē, fœdera & pacta ſeruare nō curāt, cōpati nec ſibi, nec aliis neſciunt. d De his ego dico, quod cū deū ex data ſibi cognitiōe iuſtū cognoſcerēt, noluerūt tamen intelligere, nec cordi illud imprimere (peccatis mētē obſcurātib⁹, & voluntatē a recto abſtrahentib⁹) quod q talia agunt nefāda facinora, digni ſūt æternæ mortis pœna, e Nō ſolū qui ea faciunt per ſemetipſos, ſed etiā qui alios permittūt hęc agere quos deberēt & poſſent ab eiuſmodi cohibere, ne forte immunes ſe putēt gētiliū principes & ſapiētes qui cognoſcētes veritatē dei, populū in idolatria ſua irreprehēſū dimiſerūt, quē ad veritatē inſtruere debuiſſent. Sic igitur patet nullā excuſationē relictā gentib⁹, quin illi ſubaceant iræ, quæ in euangelio manifeſtata eſt, de cœlo vētura ſup oēs ipios.

micidio, cōtentiōe, dolo, malignitate.
a ſuſurrones, detractores deo odibiles
b contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuētores malorum parentibus non obedientes,
c inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſque fœdere, ſine miſericordia.
d Qui cum iuſticiā dei cognouiſſent, non intellexerunt.
quoniā q̄ talia agūt digni ſunt morte.
e non ſolum qui ea faciunt, ſed etiā qui cōſentiūt faciētibus

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

TEXTVS.CAP. ſecundum

a Propter quod in excuſabilis es o homo ois qui iudicas.

b In quo enim iudicas alterum teipſum condemnas eadem enim agis q̄ iudicas.

c Scimus enim quoniam iudicium Dei eſt ſecundum veritatem, in eos, qui talia agunt;

d Exiſtimas autem hoc o homo qui iudicas eos qui talia agũt & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei?e An diuitias bonitatis eius & patientię & longanimitatis contemnis.

f Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

ELVCIDATIO CAPITIS II.

Ea Andē ob cauſam , certiſſimus expecta hanc Dei iram atq; predictā damnationē, quiſquis pręſumis alium iudicare in eo qđ ipſe agis: quemadmodum vobis cōtingit, q odioſis cōtentiōibus inuicē iudicatis, Iudęi gētiles, & Gētiles Iudæos: cum ſitis oēs peccatis inuoluti. b. Hoc ipſo em̄ qđ aliũ iudicas & morte dignũ pronũcias, veritatē noſſe te demonſtras. itaq; teipſum condēnas, & ſententiam dānationis cōtra temetipſũ profers. cũ illud ipſum tu agas, qđ in alio cōdēnas. c. Hoc autē firmiſſimũ habemus (iuxta quod reuelatũ prædiximus) iudicium Dei vēturum, abſq; diſcretiōe contra omnes talia mala agentes. Forte aũt perſuades tibi impunitatē , propterea quod expectat Deus , & vindictā differt iræ ſuæ Noli errare. d Nũc enim ideo ſperas in finē effugere tu q alios iudicas in eo qđ agis, quia nunc De⁹ diſſimulat?e Quare copioſā Dei benignitatē, per quā tibi parcit: & longanimitatē per quā te expectat: & tolerantiā per quā te ſuſtinet, ſic cōtēnis abutens eis in malicię tuæ augmētũ? f. Nunqd nō aduertis his modis te Deũ allicere, et quodāmō inuitare ad pœni

tētiā/g. Tu vero ecōtrario, ꝑpter durū & impœnitēs cor tuū (qđ te facit dona Dei nō attendere, & beneficijs non emolliri) cūcta nūc in meritū data expēdis, in damnationē tibi cōparandā, co aceruandā, & coemendā: quę patebit ſup te in die illa, quādo iratus reuelabit iuſt⁹ iudex, qui mercedē dabit vnicuiq; ſecundum opera ſua. h ijs quidē qui in perſeuerantia bonorū operum qſierunt vitā æternā, redditur⁹ eſt gloriā, honorē, & incorruptibilitatē æternitatis: i ijs aūt q cōtentionibus deſeruiūt, ſimplicitati fidei reſiſtētes, q̇ nolūt ſimpliciter ſimplici veritati euāgelicæ credere, ſed magis erroris impietatibus acquieſcūt, his (inq̄) veniet vltio diuina, & intolerabilis atq; implacabilis furor dn̄i atq; inde afflictio tribulatiōis, & anguſtia cordis. k nō in corp⁹ tātū (qđ pro minimo foret) ſed qđ grauius eſt, in oēm animā hoīs cuiuſlibet, q fuerit in hac vita malis opib⁹ coinqnatus. l Sub qua ira & vindicta prías p tes habēt increduli & mali Iudęi, ſi iuxta acceptā legis grām nō vixerint. Nihilomin⁹ tn̄ & gētiles, ſi male fuerint operati, eidem erunt damnationi ſine excuſatione obnoxij. m. Gloria autem & honor, & æterna pax, omni q bene fuerit operatus: primum quidem

g Secundum autem duritiam tuam et impœnitens cor. thesaurizas tibi iram in die irę & reuelatiōis iuſti iudicij dei, qui redddet vnicui ꝗ ſecundū opa eius

h ijs quidem qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem, quęrentibus vitam ęternam.

i ijs autem qui ſunt ex contentione, & q non acquieſcunt veritati. credunt autem iniq̄tati ira et indignatio

tribulatio et āguſtia, k in omnem animā hominis operantis malum.

l Iudęi primum,

& Græci.

m Gloria aūt & honor & pax oī operāti bonum Iudęo pri

mum & Gręco.
a Non enim eſt acceptio perſonarum apud deum.
b Quicunq; enim ſine lege peccauerunt ſine lege et peribunt
c & quicunq; in lege peccauerunt, per legẽ iudicabuntur.
d Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed & factores legis iudicabuntur.
e Cum enim gentes quę legem nõ habẽt naturaliter ea quę legis ſunt faciunt. cuiuſmodi legem nõ habentes, ipſi ſibi ſunt lex,
f qui oſtendunt op9 legis ſcriptum ĩ cordibus ſuis.
g teſtimoniũ reddẽte illis conſcientia ipſorum.
h & inter ſeinuicem cogitationũ accuſantiũ, aut etiã defendẽtiũ ĩ die cũ iudicabit deus occulta hoĩm, ſecundum Euangeliũ meũ, per Ieſum Chriſtum.

Iudæo, ſimul & Græco, a Nõ enim reſpicit Deus perſonã hominis, vt ex perſonæ reſpectu, ſine operũ examinatione, hũc iudicet, illũ ſaluet, b ſed qui ſine lege ſcripta peccauerunt g entiles, ſine ſcripta etiã lege, propter ſolam naturalis dictaminis trãſgreſſionẽ condẽnabũtur. c Et qui ſcriptã legẽ acceperũt Iudæi, per eandem cõdẽnabuntur, ſi eã fuerint trãſgreſſi d Non enim apud deũ ſatis eſt ad ſalutem, legem accepiſſe, neq; legis auditores ex ſolo auditu iuſtificãtur, ſed qui legem acceptã impleuerint opere, hi euadẽt cõdemnatiõis iudiciũ. e De gentib9 aũt, quomodo & quare iudicabuntur ita declaram9. Nã cũ gentes ſcriptam legem nõ habẽtes, naturali mentis lumine illuſtrati, ea faciũt bona opera q̃ moralis lex pręcipit, ipſis ſua mens lex q̃dã eſt, f in qua legis opera ſcripta ſe habere demõſtrãt, g dum illis teſtificatur rationis dictamen (quod eſt cõſciẽtia) quid agendũ, quid omittendũ, queadmodũ lex vetus iſta ſcripto indicat, h quod & cogitatiões, quas hinc defendentes bonas, illinc accuſãtes malas in ſe habẽt, aperte declarãt, q̃ & nũc quidẽ, corã cõſiſtorio rationalis iudicij agunt, & reuelabuntur apertius, fientq; palã, ante conſiſtoriũ diu

nitatis, in die illa cum iudicabit Deus occulta cordiũ, per Ieſum Chriſtũ ſecundũ euãgeliũ quod p̃dico. a Nũc igitur audi Iudęe, vt comprimatur & tua elatio. Donemus tibi vt Iudæus cognomineris, places tibi in lege, gloriaris in deo, a quo legẽ accepiſti, per quã & noſti voluntatẽ eius, & vtiliora præ gentib⁹ potes ꝓbare. Confidis quoq; te lege inſtructũ ducere cęcos, & in tenebris exiſtentes illuminare poſſe, erudire inſipientes, infantes ac rudes docere, eo quod habes legem vt formã veræ ſcientiæ & certæ veritatis, donemus (inquã) hęc tibi, b Qui igitur doces alium, cur teipſum non doces? qui prædicas non furandum, cur ipſe furaris? qui clamas nõ mœchandũ, cur ipſe mœcheris? Qui idola abominaris immũda, cur ſacra polluis, legem pręuaricãdo? quod certe æquale peccatum eſt. c Qui i lege gloriaris, cur pręuaricando legẽ, Deum blaſphemas? d Ecce enim (iuxta ſcripturam) gentes veſtrã malam conuerſationem videntes, vos inducitis in dei blaſphemiã, atq; ita p occaſionẽ veſtrarũ cõuerſationũ, nomen dei veſtri etiã iter gẽtiles blaſphemat. Quid vultis in circũciſiõe gloriari præ gẽtibus, dum legẽ trãſgredimini.

a Si autem tu Iudę⁹ cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in deo & noſti voluntatẽ eius & probas vtiliora, inſtructus per legẽ. confidis teipſum eſſe ducem cęcorum, lumen eorum qui in tenebris ſũt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habentem formam ſcientię & veritatis in lege

b Qui ergo aliũ doces, teipſum non doces, qui prędicas nõ furandum, furaris: dicis nõ mœchandũ mœcharis, qui abominaris idola, ſacrilegium facis.

c Qui in lege gloriaris per pręuaricationem legis deum inhonoras.

d Nomen enim dei per vos blaſphematur inter gentes, ſicut ſcriptum eſt.

c Circūciſio quidē prodeſt, ſi legem obſeruas, ſi autem præuaricator legis ſis, circunciſio tua præputiū facta eſt.

d Si igitur præputium iuſtitias legis cuſtodiat, nōne præputium illius in circunciſionem reputabitur

e et iudicabit id quod ex natura eſt præputium, legem cōſummans te, qui per literam & circunciſionē præuaricator legis es.

f Non enim qui in manifeſto Iudæus eſt neq; quæ in manifeſto in carne eſt circūciſio, ſed qui ī abſcō dito Iudæus eſt, & circunciſio cordis in ſpiritu, non litera.

g cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

TEXTVS. CAP. Tertium.

c Fateor quidem circūciſionem profuiſſe ſuo tēpore, legē obſeruanti. At ſi legem negligis, nihil tibi amplius circunciſio, q̄ præputiū proderit, & eris propter legis præuaricationē, æque atq; præputiatus, damnationi obnoxius. d Quin & præputiat⁹, ſi iuſtitias legis cuſtodierit, tanquam circunciſus reputabitur. e Et ſtabit in iudiciū præputiatus qui legem, impleuit, aduerſum te, qui literæ inhærens tantum & carnis circūciſioni, legem tranſgreſſus es, minima obſeruans, & præcipua omittens: cæremonalia implēs, & moralia tranſgrediēs. f Non enim qui corā hominibus Iudæus eſt, hunc Deus Iudæum verū ſpiritualiter reputabit: neq; circūciſionem carnis exteriorem, Deus circūciſionē veram reputat, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, hoc eſt, iuſtitias legis obſeruans, hic (inquā) corā Deo Iudæus eſt. & vera eſt, circunciſio cordis, quæ ſpiritu fit, nō quæ carne: g Cuius laus nō corā hominibus (quia nūc latet) ſed coram Deo eſt, qui intuetur abſcōdita cordiū

ELVCIDATIO CAPITIS Tertij.

QVoniam vero videmur circūciſum æquare incircūciſo, quę

rat forſitam ex iudæis quiſpiã, a Si ita eſt vt dixiſti, quid ergo habet Iudæus præ gentili, in quo antecellit eum, aut quã præſtat vtilitatem circũciſio, quã præputiatus nõ habeat? Videris enim æquaſſe oĩa. b Huic quæſtioni ego reſpondeo. quod in multis omnino Iudęorum pręcellit conditio. ſiue corpus ſpectes, ſiue animũ, ſiue tẽporalia promiſſa, ſiue ſpiritualia bona. c Verum inter cætera præcipuum eſt reputandum, quod illis diuina eloquia, hoc eſt præcepta & promiſſa ſint, tradita in ſcripturis, per legem atq; pphetas. d Et licet plurimi patrũ non crediderint Dei eloquijs, putabimꝰ hoc illis imputari q recte crediderũt? e. Certe ſi ita credimus, fidelitatẽ Dei irritã facimꝰ, eiuſq; fidei multũ derogamus f At vero Deus verax eſt, cũ ſit omnis homo per ſe prõptus ad mendaciũ & infidelitatẽ, niſi a deo inſpiret ad eloquendũ veritatẽ. Et tãto Deus magis verax, q̃to etiã infidelibꝰ et mẽdacibꝰ nobis ſuam fidẽ ſeruat: g ſicut ſcripſit Dauid, loquẽs dño. Mũda me a peccato meo, quo tibi ſoli peccaui: vt ſic tu iuſtus appareas in verbis tuis, quibus miſericordiam promittis pœnitẽtibus, h & redarguantur confuſi qui te criminantur et iudicant, vel de ni-

a Quid ergo amplius Iudęo eſt? aut quæ vtilitas circunciſionis.

b Multum per omnem modum.

c Primum quidem, quia credita ſunt illis eloquia Dei.

d Quid enĩ, ſi quidam illorum nõ crediderunt.

e Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Abſit

f Eſt autem Deus verax, omnis autem homo mendax.

g ſicut ſcriptum eſt Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis.

h & vincas cum iudicaris.

a Si autem iniquitas noſtra iuſtitiam dei commendat: quid dicemus? Nunquid iniquus eſt deus, qui infert iram?

b Secundum hominem dico.

c Abſit. Alioquin, quomodo iudicabit deus hũc mundum. d Si enĩ veritas dei in meo mendacio abundauit ĩ gloriã ipſius, quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor?

e & non (ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam nos dicere) faciam⁹ mala vt veniãt bona.

f quorum damnatio

mia ſeueritate vel de ĩfidelitate. a Ex quo dauidis verbo, forte ſcrupulus vobis ſuboritur, quoniã ſi noſtra iniquitate dei iuſtitia declaratur & cõfirmat̃ ſicut prędiximus, conſequi videtur, vt iniquus ſit deus, qui pro peccatis nr̃is irã velit inferre peccantibus. b Et ſic certe loquũtur homines, ſecundũ carnem ſapientes, c ſed nequaq̃ ita res habet. Nõ eñ poteſt eſſe iniquus, qui iudex eſt mundi, d Quod ſi ita eſſet, cũ iuſtitia dei in meo peccato plurimũ abũdanter prę omnib⁹ fuerit glorificata, in eo quod mei miſertus eſt qui erã primus & maxim⁹ peccatorum, quare ſicut peccator olim, nũc meipſum iudico, cui ex tãto peccato videret̃ maior prę cęteris deberi gloria? e Et cur nõ potius carni indulgẽtes mala faciam⁹ etiã plura & ampliora, vt bona inde ꝓueniãt, qm̃ optimũ eſt deũ iuſtificari, & eius iuſtitiã ac miſericordiã cõmendari, qđ nos quidã maleuoli affirmant docere, per calũniã ex verbis noſtris peruerſe intellectis nobis obijcientes quod doceam⁹ facienda eſſe mala, ꝓpter glorificationem dei, f ſed dãnationẽ ſibi iuſte cõquirũt, dum noſtris verbis ſic peruerſe intellectis, abutuntur ad noſtrã infamiã, aut ad peccatili bertatem. Sed miſſa hęc faciamus.

a Queramus ergo, Cũ(vt modo dixi-mus)multũ per omnẽ modum vtilitas ſit ex circũciſione, & multis ſint Iudæi beneficijs peculiariter affecti a deo, an habẽt ex hoc aliquid, in quo meri-to ſe debeãt coram deo ꝓponere gẽti-bus, iiſq; ſe anteferre, & cõtra eos glo riari? Prorſus nihil. b Siquidẽ iam an te patẽtibus rationibus demonſtraui-mus, tam Iudęos ꝗ gẽtiles oẽs, pecca-to eſſe obnoxios. Nam de iudæis, ſic quidem ſcribit ꝓprius eorũ Pſalmiſta. c Quia nõ eſt iuſt⁹ quiſꝗ, nõ eſt intel-ligens, nõ eſt requirẽs deum. d Oẽs aberrauerunt, pariter inutiles facti ſũt a legis impletione deficientes, Nõ eſt ex eis qui faciat bonũ, nõ eſt nec vnus quidẽ. e Ipſi pleni ſpurcitia, & fœdi-tatem exhalantes ei⁹ qua interi⁹ pleni ſunt malicię, vt alios quoq; vorẽt, quo dãmodo aperti ſunt, dolos loquũtur, doctrinas pluſquam venenoſas labiis retinentes, f quorum os maledictis & amarulentia ſcatet, ita vt admale-dicendum ſunt paratiſſimi, ſimiliter & prõpti i ſanguinis effuſionẽ. g Cõ teruntur miſeri hęc agentes, in viis ſę culi, viãq; pacis ignorantes, neſciunt deũ cõſtituere præ oculis. Nolo autẽ hęc vobis Iudęis, in gentes torqueri. h Scio eñ & dico, qcqd hoc i pſalmo

a Quid ergo? Prę-cellimus eos.

Nequaquam.

b Cauſati eñ ſum⁹ Iudęos Gręcos, oẽs ſub peccato eſſe. ſicut ſcriptum eſt.

c Quia nõ eſt iuſtus quiſꝗ, nõ eſt intelli-gens, non eſt requi-rens deum.

d Omnes declina-uerunt, ſimul inuti-les facti ſunt. Nõ eſt qui faciat bonũ, nõ eſt vſque ad vnum.

e Sepulchrum pa-tens eſt guttur eorũ linguis ſuis doloſe agebãt, venenũ aſpi dũ ſub labijs eorũ.

f Quorũ os maledi ctione & amaritudi ne plenum eſt, velo ces pedes eorũ ad ef fundẽdũ ſanguinẽ.

g Cõtritio & infeli citas in vijs eorũ, & viã pacis nõ cogno uerunt, nõ eſt timor dei añ oculos eorũ.

h Scimus autẽ, qm̃ quęcũꝗ lex loquit̃ ĳs qui in lege ſunt, loquitur.

ſcriptũ eſt, de vobis iudęis ſcriptũ eſſe: vt hac ſcriptura etiã veſtra comprimatur iactantia, ſicuti & gentiũ initio epiſtolę gloriã compreſſimus, a atq; ita demũ omne os obſtruat: ne glorieť quiſq̃ quaſi ſine peccato apud Deũ, b & vt omnes per humilitatem confeſſionis ſubditi fiãt Deo, ab eo petentes iuſtificationẽ, et peccatorum remiſſionem. c. quoniam ex operibus legis fruſtra q̃ritur iuſtificatio, quã conferre lex ſuis obſeruatoribus non poteſt. d Per legem enim tantum demonſtrantur peccata, & ĩ cognitionem peccati ipſa hominẽ inſtruit, ſed auxilium gr̃ę ad ipſa euitanda non præbet, nec ſacramenta ad expiationem ſufficientia habet. e. Nunc vero hoc nouæ legis tempore, manifeſtata eſt nobis & p̃dicata vera iuſtitia, de qua olim a dieb⁹ antiq̃s predixerunt & teſtificati ſunt lex atq; ꝓphetę. f Hęc eſt aũt iuſtitia Dei, credite ĩ Ieſũ Chriſtum communiter, ꝓpoſita omnibus de cœlo, quibus placuerit credere in eũ, citra omnem perſonæ diſcretionem. g Quoniam quidem omnes peccauerunt, & neceſſe habent omnes, vt in ipſis glorificetur Deus. h nempe hoc pacto, vt non ex noſtrorum operum merito, ſed p̃ meram gratiam Dei iuſtificemur a pecca

a vt omne os obſtruatur.
b & ſubditus fiat omnis mund⁹ Deo.

c quia ex operib⁹ legis non iuſtificabitur omnis caro, coram illo.
d Per legem enim, cognitio peccati.

e Nunc autem ſine lege iuſtitia dei manifeſta eſt, teſtificata a lege & prophetis.

f Iuſtitia enim Dei, per fidem Ieſu Chriſti, in oẽs & ſuper omnes, q credũt in eum. Nõ eñ eſt diſtĩctio.
g Omnes enim peccauerunt, & egẽt glo ria Dei.
h iuſtificati gratis p̃ gratiam ipſius.

i per redemptionẽ, quę eſt in Chro Ieſu quem propoſuit de⁹ ꝓpiciatorẽ per fidẽ.

tís noſtris.a,per redemptíonem quã gra, tís ex amore Chríſtus Ieſus operatus eſt quẽ Deus pater ín palam dedít,& ín cõe ꝓpoſuit oĩbus.ad re,ppícíandum & ex, piandum peccata omníum, quí ꝑ fídem ín eũ vellent credere. b ad repropícian dũ ínquã per vim atq; ſanguínis ſuí quẽ ín cruce ꝓ nobis effudít, vt oſtenderet nobis pater ſeueritatem íuſtitię ſuæ, quí etiã proprío fílío ſuo nõ pepercít, ſed ín mortẽ pro peccatis noſtris tradidít re,p, pícíandum. c Hoc autẽ propícíatore op⁹ erat, vt dímítterẽtur omnía peccata quę ab ínítío pręceſſerunt, Deo longaní míter tolerante, vſq; ín hoc tempus, quã do íuſtítiã fídeí quę corã eo vera íuſtítía eſt, decreuít manífeſtare, vt appareat íp ſe íuſtus, íuſtíficando oẽs quí credunt ín Ieſũ Chríſtum. d Nunc vídes Iudæe, omnẽ tíbí gloríatíonẽ aduerſus íncírcun cíſos ſublatã, non quídẽ legẽ veterẽ, quę eſt lex operũ, ín eos ſuperextendendo, ſed legem fídeí eís communícando.

e Stat enim fixa ſententía, poſſe hoíem íuſtífícarí ex fíde Chriſti, ſíne operíb⁹ le gís. f Non enim eſt íudęorũ Deus tan, tũ, ſed & gentíũ, ítaq; curę eſt íllí, etíam de gentibus, ſícutí & de vobís, g vnuſq; eſt Deus, quí & círcuncíſos vos, & íllos ꝑ putíatos, eadẽ ex fíde íuſtífícat. h Ne er go díxerítis nos legem ſubuertere, ímo

a per redemptionẽ, quę eſt in Chr̃o Ieſu quẽ propoſuit De⁹ propiciatorẽ ꝑ fidẽ.

b in ſanguine ipſius ad offenſionem iu, ſticię ſuę.

c propter remiſſio, nem credentium de lictorum in ſuſtenta tione Dei ad oſtẽſio nem iuſtitię eius in hoc tempore, vt ſit ipſe iuſtus & iuſtifi, cans eũ qui eſt ex fi, de Ieſu Chriſti.

d Vbi ergo eſt glo, riatio tua? Exclusa ẽ. Per quã legẽ. Facto rũ? Nõ, ſed per legẽ fidei.

e Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operi bus legis. f An Iu, deorũ Deus tantum Nonne & gentium? imo & gentium,

g qm̃quidẽ vnus eſt De⁹ q iuſtificat cir, cũciſionẽ ex fide & præputium per fi, dem?

h Legem ergo de, ſtruimus per fidem Abſit, ſed legem ſta tuimus.

vero dicite nos legem perficere atque firmare,quoniã in meliorem ſtatum eã adducimus,in quo & cõmunior ſit pluribus,& ſemper ſtabilis.

TEXTVS CAPVT Quertum.

¶ELVCIDATIO CAPITIS. Quarti.

a Quid ergo dicemus inueniſſe Abrabam patrẽ noſtrum ſecundũ carnem.

O a Biicietis mihi,ſi ita vilipẽditur circũciſio,dicaturq; nihil eius obſeruatio ad iuſtitiã facere, quid ergo tanquã pro magno dono eã accepit Abraham pater noſter,ſecundum carnem,a deo? Reſpõdebo paulo poſt ſi ante ꝓbauero,non iuſtificatũ Abrahã eſſe,nec ex circũciſione, nec ex vllis legis operibꝰ.Nemo em̃ quęrẽs ex operibus iuſtificari: gloriã habet corã deo.

b Si em̃ abraham ex operibus iuſtificatus eſt,habet gloriã, ſed non apud deum.

c Quid em̃ dicit ſcriptura? Credidit abraham deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiã Credidit Abraham deo,& reputatũ eſt illi ad iuſtitiam.

b Igitur ſi Abrahã ex operum ſuorum condigno debito tantum,iuſtificatꝰ dicatur,cõſequitur ipſum nõ habere gloriã apud deũ. c Sed vide, quia repugnat ſcriptura, dicens inde Abrahã coram deo iuſtũ reputatum, quod crediderit ei.Credidit(inquit) Abrahã deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. Dum autẽ fidem ad iuſtitiã reputatã dicit,gratiam ſignat, debitum excludit. d Nam homini operario ex operum cõdignitate, ac rigore debiti, mercedẽ quęrẽti, quæ datur merces, nõ quaſi gratuita dicenda eſt,ſed ſcdm debitũ ſolui, cuiuſmodi Abraham nõ fuit. e Qui vero ex

d Ei aũt qui operat̃ merces nõ imputat̃ ſecundũ gratiã', ſed ſecundũ debitum.

e Ei vero qui non operatur credẽti aũt

operib⁹ mercedē quaſi debitam nō ſpe
ctat, credit autē in eū qui iuſtificat ipſū
quicquid operaē boni deo liberaliter &
fideliter cōmittēs, per hāc ſuā fidē iuſt⁹
ille corā deo habetur, ſcđm benignā dei
acceptationē, nō ſcđm operationis bo-
nę cōdignitatem. a quod & Dauid te
ſtatur, dum illum hominē deſcribit bea
tū, quē deus gratuito iuſtum habet, nō
quaſi ex operū debito, perinde acſi ſa-
tiſfeciſſet ad ſuā iuſtificationē. b Beati
(inquit) hoc eſt iuſti, quorū ſunt iniqui-
tates remiſſæ & quorum peccata vltra
deus non videt, nec recordatur. c Ille
vir beatus eſt, & iuſtus cui non imputat
ſiue aſſcribit, dñs peccatū. Ecce abſolu
tam deſcribēs iuſtitiā, nulli⁹ facit operis
mentionē totā eam apud deum in pec
catorū remiſſione cōſtituens, quę ſcđm
dei beneplacitū acquiritur, & nō ſcđm
debitum vel condignum meritum. Cui
enim vult deus peccata dimittit, & nulli
in hoc debitor eſſe pōt. d De hac ergo
iuſtitię beatitudine vos interrogo, an in
ter iudęos tm̄ inueniaē, ſolis circunciſis
peculiariter cōueniēs, an poti⁹ etiā gētili
bus cōis eſſe pōt ī circūciſis. e Huius
autē ſcđe ptis veritas clara eſt, ex eo qđ
dicit ſcriptura, Abrahę, ſuā fidē reputa
tā a deo, ad iuſtitiā. f Sed quando hoc
de abrahā diciē an ꝓ co tēpore quo iam

in eum qui iuſtificat impium, reputaē fides eius ad iuſtitiam ſecundū propoſitū gratię Dei.

a Sicut & Dauid dicit beatitudinē hominis, cui deus accepto fert iuſtitiā ſine operibus.

b Beati quorum remiſſę ſūt iniquitates & quorū tecta ſunt peccata.

c Beatus vir cui nō imputauit Dominus peccatum.

d Beatitudo ergo hęc, in circunciſione tantū manet, an etiā in preputio.

e Dicimus em̄, quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam.

f Quomodo ergo reputata eſt, in circū ciſione, an in præputio. Nō in circūciſione, ſed in preputio.

erat circūciſus, an pro eo quo adhuc erat incircunciſus? Indubie antequam circunciſus eſſet, id de eo ſcriptū legitur. a Nūc audite, cur ſit data Abrahæ circunciſio. Accepit ille, ante per fidem iuſtificatus, ſignū quod eſt circunciſio, vt eſſet ei in ſigillum confirmatiuū, teſtificans iuſticiā fidei quam in pręputio habuit. b vt hac nota primus inſignitꝰ, pater reputaretur cunctorum poſt credentium, etiā in præputio, & vt illis ſua fides in iuſticiā reputetur, vt & pater haberetur vere & ſpiritualiter circunciſorum. c non iis tantum qui carne ſunt circunciſi, ſed & ſequacibus eius fidei, qui illā inſequuntur fidei rectitudinē quam pręputiatus adhuc habuit. d Et reuera promiſſionē factā ſibi & ſemini ſuo poſt ſe vt hęreditate acciperet & poſſideret terrā promiſſionis, dicente Domino. Tibi & ſemino tuo dabo terram hanc non accepit ex legis obſeruatione, ſed per iuſtitiam fidei ſuę. e Si enī obſeruatores legis hac via hæredes ſunt inſtituti, tollitur meritum fidei prīs Abrahæ, per quam & nō p legem, illam repromiſſionem accipere meruit a dn̄o, neq; impletur Abrahę facta promiſſio, q̄ in omnes gentes reſpicit, ſi ex ſola legis obſeruatione acquiritur. f Nam lex magis iræ obnoxios reddit īpedimētūq; pręſtat conſequendę promiſſiōis, quam ad

a Et ſignum accepit circunciſionis ſignaculum iuſtitię fidei, quę eſt in pręputio,

b vt ſit pater omniū credentium per præputiū, vt reputetur & illis ad iuſtitiam. & ſit pater circunciſionis.

c Nō ĳs tantū qui ſūt ex circunciſione, ſed ĳs qui ſectantur veſtigia fidei que eſt in pręputio patris noſtri Abrahæ, d Nō enim per legem, ꝓmiſſio Abrahæ, aut ſemini eius vt hæres eſſet mundi.

ſed per iuſtitiā fidei.

e Si enim qui ex lege, hęredes ſunt, exinanita eſt fides.

abolita eſt promiſſio

f lex enī irā operaт̄.

eam conſequendam præbeat adiumentum. a De plurimis enim lex ſtatuit, aut pręcipiens aut prohibens, in quibus nulla eſſet pręuaricatio, ſi non eſſet lex. b Rectius ergo fides medium ſit conſequendę promiſſionis vt gratuita ſit & firma omni ſemini, non carnis ſolũ, ſed etiã ſpiritus. Id eſt, non Iud ęo tantũ legis obſeruatori, ſed & gentili, fidem tantum ſequenti Abrahæ, c qui per fidem pater eſt ſine diſtinctione, omniũ credentium ſicut ſcriptum eſt d Nõ vocaberis vltra Abram, ſed Abrahã, quia patrem multarum gentium conſtitui te, patrem vtiq;, non apud homines, ſecundum quorum iudicium ſolum carnalium Iudęorum pater haberis, ſed coram Deo, apud quem credendo hoc promeruiſti, e Qui de[9] poteſt eos qui nunc in infidelitate mortui iacẽt, ad vitã fidei reducere, & qui ꝑpter infidelitatẽ ante Deum quaſi nihil ſunt, poteſt ſua vocatione, vt fideles ſint eiq; obediãt, per fidem efficere. Abrahæ autẽ meritũ ex fide hoc eſt, quoniã f per fidem, confidenter in Domino ſperans credidit, quod contra naturam impoſſibile, ac proinde nec ſperandum videbatur g Vt hac fide mereretur fieri & nominari aucto nomine ſuo Abraham pater multarum gentiũ, ſecundũ quod dictum eſt ei h Sic erit poſteritas tua in

a Vbi enĩ non eſt lex nec pręuaricatio.

b Ideo ex fide vt ſecundum gratiam ſirma ſit promiſſio omni ſemini, non ei q̃ ex lege eſt ſolum, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ.

c qui pater eſt omnium noſtrum, ſicut ſcriptum eſt.

d Quia patrẽ multarũ gentiũ poſuite.

ante Deum, cui credidiſti.

e qui viuificat mortuos.

f Qui contra ſpem in ſpem credidit,

g vt fieret pater multarum gentium ſcđm q đ dictũ ẽ ei.

h Sic erit ſemẽ tuũ,

a Et nõ infirmat⁹ eſt in fide: nec cõſidera uit corpus ſuũ emor tuũ, cũ iã ferre cẽtũ eſſet annorum.

b In promiſſiõe etiã dei non hęſitauit dif fidentia.

c ſed cõfortatus eſt fide dãs gloriã deo. d pleniſſime ſciens, quia quęcũq; ꝓmi ſit deus potens eſt & facere, ideo & repu tatum eſt illi ad iuſti tiam.

e Non eſt autẽ ſcri ptum tantum ꝓpter ipſum, quia reputa tum eſt illi ad iuſtitiã, ſed & propter nos, quibus reputabit cre dentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſũ xp̃m Dominũ noſtrum a mortuis.

f qui traditus eſt ꝓ pter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtrã.

multitudine, ſicut ſtellę cœli, & aena maris. a Et quãq̃ ꝓmittente ſibi do mino de filio Iſaac, eſſet e mortuo iam corpore, necvt prius erat adeo ad gene rationẽ valido. Sara quoq; haberet vul uam emortuã, minime tamẽ hęc conſi derãs in fide vacillauit. b In repromiſ ſiõe, quoq;, quã de ſuę poſteritatis mul tiplicatione & potentia acceperat, nihil hęſitauit, vlla ratiõe diuinis ꝓmiſſis dif fidens, c ſed in ſuæ fidei ſimplicitate cõfirmatus eſt, dans gloriã deo, creden do ſermonibus eius, d certiſſimo ſciẽs, potentẽ eſſe dominũ ad implendũ quę cunq; promiſerat, quãtũcunq; ſibi ſcd̃m naturæ curſum viderẽtur impoſſibilia. Ideoq; iuſtus habitus eſt, ante deum. e Nõ eſt autẽ ſcriptum hoc de eius iu ſtitia ex fide, ꝓpter ipſum tantũ, ſed & propter nos poſteros eius, ad exẽplum, informationẽ, & conſolationẽ, quibus, ſicut & illi, reputabitur fides ad iuſtitiã, ſi crediderimus in patrẽ, qui reſuſcita uit Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum a mortuis, ad vitam, f qui diuina diſpẽ ſatione & permiſſione, propter omniũ noſtrorum delicta exhaurienda, tradi tus eſt in manus peccatorum, ad mor tem, reſurrexit vero propria virtute, ad nos omnes iuſtificandos.

¶ ELVCIDATIO CAPITIS Quinti.

Ia Vſti igitur facti ex fide, curem⁹ habere pacē, omnibus diſſenſionibus eliminatis, ad deum, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtū, b quo mediante acceſſus nobis datus eſt credētib⁹ c hanc gratiā dei (quę eſt adoptio filiorum dei) adquā vocati ſum⁹, c in qua viriliter ſtamus, gloriātes in ſpe & expectatione eius glorię, quę danda eſt filijs dei. d Non autē in ea tantum, ſed eius gratia in tribulationibus etiā gloriamur quod ſciamus, per tribulationes patientiam exerceri, patiētiam autē probatos reddere, demum ex probatiōe ſpem tutam ſurgere. e Quę autem ſic ꝓbata eſt ſpes, fieri nequit vt ſperantes fallat. Ecce enim pignus iam tenemus, eius quam expectamus gloriæ dei, charitatem, quam deus pater abundanter effudit in corda noſtra per ſpiritum ſanctū nobis dono datum. f Certe quid opus fuerat Chriſtum pro impijs, qui iuxta temporis rationem adhuc peccatores erant vel ad tempus mori, ſi non per eius mortem nos vellet pater vitam cō ſequi. g Nam inter homines, tantam vix reperias charitatem, vt velit quis pro iuſto mori, Dico vix reperiri.

TEXTVS CAPVT Quintum.

a Iuſtificati ergo ex fide pacē, habeamus ad deum per dn̄m noſtrū Ieſum Chriſtum, b per quē habemus acceſſum per fidē in gratiā iſtam. c in qua ſtamus, & gloriamur ī ſpe gloriæ filiorum dei.

d Nō ſolum autem ſed & gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patiētiā operaī, patientia autem ꝓbatio ꝓbationē vero ſpem e Spes autē nō confundit, quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, ꝑ ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis.

f Vt quid enim Chriſtus cum adhuc infirmi eſſemus ſecundū tempus, pro impijs ī mortuus eſt.

g Vix enim ꝓ iuſto quis moritur.

a Nā ꝓ bono forſitā quis audeat mori b Commendat aūt charitatem ſuā de⁹ in nobis, qnoniam ſi cum adhuc peccatores eſſem⁹, ſcd'm temp⁹, Chriſtus ꝓ nobis mortuus eſt. c Multo igitur magis nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum.

a Nam forſitam talis poſſet inueniri, qui pro bono viro audeat mortē ſubire. b De⁹ vero ſuam erga nos charitatem, magnifice commendatam nobis & confirmatam fecit in eo, quod ipſe pro iniuſtis ſecundū tempus, quia nondū ablata erant peccata mundi, ad tempus mori dignatus eſt c Et ſi ita eſt, Imo quia ita eſt multo magis ergo nunc in hoc tempore pacis & gratię, in quo a peccatis noſtris ꝑ effuſſionē precioſi ſanguinis eius, ſumus emundati, liberi erimus ab ira Dei ſuper incredulos ventura, per Chriſtum.

d Si enim cum inimici eſſemus, recon ciliati ſumus Deo per mortem filij ei⁹ multo magis reconciliati, ſalui erimus in vita ipſius.

d Nā ſi tunc cum adhuc inimici eſſemus, nondum peracta ſatiſſactione pro peccatis noſtris, miſſo ad mortē filio, pater nos ſibi reconciliauerit, igitur nunc poſtq̄ recō ciliati ſumus Dep per ſanguinem Chriſti peccatis noſtris expiatis, a damnationis ira ſalui ac liberi erimus, per eūdem iam morte deuicta, æternaliter viuentem.

e Non ſolū autem, ſed & gloriam ur in Deo, per dominū noſtrū Ieſū Chriſtū per quem nūc recō ciliationē accepim⁹ f Propterea ſicut ꝑ vnum hominē peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes hoīes mors pertranſijt.

e Neq; vero id expectamus tantum, ſed etiam nunc in iſto peregrinationis tempore, gloriamur in Deo per Chriſtum dominū noſtrum, per quem nobis tanta ꝓ miſſa ſūt, & per quem Deo reconciliati ſum⁹. f Propterea ſicut per vnum hominem Adā protoparentem, potuit peccatum in totum hūc mundum introire, & cum peccato mors, atq; ita mors ſimul cum peccato in ommes poſteros pertrā-

ſeundo per propagationem deuenire.
a per vnum inq̄ Adā, in cuius lumbis omnes poſteri originalis peccati macula ſunt maculati, ſic indubie per vnū hominē, poterit & iuſtificatio, & vita in omnes homines diffundi. b Nec enim eſt arbitrandum, peccatum hoc ſimul cū lege intraſſe in mundū, Nā ab initio pręuaricationis, vſq; ad legē iam regnauerat pctm̄ hoc, in mundo c Non autē imputabatī donec veniret lex ipſū manifeſtans. d. Imo vero regnauit mors ab Adā, vſque ad Moyſi legē, etiā in eos qui nullo ſuo ꝓprio actiōis crimine pręuaricati fuiſſent, ſicut Adā actuali inobedientię peccato, legis diuinę pręuaricator extitit, qui Adā typū gerit, noui Adæ ſequentis, e Gratias autē Deo, qđ pręſtantius eſt donum gratię, nobis per Chriſtum collatū ad ſaluandū, q̄ Adę delictum ad pdēdum fuerit. f Si enim vnius Adæ delictum tam potens fuit vt multis, id eſt omnibus poſteris, mortis obligationē induceret, g multo magis gratia nos deo gratificans, & donū iuſtificatiōis, de plenitudine gratiæ vnius hoīs Ieſu Chriſti gratias acceptum, abūdāter deriuatum eſt in multos nempe in oēs qui in eū credere voluerit. h Et non ſicut per vnū peccatum Adæ in vno tantum rei efficimur, non inq̄, ita donum gratiæ Dei, ab vno tantum pec-

a in quo omnes peccauerunt.

b Vſq; ad legem enim peccatum erat in mundo.

c Pctm̄ aūt nō imputabatur, cū lex nō eſſet. d Sed regnauit mors ab Adam vſq; ad Moyſen, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adę. Qui eſt forma futuri e Sed non ſicut delictum ita & donum

f Si eñ vnius delicto multi mortui ſunt.

g Multo magis gratia dei & donum. in gratia vnius hoīs Ieſu Chriſti in plures abūdauit

h Et nō ſicut ꝑ vnū peccatum ita & donum.

a Nam iudicium ex vno,in condemnationem.

b Gratia autem, ex multis delictis, in iuſtificationem.

c Si enim vnius delicto,mors regnauit p vnum, multomagis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes in vita regnabunt p vnum Ieſum Chriſtum

d Igitur ſicut p vni⁹ delictũ in omnes homines in condemnationẽ,ſic & per vni⁹ iuſtitiam in omnes homines, in iuſtificationem vitę.

e ſicut enim per inobedientiam vnius hominis,peccatores cõſtituti ſunt multi, ita & per vnius obeditionem,iuſti conſtituentur multi.

f Lex aũt ſubintrauit

cato iuſtificat. a Nam mortis iudicium ex vno peccato originis ab Adã deducto,in cõdẽnationẽ omniũ ꝓceſſit, b gratia aũt,nõ ex vno tantũ illo delicto originali,ſed & ex multis ſuperiectis,q̃ ſibi qſq; auxit,in iuſtificationẽ omnimodã ꝓcedit,liberãs tã ab actuali q̃ ab originali pc̃õ. c Rurſum,ſi p vnũ delictũ vnius hoĩs potuit regnare mors multo magis p vnũ Ieſũ Chriſtũ,verũ vitæ authorẽ,regnabũt in vita,& vita regnabit in eis,q̃ nũc accipiũt abũdantiã gratiæ & donationis ad ſuã iuſtificationem de ei⁹ plenitudine:poſt emẽdationẽ a peccato. d Igitur cõcludim⁹, q̃d ſicut per vnius delictũ ad cõdẽnationem mortis in omnes hoĩes ventũ eſt,ſic & p vnius pleniſſimam iuſticiam omnibus [homínibus qui quęſierit illam], venit iuſtificatio vitæ, e Nec miranda eſt horum effectuũ tanta diuerſitas,quia ſicut ille per ſuam inobedientiã(eo quod pater eſſet oĩm primus)omnes nos fecit peccato obnoxios,ita per vnius Chriſti ꝑfectã obedientiã(qui eſt caput & principiũ oĩm credẽtium) multi iuſti redditi ſũt,id eſt,omnes credẽtes in eum. Sed hic q̃d de lege dicem⁹? An nõ potuit lex auferre hoc pc̃m̃ a mũdo:Nõ profecto.f Lex enim ad tẽp⁹ introducta. & ĩpoſita fuit populo ĩpfecto,p cui⁹ aduẽ

tū, vicio nō obſeruātiū factū eſt, vt grauiora & plura fierēt ab eis peccata, dum multa p̄cipuntur atq; prohibentur quæ ſine lege pctā nō eſſent, dūq; malū demōſtrat, & auxililiū grẽ non præbet. a Sed nihil hoc nūc oberit credentibus qm̄ vbi abūdauit delictū, abundantius ſupcreſcet & gratia, ita vt ſicut pctm̄ regnauit ad mortē, ſic gratia Dei nūc in fideliū cordibus dñetur, & regnet, per iuſtitiam bonæ operationis, in vitā ęternā per Ieſū Chr̄m dominū noſtrū, per quē nobis bona omnia ꝑuenire fatemur.

vt abundaret delictū

a Vbi autem abūdauit delictum, ſuperabūdauit & gratia, vt ſicut regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iuſtitiam, in vitam ęternam, per Ieſū Chr̄m dominum noſtrum.

ELVCIDATIO CAPITIS Sexti.

TEXTVS CAP. Sextū.

Quāquam aūt ſupradixim⁹, noſtra iniuſtitia diuinā iuſtitiā cōmendari. Rurſū vbi abundauit iniqnitas ſuperabundare & gratiam, b nemo tamen ex his exiſtimet conſequēter nos velle dicere, qđ bonū ſit in peccatis permanere vt maior abūdet gratia & magis commendetur Dei iuſtitia, noſtra ſuperexcreſcēte iniuſtitia. c Nos enim, qui ſemel peccato prorſus abrenunciantes, in conuerſione & baptiſmo, eidem mortui ſumus nequaquam licet adhuc in illo viuere, quod ſemel de teſtatione ſempiterna, quātū in nobis eſſet, abiurauim⁹. d Scire etei

b Quid ergo dicem⁹ Manebimus in peccato vt gratia abundet. Abſit.

c Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo.

d An ignoraris fratres quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu.

nos oportet fratres mei, omnē eum ꝗ fide ſuſcepta baptizatur in noīe Ieſu Chrī baptiſmate nouę gratię, quo ipſe diſcipulis baptizare p̄cepit, baptizari ad cōfigurationē mortis eius, ex qua baptiſm9 ſuę emundatiōis habet virtutē.

in mort e ipſius baptizati ſum9.

a Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmū in mortē,

a Per babtiſmum nanq; p configurationē quandā cum illo ſepulti ſumus, quaſi mūdo penitus mortui, & a mundi cōcupiſcentijs abſconditi cum Chr̄o in morte eius, nō quidē vt ab omni opere de cetero torpentes ceſſemus, quēadmodum nec Chr̄s in ſepulchro p̄manſit,

b vt quomodo chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitę ambulemus.

b ſed vt in opera nouę vitæ, & per virtutē gratiæ Dei reſurgam9, quomodo Chr̄s a mortuis poſt paululum ſurrexit, p virtutē inhabitantis ī eo diuinitatis.

c Si enim complantati facti ſum9 ſimilitudini mortis eius:

d ſimul & reſurrectionis erimus.

c Si enī modo in hac vita, Chriſto velut pinguiſſimæ radici & fœcūdiſſimæ arbori, tanq̄ plantulę quędam & ramuſculi coinſerti fuerim9, p aſſimilationē & cōfigurationē mortis eius, d nihil dubiū, quin ſuo quoq; tēpore, gloriæ reſurectionis eius participes erim9. Participes enim fiunt pinguedinis quæ eſt in radice aut arbore, ramuſculi oēs, qui fuerit p inſitionē recte implantati.

e Hoc ſciētes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt vt deſtruatur corp9 peccati, vt vltra nō ſeruiamus peccato.

e Illud diligenter attendentes quod vetuſtas om̄is peccati & malæ conuerſatiōis, omniſq; priſtina iniquitas, ſimul cum Chriſto, qui ipſam aſſūpſit & portauit pro nobis, crucis patibulo affixa eſt. Id eſt, per Chriſti

mortē ī cruce deleta atq; deſtructa, p̄ debitā placationē & condignā ſatiſfactionē ante patrē ad hoc ſine dubio, vt de cętero imperpetuum nō amplius peccato ſeruiamꝰ, ꝓpter qđ expiandum, Dei filium pati & mori oportuit. a Qui enim vere cum Chriſto mortuꝰ eſt, neceſſe eſt a pctō illū eſſe iuſtificatū, & ecōtrario. Neq; eī ſi adhuc peccato viuit & mūdo cū Chriſto mortuus eſſe poteſt. b Et licet graue forſitā videatur Chriſti morti configurari, & cū ipſo mori, nō tamē nos fatiget moleſtia, quoniā firmiſſima fide tenemus, oēs qui nunc ſic cū Chriſto vicijs mori ſtudent, etiā in futura vita, ſimul victuros cū illo. c Scimus aūt, quoniam Chriſtus ſemel deuicta morte reſurgens vltra ad mortē non eſt rediturus nec redire poteſt, mors vltra in illū nō præualebit, nec illū (vt ſemel) tenebit iterū, vel ad momentū minimū. d Nā quod Chriſtꝰ ipſe mortuus fuit, id propter peccata generis humani ſemel ſuſtinere voluit, qđ ad oīm ſeculorum expiāda peccata ſufficit. e Quod autē nūc ipſe reſuſcitatꝰ tertia die, viuit, Deo viuit. i. ex virtute diuinitatis ſuę, quę etiam corpus & humanitatē poſt reſurrectionē ſic glorificauit, vt mori amplius non poſſet. f Ad cuiꝰ cōfigurationē in nobis exprimēdā oportet, vt nobis firmiter perſuadeamꝰ in ani

a Qui enim mortuus eſt, iuſtificatꝰ eſt a peccato.

b Si enim mortui ſumus cum Chriſto, credimꝰ quia ſimul etiam viuemus cū illo.

c Scientes ꝙ Chriſtꝰ reſurgēs ex mortuis, iam non moritꝰ mors illi vltra non dominabitur.

d Quod enim mortuꝰ eſt, peccato mortuus eſt ſemel.

e Quod autem viuit, viuit Deo.

f Ita & vos, exiſtimate vos mortuos quidem, eſſe peccato,

moꝫ diligenter ſeduloq; imprimamus cordib⁹ noſtris, quod peccato vere mortui ſumus, vt ex illa perſuaſiõe poſt cõuerſionẽ omne peccatum abhorream⁹

viuentes aũt deo, in Chriſto Ieſu.

Deo autẽ viuentes in Chriſto Ieſu dño noſtro, vt illius videlicet opera modis omnib⁹ operari ſtudeam⁹. a Ne ergo permittatis, neq; vltra ratione ſinatis vt dominetur in vobis quod ſemel ab iuraſtis peccatũ, regnũue obtineat ĩ iſta veſtra corrupta carne, ſicvt obedienter perficere ſtudeatis praua deſyderia ei⁹ quę ſuggerit.

a Non ergo regnet peccatũ ĩ veſtro mortali corpore, vt obediatis cõcupiſcentijs eius.

b Similiter neq; mẽbra corporis veſtri vltra exhibeatis in miniſteriũ ſeruitutis peccati, & iſtrumẽta ad male agendum, quẽadmodũ olim is abuſi eſtis,

b Sed neq; exhibeatis mẽbra veſtra, arma iniquitatis pctõ.

c ſed iam a cõuerſione veſtra, quaſi ex mortuis, in ſpiritu facti viuentes, pręſtate vos deo paratos in omne opus bonum, & membra vireſq; corporis veſtri, inſtrumẽta ad bene agẽdũ, in ſeruitute dei, ad gloriã ei⁹.

c ſed exhibete vos deo, tanquã ex mortuis viuẽtes, & membra veſtra iuſtitię deo

d Nam poſthac nulla prorſus ratione permittẽdũ eſt ĩ vobis regnũ peccati, poſtq̃ pectis eſtis mortui, & chriſti ſacramẽtis ſanctificati.

d Peccatum em̃ vobis nõ dominabitur.

e Sub gratia eni dei iam eſtis quã & in baptiſmo accepiſtis, quæ contra malum fortificat, & ad bonum præbet auxilium, non ampli⁹ ſub infirma & inualida lege,

e Non em̃ ſub lege eſtis ſed ſub gratia.

f Sed qd? An ideo peccabim⁹ magis, qa ſub gr̃a ſum⁹, nõ ſub le-

f Quid ergo? Peccabimus quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia.

ge(quēadmodū putant)eo quod nūc prompta ſit ſēper gratia Dei,quę peccata remittit,quomodo ſub lege non erat? a Longe vero abſit hoc a fideliū cordibus,vt occaſione gratiæ Dei, licentiores fiant ad peccandū. b Magis autem illud apud nos ppēdamus, quod cui nos ſemel exhibem⁹ ſeruos addicimuſq; & ſubijcimus vltronei ad obediendum,illius ſerui proculdubio noſtra hac voluntaria ſubiectione & traditione efficimur,illius ,inquā,cui⁹ ſic nos obedientię ſubijcimus, c Si peccati ad æternæ mortis p̄mia , quæ ex illius ſeruitute promerebuntur , ſiue ſalutaris obedientiæ fidei, & mandatorū Dei,ad fructum iuſtitiæ, & ſanctificationis noſtræ,quē ex illa beata ſeruitute cōſequemur. d Deo autē gratias ago,de bona conuerſione veſtra,quoniam cū fuiſſetis olī ſerui peccati,ipſo tamē vocante,ſanctę obediētiæ Chriſtianæ,ex animo in ſynceritate cordis abiuratis erroribus, voſipſos ſubmiſiſtis,e ad eā doctrinæ formam & ſanctæ inſtitutiōis modum,in quibus vos Apoſtoli inſtituerūt a patrijs erroribus & vicijs priſtinis traductos. f Poſtquā autē deſijſtis eſſe ſerui peccati,facti eſtis ſerui iuſtitię.g Qđ dico, vos iā fideles factos,ſeruos eē iuſtitię

a Abſit.

b An neſcitis, quoniā cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum,ſerui eſtis eius cui obediſtis.

c ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam.

d Gratias autē Deo ꝙ fuiſtis ſerui peccati,obediſtis autem ex corde

e in eam formam doctrinę,in qua traditi eſtis.

f Liberati autē a peccato ſerui facti eſtis iuſtitię.

g Humanū dico,ꝓpter infirmitatem carnis veſtrę.

(cum videatur hęc eſſe ſecundum verita tē mera & ſola libertas, iuſte cōuerſari) id ego humano more loquor, propter carnis infirmitatem, ob quam, nihil dubito quin laborioſū adhuc vobis exiſtat, ſeruire iuſtitię. Neq; grande aliquid, & quod ſupra humanas vires exiſtat a vobis exigitur. Sed propter carnis infirmita tē, parum aliquid, quod humanū ſit & rationabile, & factu non difficile. a Nihil enim aliud exigitur a vobis, q̄ vt, ſicut ante cōuerſionē veſtrā exhibuiſtis corpora veſtra ad perficiendū immundiciā & iniquitatē, ad iniquitatē perpetrandā, ita nūc exhibeatis eadem illa veſtra corpora, ex bona animi deuotione, ad perficiendum opera iuſtitiæ in eis, quibus ſan ctificari valeatis, & ipſa quoq; priſtinis vicijs emundari queāt, dū iā ſacris actib⁹ mācipātur, quę olim prophanis. b Cū enī ſeruiretis peccato liberi eratis iuſtitię Id eſt, ab ea vacui, eaq; priuati. c Dicite vero mihi, quē fructū aut qd veri cōmodi tūc potuiſtis habere in vicijs & pc̄tis veſtris, de quibus nūc erubeſcitis, cū vobis ad memoriā reducunt̄ & pro quibus modo apud Deū confundimini & pœnitentiam agitis, ꝓculdubio nullū. c Imo inſup finis illorū & exitus, ad quē deducūt æternę mortis damnatio eſt. d At vero nūc poſt conuerſionē veſtrā, facti a

a Sicut enim exhibuiſtis membra vr̄a ſeruire immundicię & iniquitati ad iniq tatem, ita & nunc exhibete membra vr̄a ſeruire iuſtitię in ſan ctificationem.

b Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitię.

c Quē ergo fructū habuiſtis tunc in illis in quibus nunc eru beſcitis?

e Nam finis illorū mors eſt.

d Nunc vero liberati a peccato, ſerui au

peccati ſeruitute per gratiā Dei liberi, & ſerui facti dei, habetis fructū operū iuſtitię, ipſam ſanctificationē cordis & corporis veſtri, fructū haud dubie p̄cio ſū & optabilē, inſup finalē retributionē gloriā vitę ęternę, a Nā ſtipendiū peccati actibus debitū & determinatum, mortis ęternę dammatio eſt. b Vita autem ęterna, non quidem ex cōdigno debito reddenda eſt pro operum condignitate, ſed ex Dei gratia & dono, ꝑ operibus iuſtitię, eam nihilominus indubie recipiemus in Chriſto Ieſu domino noſtro, per quem & in quo, nobis ſunt noſtra omnia vere bona.

factī Deo habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finē vero vitam ęternam

a Stipendia enim peccati mors.

b Gratia autem Dei vita ęterna i Chriſto Ieſu domino noſtro.

ELVCIDATIO CAPITIS Septimi.

TEXTVS, CAP. Septimum.

AD vos nunc ſermonē conuerto Iudęi, qui legis habetis ſcientiam vobis ea quę ſunt legis proponēs vt ex collatione clarum fiat, quod volumus. b. Scitis enim quod lex quælibet, ſuper hominem dominium nō habet, neq; ſibi habet ſubiectum, & obligatum, niſi donec ipſa vigorem habet & in ſuo perſtat robore. Nam ſi antiquata fuerit, abrogata ac mortua, non vltra ſibi tenebit quenquam obligatum c Et quidem mulier quæ ſub viri imperio per matrimonium eſt ſubiecta,

a An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor.

b quia lex in homiē dominatur, quanto tempore viuit.

c Nam quę ſub viro eſt mulier, viuēte

viro alligata eſt legi. donec vir eius viuit, alligata eſt legi. Ita vt illum non poſſit pro libito relinquere. a Si autem mori ipſum contigerit, hoc ipſo abſoluta erit, a lege viri nec erit lex vel ius aliquod, quo prohibeatur alteri iũgi. b Atq; ita donec vir viuit, adultera erit, & reputabitur, ſi priori relicto viro (ſub cuius lege tenebatur obligata) alteri ſe adiunxerit, ad actum maritalem. c Mortuo autẽ viro, a lege & iure viri liberata eſt, vt adultera nec ſit nec reputetur: ſi alteri ſe per matrimonium iunxerit. Legem viro comparamus, ſub qua hactenus vixiſtis in Iudaiſmo vos autem legi ſubditos, cum muliere conferimus. d Vos itaque fratres, legi eſtis mortificati Id eſt, p mortem legis ei ſubtracti, quoniam ipſa mortua eſt vobis, per corporis Chriſti mortem, quæ conſummauit legalia & vetera omnia, quoniam finis legis eſt Chriſtus, in ſanguine ſuo nouam legem & omnia noua dedicans, e vt poſthac alterius adhæreatis nouę legi, hoc eſt Chriſti Ieſu, qui a mortuis reſurrexit. Sic (inquam) illi adhæreatis, vt bonis actionibus de cætero vacantes, bonorum operum fructum vobis accumuletis in Deo, & ad gloriam eius. f Cum enim nondum ad ſpiritum fidei traducti, adhuc in carnis con

a Si autem mortuus fuerit vir eius, ſoluta eſt a lege viri.

b Igitur viuente viro, vocabit adultera ſi fuerit cũ alio viro.

c Si autem mortuus fuerit vir eius, liberata eſt a lege viri, vt non ſit adultera, ſi fuerit cũ alio viro.

d Itaq; fratres mei, & vos mortificati eſtis legi, per corpus Chriſti.

e vt ſitis alterius, q̃ ex mortuis reſurrexit, vt fructificetis Deo.

f Cum enim eſſemꝰ in carne, paſſiones peccatorum quæ p

cupiſcentia viueremus, malæ inclinationes & impulſus praui, quæ ex lege occaſionem non modicam ad ſæuiendum accipiebant, modo quodam regnabant & efficaciter dominabantur in corpore noſtro, ſpiritum tenentes ſuppeditatum & captiuum, vt nos ad mortem & damnationem inducerent. a Nunc vero a veteri lege illa mortis occaſionem dante & viuificare impotente, ſub qua vt paruuli ſub pædagogo concluſi detinebamur per gratiam Euangelij liberati ſum9. b ſic vt non amplius in literali legis obſeruantia, ſed in ſpiritus libertate, per regenerationem noui facti, Deo ſeruiamus, qui nos ab illa ſeruitute & vetuſtate, ad hanc nouitatem & libertatem, vocare dignatus eſt.

c Neque vero, quod dico paſſiones peccatorum per legem eſſe, ſic accipi velim, quaſi ſentiam ipſam legem eſſe peccatum aut malum. d Sed peccatum aliquod, imo plura dico eſſe peccata, quæ non cognoſcerentur eſſe peccata, niſi per legem ea prohibentem, atque ita prohibendo indicantem. e Exempli gratia, de actu concupiſcendi, quis vnquam crediſſet, internum ſolum concupiſcētię

legem erant, operabantur in mēbris noſtris, vt fructificarē morti.

a Nunc autem ſoluti ſumus a lege mortis, in q̄ detinebamur.

b ita vt ſeruiamus ī nouitate ſpiritus, & nō in vetuſtate literę

c Quid ergo dicemus? lex peccatū eſt? Abſit.

d Sed peccatū non cognoui, niſi p legē.

e Nā concupiſcentiā neſciebā, niſi lex diceret. Non concupiſces.

motum,ſine exteriori operatione eſſe peccatū,niſi lex indicaſſet, prohibens non concupiſcere rem alienam,nedum nō furari exterius? a At vero ipſe qui nobis inhabitat pcti fomes(q hic peccatum nominatur,eo qd omnis peccati ſit origo quędam)Id eſt, corrupta noſtra & pueri a ſenſualitas, occaſionem accipiens ex mādato,quo innotuit cōcupiſcentiā eſſe peccatū,dū nititurſemper in vetita, exardeſcit vehementius, vt operetur in nobis multiplicē concupiſcentiam,& ois generis peccatum. b Ante legē enim datam,peccatū quodāmodo mortuum erat,vt min⁹ cognitum,minuſq; validū & efficax. c Et quidē fuit tps,quando ſine lege ſcripta viuebant hoies añ videlicet legis dationē,& tunc ſibi viuere quodāmō videbātur qñ lege ſcripta nō redarguebāt nec onerari cogebātur. d Per dationē aūt legis,reuixit valētius q̄ ante,& aptius notiuſq;,qd ante debile & icognitū latuerat,& nos,morti facti ſum⁹ amplius obnoxij,ex legis idicio,nobis pctā demōſtrante & occaſionaliter ad maiora & plura nos adducente,dū multas ſuper addidit pręceptiones & prohibitiones quibus ante non obligabamur,& pctā nota faciebat,ad q̄ poſtmodum,cognito qd eſſent pctā,corruptio ſenſualita-

a Occaſione autē accepta,peccatum per mandatum operatū eſt in me omnem cōcupiſcentiam.

b Sine lege enim peccatum mortuū erat.

c Ego autem viuebam ſine lege aliquando.

d Sed cum veniſſet mandatum,peccatū reuixit,ego autem mortuus ſum.

tis inclinat, ſollicitatq; vehemẽtius. a Atq; ita re ipſa cõpertũ eſt, legẽ q̃ ad vitã a benefico Deo ꝑ magno beneficio data erat, noſtro vicio nobis factã eſſe mortis occaſionem. b Corruptus enĩ ſenſualitatis fomes, accipiẽs occaſionẽ ex lege bona (vt ſupra diximus) ſeducebat hoĩes a rectitudine rationis & vitæ ad conſentiendũ carnalibus deſyderiis c & per illius bonę legis occaſionẽ, homines in peccati perpetrationẽ inducẽs interficit. d Non ergo culpamus legẽ quę eſt ſancta & ſine macula, neq; mãdatũ Dei, q̃d omnimodis iuſtũ eſſe fatemur, & ſanctum & bonũ. e Neq; dico legẽ bonã per ſe mortẽ nobis eſſe factã quaſi ipſa mortem effecerit hoĩbus, ſitq; mortis cauſa. f Abſit enĩ, vt hoc de ſancta Dei lege impie aſſeramus. g Sed dicimus quod ipſe fomes peccati per occaſionẽ bonę legis hominib⁹ effecerit mortem, ſic vt apparens fieret & validius quod ante latebat, priuſq̃ per legẽ indicaretur, h vt fomes peccati (quem hic ſemper peccatum dicimus) appareret iam ſupra modum peccans, per legis occaſionẽ, dũ poſt legẽ datam ad vetita magis ſollicitat & inducit, & propter expreſſam legis prohibitionẽ, grauiora ſunt peccata quæ committit, vt ſic & in pluribus delinquat, & graui⁹

a & inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitã, hoc eſſe ad mortem.

b. Nam peccatum occaſione accepta per mandatum, ſeduxit me.

c & per illũd occidit

d Itaq; lex quidem ſancta & mandatũ ſanctũ, & iuſtum & bonum.

e Quod ergo bonũ eſt mihi factum eſt mors.

f abſit.

g Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatũ eſt mihi mortem.

h vt fiat ſupra modũ peccans peccatum, ꝑ mandatum.

a Scimus enim, quia lex ſpiritualis eſt.
b Ego autem carnalis ſum, venundatus ſub peccato.

a De lege enim illud ſcimus & fatemur quod bona & ſpiritualis ſit in ſeſe, vt pote a patre ſpirituum data. b homines autem, ex corruptione quæ eis in eſt ex primi parentis peccato carnales ſunt, primi parentis peccato & conſenſu malo ſub peccati tyrannide traditi, conſtituti, obligati, & quaſi venditi in ſeruitutem. Ecce quod dicturus ſum de toto humano genere, quatenus ſub illa corruptione fomitis continetur, ſub mea perſona dicturus ſum, ſic de meipſo loquens. quaſi præter peccati fomitem nihil in me foret, gratiam dei quodammodo diſſimulans. c Itaque quod ego ago ex corruptione carnis, non ſecundum rationis intelligentiam ſed potius ſecundum carnis ago malum deſyderium, cui ex naturali propagatione omnes ſubijcimur, donec per Dei gratiam liberemur. d Neque enim ſecundum carnem illud facio, quod ſecundum rationem vt bonum eligo, ſed quod ſecundum rationem deteſtabile mihi eſt malum, illud facio ſequens magis in opere, fomitis tractum peruerſum, quam rationis rectum dictamen, & voluntatis electionem bonam. e In eo autem, dum facimus ſecundum carnis impulſum, qd ſecundum rationem deteſtamur, legẽ

c Quod enim operor, nõ intelligo.

d Non enim quod volo bonum, hoc ago, ſed quod odio malum, illud facio.

e Si autem quod nolo illud facio, conſentio legi, quã bona eſt.

ſane approbamus quod bona ſit, quã do per rationem, quod illa præcipit, nos vt bonum iudicamus & elegimus, quamuis dominante concupiſcentia, non perficiamus. a Itaque, dum ſic ex carnis mala inclinatione, contra rationem operor quod malum eſt, non ego ſecundum ſpiritũ (qui eſt in homine potior pars) illud operor. Cum frequenter repugnante etiam ſpiritu, contra rationis imperium, in nobis paſſiones peccatorum inſurgant b ſed peccati fomes, qui in carne corrupta per priuationem originalis iuſtitiæ, implantatus inhabitat, per traducem & propagationẽ a primis parentibus. c Experientia enim quotidiana certus ſum, qđ in me ſecundum carnem, & incorrupta carne iſta, non habitat vlla ad bonum inclinatio, ſed pronitas ineſt ad omne malum. d Nam ex parte ſpiritus, video mihi bonum frequenter in electione eſſe & deſyderio, ſed propter carnis concupiſcentiam, nequeo perficere, quod ſecundum ſpiritum vtcunque volebam. Iam autem diximus de homine nos ſic loqui, vt eſt in ſeipſo ſine auxilio diuinæ gratiæ ſuperadditæ. e Non enim valentes ſumus ex nobis, vt bonum, quod quomodocunque eligimus, perficia-

a Nunc autem iam non ego operor illud

b ſed quod habitat in me peccatum.

c Scio enim, quia nõ habitat in me, hoc ẽ in carne mea bonum

d Nam velle adiacet mihi perficere autem bonũ nõ inuenio.

e Non enim quod volo bonum, hoc facio, ſed quod nolo malum, hoc ago.

mus,ſed malum, quod ſcd'm ſpiritum odio habemus,perficere potẽtes ſum⁹ quia nimirũ dominatur in homine ex ſua origine peccati fomes,non ſpiritus

a Si autem quod nolo illud facio,iã non ego operor illud,ſed quod habitat in me peccatum.

a Si autem facio quod ſecundum ſpiritum nolo,nõ vtiq; ego ſecundum ſpiritum (qui eſt potior in homine pars) id facio,ſed caro ipſa & fomes peccati (qui in ea regnat,donecper gratiã Chriſti deuincatur) vel repugnante ſpiritu, & contradicente voluntate,mala ex ſuſcitant.

b Inuenio igitur legem,volenti mihi facere bonum, quoniã mihi malum adiacet

b Inuenio igitur legem bonã eſſe & ſanctam,qualem diximus, dum volo bonũ facere ſecundum ſpiritum, q̃q̃ mihi malũ in proximo in carnis concupiſcẽtia adiaceat.quod me a perficiendo trahit.

c Condelector enim legi Dei, ſecundum interiorem hominẽ,

c Nam ſecundum ſpm̃ (qui eſt interiorhomo,& pręcipua pars hominis)complaceo & delector in lege Dei,dum ex naturali dictamine eadem eligo,quę lex Dei aperte præcipit tanquam bona.

d Video autem aliã legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris, meis.

d Sed cognoſco ex altera parte concupiſcentiã peruerſam & fomitem pecccati in carne inhabitãtem (quam etiam poſſumus legem quẽdam nominare eo quod cogat & inflectat & dominetur in carne) quę repugnat naturali dictamini mẽtis. Libet itaq; nũc exclamare in perſona eius , qui Dei gratia non adiutus ,ſub tali tyrannide p̃mit̃,quærẽs facere bonũ & ꝓpter

carnis concupiſcentiam non inuenies. a Heu me infœlicem, & ex meipſo nihil niſi miſerũ, quis me liberabit a corpore iſto morti obnoxio, liberumq; faciet ab eius corruptione quæ in eo inhabitat, vt nõ vltra in me dominetur? Quis talem mihi hoſtem ſubiugabit, aut infirmabit? Nunquid vetus Moyſi lex? Nunquid circuncíſio? Nunquid legales obſeruãtię omnes, in quibus gloriantur Iudęi b Nihil horũ ſane, ſed gratia Dei ſola, quę ſpiritum cõtra carnis corruptionem corroborat, concupiſcẽtię virtutem infringit, impetũq; minuit, & ſpiritui carnẽ obedire facit. Gratia (inquam) Dei, per Ieſum Chriſtum, per quem ſunt nobis omnia, quia gratia & veritas, per Ieſum Chriſtũ facta cognoſcitur. c Itaq; vn⁹ ego idemq; (donec iſta accedit gratia Dei, atq; ſecundum partem aliquam etiã illa in nobis habitante) ſecundum ſpiritus bonã electionem, quæ legis Dei ſunt Deoq; placita, quęro perficere, ſecundum carnẽ autem, quę concupiſcentia ſuadet, & ad quę fomes peccati inſtigat, concupiſco.

a Infœlix ego homo quis me liberabit de corpore mortis hui⁹.

b Gratia Dei, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.

c Igitur ego ipſe mẽte ſeruio legi Dei, carne aũt legi peccati.

¶ELVCIDATIO CAPITIS Octaui.

IGitur ob gratiã Dei, adiuuantem & liberantem a malicia inhabitãtis

TEXTVS CAput. Octauũ.

a Nihil ergo nũc dãnationis eſt ĩjs q̃ ſunt in Chriſto Ieſu.

cõcupiſcẽtiæ,nõ eſt quod mortis æter næ damnationẽ timeãt fideles, qui in Chriſtũ credunt, quaſi eã non poſſint effugere, a Illi (inq̃) nõ timeãt, qui ſecundũ ſpiritũ, gratię Dei acquieſcẽtes, cõuerſari ſtudẽt, & nõ ſecundũ carnis cõcupiſcẽtiã carnaliter viuere. b Spiritus enim ſanctus, in fidelibus author vitæ ſpiritualis (quę eſt velut lex quædã, regulans in bono ſpiritũ humanũ) ipſe eſt qui in Chriſto Ieſu credentem liberat a lege peccati & mortis, id eſt, a fomite malæ cõcupiſcentię, atq; etiam a legis veteris carnali obſeruãtia, quoniam per ſpiritum Chriſti fit: vt nec fomes peccati nocere poſſit, neq; ad legis vltra obligemur ſeruitutẽ. c Q đ enim veteri legi erat penitus impoſſibile, in eo quod infir ma erat per ſuas carnales obſeruantias, & ad ſaluandũ inualida. Deus impleuit ſua prouidentia, mittens filium ſuum indutum carne, eiuſdem ſecundum veritatem naturę, cũ carne noſtra peccato ſubdita, q̃q̃ eſſet ei⁹ caro peccato minime ſubdita: d atq; ita per filium ſuũ, factum velut hoſtiã pro pctõ, dãnauit, deſtruxit, expiauitq; pctm̃, qđ erat ĩ carne noſtra, e Vt quam lex promittebat, ſed per ſe conferre non poterat, a peccato iuſtificationem, nos completam in no-

a qui non ſecundum carnem ambulant.

b Lex enim ſpiritus vitæ, in Chriſto Ieſu liberauit me a lege peccati, & mortis.

c Nam quod impoſſibile erat legi, ĩ quo infirmabatur per carnem. De⁹ filium ſuũ mittens in ſimilitudinem carnis peccati.

d & de peccato, dãnauit peccatum ĩ carne.

e vt iuſtificatio legis impleretur in nobis.

bis & perfectam, Chrí morte, ſuſcipe rem⁹. a Nos (inq̃) q nõ ſcd̃m carnis deſideria adhærẽtes cõcupiſcẽtię, neq; in carnalibus veteris legis obſeruãtijs, viuim⁹, ſed in veritate & libertate ſpũs ſpiritualiter cõuerſamur. b Qui eñ ſecundũ carnales, vel cõcupiſcentias, vel obſeruationes cõuerſanť, nõ ſapiũt neq; ſciunt quę ſpũs ſunt ſed tantũ ea quę carnis, & ad carnẽ omnia referũt. c Queadmodũ econtrario ſpũales q̃ ſpũs Dei ſunt quęrũt, referuntq; ad illũ oĩa. d Nã prudentia carnis, ſic vt mortẽ, ita ſpũs exaduerſo vitã operať & pacem. e Carnis enim prudentia, Deo aduerſatur. atq; aduerſus ipſum exercet inimicitias, eo quod legi Dei (quæ ſpiritualis eſt) ſubijci nolit, ſiue quia ea quę contra legem Dei ſunt, quęrit, ſiue quia per carnales obſeruantias a libertate legis Euangelicę auocat, & impedimentum illi preſtat. f Ac proinde, adhuc in carne conuerſanť, carnalia ſequendo deſiderya, vel carnalibus adhuc fidẽdo obſeruantijs, Deo nequeũt placere, donec, ſic carni adhęſerint. g Spero aũt, qm̃ vos iã in carne nõ eſtis, facti ſpũales, quales eſtis indubie, ſi ſpiritus Dei habitat ĩ vobis. h Quod ſi quis ſpiritũ Chriſti nõ habeat, extra Chriſtũ ille eſt, & ad Chr̃m

a qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſcd̃m ſpiritum, b Qui enim ſecũdũ carnem ſunt, quę carnis ſunt ſapiunt. c qui vero ſecundũ ſpiritum ſunt, q̃ ſunt ſpiritus ſentiuut. d Nã prudentia carnis, mors eſt, prudentia autem ſpiritus, vita & pax. e Quoniam ſapiẽtia carnis inimica ẽ deo, legi enim Dei, non eſt ſubiecta. Nec eni poteſt. f Qui autem in carne ſunt, Deo placere nõ poſſunt. g Vos aũt in carne nõ eſtis, ſed in ſpiritu ſi tamen ſpũs Dei habitat in vobis. h Si quis aũt ſpiritũ Chriſti nõ habet, hic non eſt eius.

non pertinet, a Si aũt, vt ſpero, Chriſtus in vobis eſt, atque proinde etiam ſpiritus eius, ergo caro quidem mortua eſt, proprer peccatum, quod cum appetat, prohibetur ꝑficere, a ſpiritu ſancto, qui corpus peccato mortificat, ſpiritus autem viuit, propter iuſtificationem, & iuſtitiam, quã ex gratia ſpiritus ſancti conſequitur. b Si (inq̃) ſpiritus patris qui Ieſum a mortuis excitauit, in vobis manet, idem ipſe qui filiũ ſuſcitauit, veſtra quoq; infirma & mortalia corpora viuere faciet, in operibꝰ bonis nunc. & poſtmodũ in ęterna vita, propter ſpiritum qui in vobis inhabitat. c Itaque fratres, debitores ſumus, non quidem carni, vt ſecundum eius viuamus deſideria, ſed Deo, vt illius impleamus voluntatẽ, ſecundũ ſpiritum. d Nam ſi ſecundum carnis cõcupiſcentias peruerſas vitam duxeritis moriemini in peccatis concupiſcentię veſtræ e Si autem per ſpititum, carnis deſideria ſupplãtare, & carnis opera mortificare ſtudueritis, ita demum viuetis. f Quicunque enim in ſua conuerſatione ac vitæ ſuę inſtitutione ſpiritu Dei reguntur atq; ducuntur, hi (vtpote eodẽ ſpiritu regenerati) ſecundum adoptionẽ filij Dei ſunt. g Spiritus enim quem accepiſtis credẽtes,

a Si aũt Chr̃s in vobis eſt, corpꝰ quidem mortuũ ẽ, ꝓpter peccatũ. Spiritꝰ vero viuit, propter iuſtificationem.

b Quia ſi ſpiritus eiꝰ qui ſuſcitauit Ieſum a mortuis, habitat ĩ vobis qui ſuſcitauit Ieſũ Chriſtum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora veſtra, ꝓpter inhabitantẽ ſpiritum eius in vobis.

c Ergo fratres, debitores ſumus, non carni vt ſecundum carnem viuamus.

d Si enĩ ſecundũ carnem vixeritis, moriemini.

e Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

f Quicũq; enim ſpiritus Dei aguntur, hi ſunt filij Dei.

g Nõ enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis, iterum in timore.

non eſt ſpiritus ſeruitutis & timoris, vt nos ſic iterum timere faciat quaſi ſeruos, quomodo olim Iudæi pœnarum terrore ſeruiebāt, a Sed ſpiritus libertatis eſt qua adoptantur in filios Dei, quo ſuggerente, audemus Deum fiducialiter patris nomine compellere, illiq; dicere Abba, quod interpretatur pater. b Ipſe enim ſpiritus diuin⁹ occulta ſuggeſtione, ſpiritui humano perhibet teſtimonium, in quo inhabitat. qđ veri ſim⁹ filij Dei, de cuius teſtimonio nihil eſt dubitandum, cum ſit ipſe ſpiritus veritatis, c Si vero filij Dei ſum⁹, ergo & hęreditatis eius ſecundum ſpem nūc participes ſumus, eiuſdē ſuo poſtmodū tempore futuri poſſeſſores. d Hęredes quidem Dei patris, Chriſti vero filij, etiā cohæredes, quatenus & ipſe filius eſt Dei, & noſtrū omnium percarnis aſſumptionē frater effect⁹, e Si modo per patientiā cōfiguremur Chriſto, in ijs quę pro ei⁹ nomine ſuferēda obueniūt vt debito ordine hoc pacto. in tempore retributionis, eidem ſecundum gloriā etiam configuremur atque aſſimilemur. Neq; vero magnū aliquid videri cuiq̄ debet, pro nomine Chriſti grauia quędā ſuſtinere, ꝓpter expectationem venturæ retributionis. f Scio enim, & certiſſime mihi perſua

a Sed accepiſtis ſpiritū adoptionis filiorū Dei, in quo clamamus Abba, pater.

b Ipſe enim ſpiritus, teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei.

c Si autem filij, & hęredes.

d Hæredes quidem Dei, cohęredes autē Chriſti.

e ſi tamen compatimur, vt & conglorificemur.

f Exiſtimo enim, qđ

nõ ſunt cõdignæ paſſiones hui⁹ temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis.

ſum habeo, paſſiones quę in hoc mundo obuenire poſſũt fidelibus, etiãſi vniuerſa in vnũ conglobentur, nõ eſſe tñ vllo modo ſufficientes ad promerẽdũ quaſi ex condignitatis debito, illã venturi ſęculi gloriã, quę ſuo tẽpore in nobis cum effectu manifeſtabitur, qui modo credimus & ſperamus in eum, & ꝑſecutionem patimur pro nomine ejus.

a Nam expectatio creaturæ, reuelationẽ filiorũ Dei expectat.

a Tanta enim erit illa beatitudo, vt ipſa quoq; mundialis machina, & omis quę in eo eſt creatura, cũ expectatione magna aſſidue ſolliciteq; expectet, hãc filiorũ Dei reuelationẽ. Id eſt ꝑfectã in corpore & anima, oĩm ſaluandorũ glorificationem.

b Vanitati eñ creatura ſubiecta eſt.

b Interim eñ, donec finalis veniat omnium iuſtorum glorificatio, creatura omnis quæ in mũdo eſt & totus ipſe mundus, ſol etiam ipſe & luna, cęteraque aſtra & orbes cœlorũ, varijs immutationib⁹, moribuſque cõtinuis, ſcdm generationes & corruptiones, ſubijciunt̃ ad humanũ miniſteriũ, quę oĩa vanitas quędã ſunt & inſtabilitas.

c non volens, ſed ꝓpter eum qui ſubiecit eam in ſpe.

c Non quidem ex ſuæ naturæ cõditione, aut ꝓpter ſuũ bonũ, ſed propterea qđ eũ Deus nũc ſeruituti ſubiecit, ad inſeruiendũ homini ꝓ hoc ſtatu mortali, ꝓpter quẽ fctã ſũt oĩa, ſub ſpe liberationis in ſuo tẽpore, qñ poſt fina

le iudicium, homini ultra eorum miniſterio non erit opus. a Nam tunc ipſa creatura, quæ hactenus ſeruierat, ab illa ſeruitute corruptionis (id eſt inſtabilitatis, imperfectionis & ſubiectionis) libera fiet, filijs Dei ſic in libertatē gloriæ Dei tranſlatis. b Scimus autem & firmiſſima fide tenemus, omnia creata, & cœleſtia & terreſtria, laboribus fatigari, & velut nobiſcum ſub pondere ſeruitutis, quam noſtra cauſa ſeruiunt genere, & magno deſiderio ſui laboris præmiū nempe requiem & in nouationem in ſtatū meliorem, ab initio expectare. c Non ſolum autem corporalis illa creatura ſuam liberationem expectat, & deſiderat, ſed multo magis noſipſi qui ſpirituſſancti primitias, & potiora eius dona, accepimus in arram futuræ cœleſtis gloriæ, ex intimis cordis deſiderijs in gemiſcimus & ſuſpiramus, donec impleatur in nobis adoptio, & reueletur in nobis gloria filiorū dei, d expectātes pariter, & liberationē corporis nr̄i ab omnib⁹ ſuis quibus nūc aggrauaē miſerijs. e Quā q̄ eṁ mō iſta oculis nō videam⁹, ſpes tamē nos facit. de nr̄a ſalute penitus ſecuros, f Imo ſpes non eſt de eo quod iam videtur, & quaſi certū habeē atq;

a quia & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis, in libertatē gloriȩ filiorum Dei.

b Scimus enim, q̄d omnis creatura īgemiſcit & parturit vſque adhuc.

c Nō ſolum autem illa, ſed & noſipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorū Dei

d expectantes redēptionem corporis noſtri.

e Spe enim ſalui facti ſumuus.

f Spes autem quȩ videtur, nō eſt ſpes.

a Nam quod videt quis, quid ſperat?

b Si autem quod nõ videmus ſperam⁹ p patientiam expectamus.

c Similiter autem ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram.

d Nam quid orem⁹ ſicut oportet neſcimus.

e ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus.

f Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus.

g quia ſecũdũ Deũ poſtulat pro ſanctis.

h Scimus autem, quoniã diligentib⁹ Deũ

poſſidetur. a Nemo enim illud ſperare dicitur, quo iam ante oculos ſuos fruitur, quaſi re iam certa & habita. b Tunc autem ſperare dicimur aliqd cũ id quo in præſentia frui non datur per patientiam tamen expectam⁹, donec temp⁹ veniat, vt accipiamus illud in certã & firmã poſſeſſionẽ. c Quo modo autem dixim⁹ de ſpiritu ſancto quod ipſe in nobis clamat. Abba pater quod teſtimonium reddat ſpiritui noſtro, ꝙ ſimus filij Dei, ſimiliter dicim⁹ quod ipſe eſt qui noſtrũ imperfectũ benigno ſuo auxilio, clementer adiuuat in orationibus. d Nos enim, ex nobis nil niſi cæci & miſerabiles, neque quid, neq; quomodo orare debeam⁹ cognoſcimus, e ſed ipſe ſpiritus mẽtem noſtram illuminans, & affectũ voluntatis bonis deſiderijs ſuccẽdẽs, poſtulare nos facit a Deo q̃ ſalutaria ſunt gemitibus & ſuſpirijs, q̃ enarrare vox, neq; vlla ligua põt exprimere. f Verũ qui cordium cognitor eſt De⁹, optime nouit quid ſibi velint ſpirit⁹ pro nobis poſtulationes, & affectuoſiſſimi gemitus, g quoniam quę Deo ſũt placita, & hominibus ſalutaria, pro ſanctis poſtulat, non (vt pro ſeipſis ſolent homines) temporaria aut etiã noxia. h Scimus vero, quoniã ijs qui diligũt Deũ,

eiuſdem ſpiritus beneficio, omnia ſiue proſpe ra, ſiue aduerſa, ſiue lęta, ſiue triſtia, cedunt in bonum, & ad fructũ creſcunt meritorum. Ita vt nulla via poſſit ab ea ad quam prędeſtinati ſunt gloria impediri. a his (inq̃) qui ſecundũ propoſitum diuinæ prædeſtinationis, vocati ſunt ad fidem Chriſti, in ſanctitatẽ b Nam quos ab ęterno deus ſic beatificandos pręuidit, hos & prędeſtinauit fieri conformes & ſimiles filio ſuo conſubſtantiali, qui eſt imago eius, proponens eis dare gratiã ſpiritusſancti, per quam Chriſtiformes, imo Deiformes efficimur. c Sic tamen, vt ipſe in prępcellenti gloria, ſit velut primogenitus inter multos fratres ſuos, Quanquam enim omnes nos, in quibus eſt gratia Dei, filij Dei ſimus. Ipſe tamen conſubſtantialis & naturalis eſt filius, atq; ita primogenitus ante omnem creaturam, tam dignitate quam tempore. Nos vero tantum adoptiui, & ſecundum bene placitum eius, ad id quod natura nõ eramus, aſſumpti d Quos autem prædeſtinauit ab ęterno ad gloriam ſuam, eoſdem ſuo tempore ad fidem & eccleſiam ſuã vocauit. e Quos autem vocauit (Id eſt, qui eius vacationi obediũt) eoſdem deinde a peccatis mundauit, & ad bona opera validos fecit. f Quos vero ſic iuſtificauit, eoſdem &

omnia cooperantur in bonum.

a his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.

b Nam quos pręſciuit, & prędeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui.

c vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.

d Quos autem prædeſtinauit, hos & vocauit.

e & quos vocauit, hos & iuſtificauit.

f quos autem iuſtificauit illos & magnificauit.

magnificauit, nũc quidem in gratię ſuę donis magnificis, ac poſtmodũ in gloria ęternitatis ſuę. Ecce hęc ſunt mira & magnifica erga nos diuinę dilectionis teſtimonia. Quis vnquam tanta ſperare auſus fuerat? a Quid reſpondebimus ad tātę charitatis beneficia fratres b Si Deus tanto nos fauore ꝓſequit, & ſi ille tantum nobis demonſtrauit amorem, quis eſt qui ſe ſperet nobis poſſe nocere, noſtrãq; nobis ſalutem ſubtrahere? c Ecce tanto nos amore de⁹ ꝓſequut⁹ cognoſcitur, vt pro nobis redimendis nobiſq; ſaluandis, nec ꝓprio & vnico filio ſuo pepercerit, ſed in mortē eũ pro nobis tradiderit. d Igitĩ filiũ ſi nobis dedit & ꝓnobis, nihil dubiũ, quin oīa ſimul ad noſtrã ſalutē neceſſaria, cum illo & in illo nobis contulerit. Nempe peccatorum remiſſionē, & gratię ſuę auxilium, & ſpiritualia omnia chariſmata, quæ nobis ad ſalutem ſunt neceſſaria. e Ecce Deus eſt, qui electos ſuos a peccatis iuſtificat, quis tam audax, q eos quos De⁹ a pčtis abſoluit quaſi pčti reos, audeat falſis criminationib⁹ accuſare? f Quis tam potēs, qui eos quos De⁹ iuſtos habet, poſſit condēnare? g Ecce Chriſt⁹ Ieſus Dei fili⁹ ipſe eſt qui ꝑ noſtra ſalute morti ſe tradidit, imo morte deuicta tertia die reſurrexit, & in cœlũ ſcādēs, ad dexte-

a Quid ergo dicemus ad hęc?
b Si deus pro nobis quis contra nos?
c Qui etiam proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.
d quomodo non etiam cum illo, omnia nobis donauit.
e Quis accuſabit aduerſus electos dei
f Deus qui iuſtificat quis eſt q condēnet?
g Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt, imo qui & reſurrexit qui eſt ad dexterā dei.

p̄ris, in ęqualitate glorię eius, venturus iudex, reſedit, a qui etiam modo ad dexteram patris conſtitutus, ꝓ nobis interpellare atq; orare inſtanter, non deſinit. Et quis eſt, aut quę tandem iſta creatura, quę prępualere ſe putabit, aduerſus eos quos ſic Deus tanti facit, q̄buſq; Deus tanta exhibet beneficia ſummæ charitatis? b Et nos poſtea quā̄ tanta tā̄ eximię dilectiōis a Deo accepim⁹ efficaciſſima teſtimonia, cuius tandē̄ virtute, aut potētia ſeparari poterimus a dilectione eius, aut quid nobis obuenire poterit, quo ab eius amore ſeparemur, qui nos prior tā̄ inaudita charitate dilexit? c Neq; tribulatio quælibet, neq; anguſtia, neq; egeſtas vlla, ſiue vict⁹, ſiue veſtit⁹, neq; pſequutio quęlibet, neq; mortis periculū̄. d Sic eni apud Pſal miſtā̄, in pſona fideliū̄ pro Chriſto patiētiū̄ ſcriptum legimus. e Q m̄ propter tuum amorē̄, & tui nominis confeſſionē̄, mortificamur aſſidue, ęſtimati tā̄ quā̄ oues occiſioni deputatę. f Sed hęc oīa p patiētiam ſuperamus, eiſq; p patientiā̄ ſuperiores euadim⁹, ad longe etiam maiora parati, g ꝓpter ei⁹ amorē̄, qui nobis tanta oñdit dilectionis efficaciſſima teſtimonia. h Confido autem in domino, & certus ſum in gratia eius quod neq; mortis comminatio, neque longę vitę ꝓmiſſio, nec āgeli, neq; prin

a Qui enim interpellat pro nobis.

b Quis ergo nos ſeparabit a charitate Chriſti.

c Tribulatio an anguſtia, an fames, an nuditas, an periculū̄ an perſequutio, an gladius.

d Sicut ſcriptū̄ eſt.

e Quia ꝓpter te mortificamur tota die, ęſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.

f Sed in his omnib⁹ ſuperamus.

g Propter eum quī dilexit nos.

h Certus ſum enim, quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; virtutes.

cipantes eis, nec ſpiritus virtutes operã tes, nec boni, nec mali, a nec inſtantia ſiue bona ſiue mala, nec futura, nec vl la potẽtia, nec quicquam eorum q̃ ſunt in cœlo ſurſum aut ſub terra deorſum. b nec vlla (ſi quæ eſt) creatura alia, no bis poterit auferre charitatem Dei, quã habemus in Chriſto Ieſu dño noſtro.

a neq; inſtantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum.
b neq; creatura alia poterit nos ſeparare a charitate dei, q̃ eſt in Chriſto Ieſu dño noſtro.

TEXTVS, CAP. Nonum.

ELVCIDATIO CAPITIS Noni

NE vero me exiſtimare poſſit ali quis, ea quæ dixiſſe videor in le gis derogationem & Euangeli cæ gratię commendationem, odio gen tis meæ protuliſſe b ecce in veritate. quam, loquor ſine omni ſictione & mendacio, coram Chriſto, Ieſu, ſimul atteſtante mihi conſcientia mea, in ſpi ritu ſancto, teſtor mihi triſtitiã magnã & dolorem aſſiduum eſſe in animo, am plius quam credi poſſit, propter Iudæ os, qui adhuc in ſua infidelitate perma nentes nolunt ſubijci fidei & Euãgelio Chriſti, c Vſqueadeo enim hęc res mihi cordi eſt, vt optarim atq; etiãnum optem (ſi fieri poſſet, & ſic Deo foret be neplacitum) ea quam expecto merce de retributionis priuari, atque ita mo do quodam, a Chriſto (licet non amici tia, tamen æterna etiam pręſentia) ſe parari, d pro ſalute fratrum, ſi vel ta li ac tanto precio eos poſſem a ſua infi

b Veritatem dico in Chriſto Ieſu, nõ mẽtior, teſtimonium mihi perhibente conſciẽtia mea, in ſpiritu ſancto, q̃m triſtitia mihi magna eſt, & continuꝰ dolor cordi meo

c Optabã enim ego ipſe anathema eſſe a Chriſto.

d pro fratribꝰ meis.

delitate & ſubſequutura damnatione redimere, vt ad Chriſtum conuertantur, & ſalui fiant. Tanti mihi eſſe illorū ſalutem, vere profiteor. a Fratres autem meos voco filios Iſrael, qui ſunt cognati mei ſecundum carnalem parentelam, quoniam ab eiſdem parentibus Abraham Iſaac & Iacob, deſcendimus b Ad quos pertinet filialis adoptio, quoniam & olim eos dominus propter patres ſuos in filios & populum peculiarem aſſumpſit, & in adoptione filiorum nouæ legis, ex promiſſione patribus facta, primas etiam partes habent c Quorum eſt etiam gloria magna, in eo quod mirabilia Deus, pro eis ac patrib⁹ eorum, feciſſe & exhibuiſſe cognoſcitur. d Quibus olim teſtamentum illud vetus, tanquam ſingulare beneficium datum fuit, & modo nouum offertur, acceptare volentibus. e Quibus olim & lex data eſt, & obſequia peculiaria, rituſq; diuini cultus, ex legis pręſcriptione, fuerunt deputata. f Quibus etiam promiſſiones plures factę ſunt tā de temporalibus q̃ ſpiritualibus bonis. g Quorum inſuper patres illi ſunt, ex quibus ſecundum carnis generationē Chriſtus naſci elegit, atq; dignatus eſt, qui eſt ſuper omnia verus Deus, in ęternū bn̄dict⁹, Amē, Atq; hęc oīa beneficia populo iſraelitico peculiariter exhi-

a qui ſunt cognati mei ſecundum carnē qui ſunt Iſraelitę.

b quorum, adoptio eſt filiorum.

c & gloria.

d & teſtamentum.

e & legiſlatio, & obſequium.

f & promiſſa.

g quorum patres ex quibus eſt Chriſtus ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſęcula. Amen.

bita, quo magis multa ſunt, & magna, eo magis dolor aggrauatur mihi in aio cum eos video, quos tantis Deus beneficijs ſẽper eſt proſequutus, & quibus etiam nunc omnia quaſi primis & præcipuis offeruntur, obſtinato animo ſolos reſiſtẽtes Euangelio Chriſti. a Neq; vero hęc dico, quaſi ſentiã ꝓmiſſiões Dei factas Abrahę, de ſui ſeminis multiplicatione & beatitudine, prorſus factas eſſe irritas, vt nõ impleantur propter Iudęorum obſtinatam incredulitatem. Omnino enim implẽtur, in ijs, qui ſunt ſecundum ſpiritum Iudęi, & filij patriarcharum. b Non enim exiſtimãdum eſt omnes eos eſſe coram Deo veros Iſraelitas, qui ſecundum carnem ex Iſrael ſunt propagati. c Neq; omnes eos eſſe filios Abrahę coram Deo, qui carne ab eo fuerint diſſeminati, Qui igitur ſunt Abrahę verũ ſemen. d Illi ſoli qui ſcđm Chriſtum (cuius gerit typũ Iſaac) Abrahę ſunt filij, per fidem: e Hoc eſt, nõn omnes qui Abraham carnis duxerunt originem, Deus ꝑ filijs ei⁹ habet, neq; tales apud Deum Abrahæ filij reputant. f ſed qui ex fide nati ſunt ſcđm promiſſionẽ, ſicut & Iſaac ex ꝓmiſſione ẽ natus, hi inq̃ ſoli reputãtur de ſemnine Abrahæ, apud Deum, & inter eos computãtur. g De Iſaac autẽ, quomodo ꝑ repromiſſionẽ ſit natus

a Non autem qđ exciderit verbũ dei.

b Non enim omnes qui ex Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ.

c neq; qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij.

d ſed in Iſaac vocabitur tibi ſemen.

e Id eſt, non qui filij carnis hi filij dei.

f ſed qui filij ſunt ꝓmiſſionis, ęſtimant in ſemine.

g Promiſſionis em̃ verbum hoc eſt.

docet nos ſcripturæ teſtimoniũ, quod in Geneſi dictum legitur ab angelis hoſpitio receptis. a Iuxta condictum reuertar ad te anno altero, & erit Saræ filius. b Non ſolum autẽ Sara in vno filiorum accepit promiſſionẽ, ſed etiam Rebecca vxor Iſaac, ex eodẽ conceptu in vtero geminos habẽs, in vno tantum accepit repromiſſionẽ. c Cum enĩ nõdum in lucẽ fuiſſent æditi, neq; bene adhuc egiſſent aliquid aut male, vt dei propoſitum & prędeſtinatio, ſecundũ electionẽ ſuã & ſuũ beneplacitũ firma maneret, & non ex hominum meritis pẽdere demonſtraretur, Rebeccæ conſulenti dominum, dictum eſt de alterius tantum electione. d non ex operũ meritis vel demeritis, quæ nulla præceſſerant, ſed ex præſcientia & electione Dei, quos ipſe vult eligentis, atq; vocantis, ꝓ ſuo beneplacito. e Dictũ eſt (inq̃) ei, quod minor (nẽpe Iacob) eſſet p̃lectus a Deo, vt ei ſubijceretur maior. Cui conſonat Malachiæ teſtimonium, dicẽtis in pſona Dei. f Iacob erat & Eſau & tamen Iacob dilexi eum ad primogenituram eligens, & benedictionem paternam ei conferens atq; etiam ad hoc vt in eo complerem promiſſiones patribus factas, g Eſau reprobato atque ab his omnibus retruſo cui tamẽn videbantur ſecundũ iudiciũ hu

a Secundum hoc tẽpus veniã, & erit Saræ filius.

b Non ſolum autẽ illa, ſed & Rebecca, ex vno concubitu habens Iſaac patris nr̃i.

c Cum enim nondũ nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali, vt ſecundũ electionem propoſitum Dei maneret.

d non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei.

e quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptũ ẽ

f Iacob dilexi.

g Eſau autem odio habui.

a Quid ergo dicemus. Nunquid iniquitas apud deum.

b Abſit.

c Moyſi enim dixit. Miſerebor, cui miſertus ſum, & miſericordiam pręſtabo, cui miſerebor.

d Igitur, non valentis, neq; currentis.

e ſed miſerentis eſt Dei.

f dicit enim ſcriptura Pharaoni.

g Quia in hoc ipſũ excitaui te.

manum, vt primogenito, iſta magis cõpetere, a Quid vero ſuper hac re dicemus? Nunquid iniquitatem & iniuſtitiam facit Deus, dum hęc agit atq; ſimilia, pro ſuo beneplacito eligendo & reprobando, ante vlla merita vel demerita? b Abſit, vt talem deo impinguam blaſphemiam. c Sic enim eſt, quomodo ad Moyſen loquens dicit dominus. Miſerebor ego (inquit) cui voluero & miſericordiam pręſtabo, cui mihi placitum fuerit exhibere miſericordiam. Significans nimirum, in ſuo beneplacito ſitum eſſe miſereri miſericordiamq; exhibere, vel non exhibere, citra omnem iniuſtitiam. d Non eſt igitur humanę poteſtatis, iteriori vllo animi motu, aut externa quauis, quantumuis vehementi atq; etiã laborioſa operatione in Deo prędeſtinationem cauſare, Deiq; prędeſtinationem cõparare, e quæ ſolius eſt Dei, miſerentis quibus vult, & quos vult ſine operum conſyderatione præcedentium, ab æterno prædeſtinantis. f Et de reprobatione quidem malorum exemplum habemus in Pharaone, de quo in ſcriptura legimus a Domino dictum, ad ipſum. g Ego Dominus te Pharaonem in regni ſolium exaltaui, et mentem iſtam rebellem & cor inobdiens in te venire atq; permanere permiſi, & permittã, ad

eum finem, vt clarificetur in te potẽtia mea, quam in te puniendo ſic demonſtrabo. a vt cum laude & gloria prędicetur nomen meum in vniuerſa terra. Hunc ecce quia noluit, reprobauit, quẽ ſi voluiſſet pro ſua miſericordia ſaluare vtique potuiſſet. b Itaque videm⁹ ex hiſce exemplis quemadmodũ Deus ꝑ ſuæ voluntatis arbitrio, quibus vult, miſericorditer miſeretur. Alios, ꝑ ſuo placito (ſi velit) obdurari permittit, atq; in obduratione permanere. c Verum ex his quæ iam diximus, mouere forſitan aliquis poſſit queſtionem, & dicere, d Si ꝑdeſtinari & reprobari, eligi & obduratum permanere, in ſola Dei eſt volũtate, quid ergo adhuc querela fit aduerſus malos & reprobos? Nam ſic Dei voluntas eſſe videtur, atq; proinde nec reprehẽdi & puniri debere videntur, cũ ſit ex Dei voluntate (vt ex dictis colligi videtur) obduratio atque per cõſequẽs etiam malicia omnis, quę ex ea procedit. e Nam eius volũtati, quis velit reſiſtere, aut quis pro eo, quenq̃ reprehẽdat, quod Dei impleat voluntatem. Cõpeſce teipſum o homo, ab inquirendis huiuſmodi quę ſupra humanũ captũ exiſtunt, profundiſſimis & ſecretis Dei iudiciis. f Quis enim es tu o hõ miſer & mortalis, qui poſſis te Deo exaduerſo opponere, ad criminandum fine

a Vt oſtendã in te virtutem meam, & vt annuncietur nomẽ meũ in vniuerſa terra.

b ergo cuius vult miſeretur.

& quem vult indurat

c Dicis itaq; mihi,

d quid adhuc quęritur.

e Voluntati enim ei⁹ quis reſiſtit.

f O homo, tu q̃s es qui reſpondeas Deo.

a Nunquid dicit figmētū ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic.

b An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere, aliud quidē vas ī honorē aliud vero in contumeliam.

c Quod ſi Deus volens oſtēdere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patientia vaſa irę, apta in interitum.

d vt oſtenderet diuitias glorię ſuæ in vaſa miſericordię, quæ ꝓparauit in gloriam.

e Quos & vocauit, non ſolum ex Iudęis, ſed etiam ex gentibus

f Sicut in Oſee dicit vocabo nō plebē meam plebem meam.

culpādum iudicia eius? a Quemadmodum enim id quod per artē fingit figulus, qualecunque tandem ſit quod fingitur, non obmurmurat aduerſus figulum, dicens. Quid me feciſti ſic? Ita neq; homo contra Deum murmurando ſe poteſt opponere, quaſi ille male nos finxerit, aut malum quanquā creauerit. b Habetne figulus q luto opatur, hanc ſuper luto poteſtatē, vt poſſit de eo facere quodcunq; ſibi fuerit placitum, ſiue vas in vſum aliquem honorificum, ſiue aliud in vſum minus honeſtum, atq; etiā cōtēptibilē. c Quid ſi etiā Deus, volens oſtendere ſeueritatem iuſtę vindictæ ſuę, & potētiam ſuā facere manifeſtam in punitione impiorum, toleret nunc in hoc tempore impios homīes, qui ſint ei nouiſſimo die vaſa irę, in quę videlicet tunc effundat iram ſuam, exercēdo in eos vindictam iuſtitiæ ſuę. d vt ex altera parte reluceat copioſiſſima illa & ditiſſima gloria miſericordiæ eius, erga vaſa miſericordiæ, quæ prędeſtinauit ab æterno, atq; per gratiam ſuam in tēpore prępara uit, vt effundat in eos ipleatq; gloria ſua, e Atq; hos quidē quos ſic ꝓparauit gloriā ſuā, ipſe elegit, nō ex carnaliter Iudęis tantū, ſed etiā ex gentibus, f Iuxta quod in Oſee propheta dicit dominus; Vocabo (inquit) eos q olim

populus meus non erant, vt fiant ſint q; populus me⁹, in qua per gratiam in habitem, & populum qui antea dilect⁹ non fuerat propter idololatriam, vocabo habeboq; poſt vocationē dilectum, vt ei benefaciam, & qui priusſub ira detinebatur, extra gratiam & miſericordiam, vocabo conſequutum miſericordiā. a Futurūq; eſt in tēpore illo, vt in locis illis gentium, vbi inhabitant qui non erant populus Dei, illic poſtmodū vocentur ſintq; & habitent, non ſolum populus, ſed etiam filij Dei viuentis. Populus enim gentium, qui in idololatria ſua erat non populus domini, non miſericordiam conſequutus, & non dilectus, ſuſcepta poſtmodum fide, factus eſt populus domini, & dilectus, & miſericordiam conſequutus. Atq; hoc quidem Oſee vaticinium, aperte de copioſa gentium (quæ modo impletur) vocatione prædixit. b Cæterum de vocatione Iudęorum, & paucitate vocandorum ex eis, Eſaias clamat, & palam loquitur, c dicens ex maxima & innumerabili multitudine filiorum Iſrael, reliquias aliquas (id eſt, paucos electos) ad ſalutē fidei peruēturas. d Erit autē & veniet ſuo tēpore, qui cōſummabit & perficiet verbū prędicationis legis prolixitatem in pauciſſima &

& non dilectam, dilectam.

& non miſericordiā conſequutam, miſericordiam conſequutā

a Et erit i loco vbi dictum eſt eis, nō plebs mea vos, ibi vocabūtur filij Dei viui.

b Eſaias autē clamat pro Iſrael.

c Si fuerit numerus filiorum Iſrael tāquā arena maris, reliquię ſalue fient.

d Verbum enim conſummans & abbreuians in ęquitate.

facillima præcepta Euangelica contrahens, abbreuiãs ipſum in iuſtitia & ęquitate, quoniam perfectã iuſtitiam & ſufficiẽtem ad ſalutem, includit abbreuiatum verbum ſancti Euangelij. a Dominus enim ipſe (vt modo dictum eſt) verbum Euangelij abbreuiatum prędicari faciet in omnibus finibus terræ ad cuius prędicationem conuertentur ad dominum prędeſtinati ex gentibus, atque etiam nonnulli ex Iudæis prędordinati, qui per legis prolixitatem, iuſtificationem & ſalutem perfectã, conſequi non poterant. b Et iterũ dicit Eſaias, Niſi domin⁹ exercituum in Chriſto nobis aliquos dediſſet, ſeruaſſetq; electos iam ſicut Sodoma & Gomorra omnes in obſtinatione & damnatione periiſſe m⁹, nec eſſet vltra memoria noſtri iter bonos & ſanctos fideles. Sua enim ſingulari miſericordia, adhuc aliquos ex Iudæis in fide recta ſeruat Deus, & ſeruabit vſq; in finem mũdi proprer ſanctos Patriarchas patres eorum, vt non penitus pereat populus ille, qui tam electos patres olim habuit de numero fidelium, & ſaluãdorum. c Quid ergo de his dicemus mirabilib⁹ Dei iudicijs. Miranda ſane, ſed vera ſunt quæ dicimus. Quod gentes quæ iuſtitiam non requirebãt, in apertis & enormibus peccatis ſine rubore viuentes, ſtatim audi-

a quia verbũ breuiatum faciet dominus ſuper terram.

b Et ſicut prædixit Eſayas. Niſi domin⁹ ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus & ſicut Gomorra ſimiles eſſemus.

c Quid ergo dicem⁹ ꝙ gentes quæ nõ ſectabãtur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiã

ta prędicatione Euangelica, credentes agenteſque pœnitentiam, apprehenderunt iuſticiam veram, a (iuſticiam dico fidei.) b Filij autem Iſrael, qui ex lege ſua quęrebant iuſtificari, ſtudẽtes corporalibus ceremonijs peccata tollere, ad veram iuſticiam (q̃tum ad magnã eorum partem) non peruenerũt. c Et quare hoc illis euenit? Quia non ex fide quærunt iuſtificari, vnde debuerant, ſed ex lęgis carnali obſeruantia, vnde non poterant. Reſiſtẽtes enim Chriſto, & eius doctrinã nolentes recipere, d ſic offenderunt vt caderent, & factus eſt eis qui erat ſaluator datus, eorũ per uerſitate, quaſi lapis offenſionis, & ſui caſus occaſio, e de quo ſcriptum eſt: Ecce ſuo tempore mittam in populo Iſrael lapidem offenſionis & petram offendiculi, Id eſt, Chriſtum Ieſum, in quem impinguendo, & cui reſiſtendo, ſeiſepſos lędent, & qui illis erit in ruinę interituſq; occaſionem. f Omnis autem qui in illum non impigerit, ſed ei per fidem cum charitate adhęſerit, non erit con fuſus in nouiſſimo, ſed erit ei in ſalutem ſempiternã.

a (Iuſtitiam aũt quæ ex fide eſt) b Iſrael vero ſectando legem iuſtitię in legem iuſtitię non peruenit.

c Quare, quia nõ ex fide, ſed quaſi ex operibus.

d Offenderũt enim in lapidem offenſionis.

e ſicut ſcriptum eſt Ecce pono in Sion lapidem offenſiõis, & petram ſcandali.

f & omis qui credit in eum, non confundetur.

ELVCIDATIO CAPITIS Decimi.

Iam Terum dico vobis, fratres mei ne quis de me ſiniſtre ſuſpicetur, odio me habere gentem meam, deſiderijũ

TEXTVS CAput. Decimum.

a Fratres, volũtas quidẽ cordis mei, & obſecratio ad Deũ, fit pro illis in ſalutem.

cordis mei vel ſummũ id eſſe, ad quo d
etiam precibus, quãtum poſſum apud
Deum, nitor aſſidue, vt ipſi quoque Iu
dæi ad Chriſtum conuerſi fiant ſalui.
a Nam hanc rem in meipſo ſatis ex-
pertus, teſtimon iũ illis perhibeo, quod
zelum habeant atque feruorem, quo
ſe putant pro Dei gloria agere. b ſed
inſipiens & ſtultus eſt eorum zelus, qui
non eſt ſecundum fidei ſciẽtiam, Imo
fidei contrariatur. Iccirco enim tam fer
uide aduerſus Chriſti nomen, agunt,
quoniã putãt per Chriſti nomẽ veri Dei
(quem colunt) gloriam imminui, & ob
hoc, ipſum impugnantes, Deo ſe pu-
tãt præſtare obſequium. c Nam quia
veram ignorant iuſticiam, quæ ex fide
eſt coram Deo, ſuam vero illam, quæ
ex legis operibus eſt coram homini-
bus, ſecundum carnalem legis obſer-
uantiam, quęrunt confirmare, nec
permittere volunt, vt per legem ſibi an
tiquetur, ita fit vt propter ſuam appa-
rentem iuſtitiam, quam tueri mordi
cus & intertinere quęrunt, d iuſtiti
am fidei quæ perfecta eſt coram Deo,
non ſolum non acceptent, ſed etiam
impugnent. Quod ſumme proculdu
bio inſipientię & dementię eſt. e To
tius enim legis & veteris finis eſt Chri
ſtus, vt in eo & per eum conſequantur
perfectam iuſtitiam, omnes qui cre-
dunt in eum Finis, inquam, eſt ad

a Teſtimoniũ enim perhibeo illis, quod æmulationem quidẽ Dei habent.

b ſed non ſolum ſciẽtiam.

c Ignorãtes enim iuſtitiam Dei, & ſuam quęrentes ſtatuere.

d Iuſtitię Dei nõ ſũt ſubiecti.

e Finis enim legis, Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti.

quem omnia legis, tam cęremonialia quam iudicialia pręcepta recipiunt, ad cuius aduentum ſuos obſeruatores lex pręparabat, & ad quem ipſa ſuis teſtimonijs tranſmittit ſibi ſubiectos. Denique ipſe finis eſt, & perfectio, & conſummatio omnium tam cęremonialium, quam iudicialium, quę in eius morte facta ſunt irrita. Vnde patet inſipienti admodum zelo illos agi, quo nunc oblatam fidei iuſtitiam, recuſant atque etiam impugnant. Nam de iuſtitia quæ ſecundum legem & ex lege eſt, quam ſit imbecillis atque inualida, patet ex eo quod ſolum a morte corporis cuſtodiebat obſeruantes non autem animam a peccatis iuſtificare potuit, a Iuxta quod Moyſes, ſcripſit in libro Leuitici, quod iuſtitiam quæ ex lege eſt qui opere impleuerit, viuet per eam. Id eſt, Qui iuſtitias legis omnes, & precepta omnia diligenter impleuerit, mortis pœnam, atque etiam ceteras corporis pœnas trãſgreſſoribus deputatas], effugiet nullum veræ iuſtificationis fructum, ex legis obſeruatione aſſignans. b At vero fidei iuſtitia, hoc exigit atque poſtulat, vt non dicas quaſi dubius aut incredulus apud temetipſum, Quomõ fieri potuit quod dicũt Chriſtiani, vt Chriſtus Dei filius de cœlis

a Moyſes enim ſcripſit, quoniam iuſtitiã quę ex lege eſt, qui fecerit homo viuet i ea.

b Quę autem ex fide eſt iuſtitia, ſic dicit. ne dixeris in corde tuo.

a quis aſcēdit in cœlum, id eſt, Chriſtum deducere.

deſcenderit ad terras? a Et quis eſt qui aſcēdit in cœlum? hoc eſt, vt illū in de nobis deduceret, qui huius rei certitudinem nobis poſſit exponere? Neque iterum dicas dubius in corde tuo, Quomodo verum eſſe poteſt quod dicunt Chriſtiani, Chriſtum mortuū ab

b aut quis deſcendit in abyſſum, hoc eſt, Chriſtum a mortuis reuocare.

inferis reſurrexiſſe ad vitā? b Et quis huius rei cauſa, ad infernum deſcēdit, id eſt ad Chriſtum excitandum a mortuis reſuſcitādumq; ab inferis? Hoc eſt fidei iuſtitia, non in operatione carnalium obſeruantiarum conſiſtit, ſed in hoc vt ſine vlla hæſitatione aut dubitatione, ac ſine queſtionibus, contradictionibuſq;, ſimpliciter credatur Chriſtus Dei filius de cœlo deſcendens, humanam aſſumpſiſſe naturam, eumdēq; poſtquam vt homo mortuus extitiſſet, tertia die ad vitam diuina ſua virtute rediįſſe, Abſq; quęſtionibus (inq̄) eiuſmodi & heſitationibus, quę fidei firmitati repugnant. c Sed iuxta ſcri

c Sed quid dicit ſcriptura.

pturę verbum, vt eam noſtro ſermoni, noſtroq; propoſito aptemus, prope &

Prope eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo.

intra te eſt verbū fidei, & in corde tuo & in ore tuo, ſi fidem rectam & corde credis, & ore cōfiteris. Et intra te totius Euangelij habere potes rationem, ſi tā tum velis abſq; hęſitationibus & interrogationibus eiuſmodi, ſimpliciter vt oportet, credere. Nam fides ſola, omni

um eorum quæ credimus, tota ratio eſt a Hoc autē verbum de quo nunc loquimur, in quo ſolo eſt pfecta ſal⁹, verbum ſancti Euangelij eſt verbum fidei Chriſtianæ, quod prædicamus. b Nēpe quod omnis qui in corde ſuo ſimpliciter firmiterq; crediderit in dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quod ipſe verus ſit Dei patris filius quē pater a mortuis tertia die reſuſcitauit ac cętera quę de illo ſanctum prædicat Euangelium, ea etiam cum oportunum fuerit ac neceſſariū, in ore cōfiteri nō formidās, neq; erubeſcēs, ſalutem, ille conſequetur, quiſquis tādē fuerit, ſiue gētilis, ſiue Iudęus. c Tametſi enim fides quæ in corde eſt p ſe iuſtificet, non erit tamē adſalutē finalē ſufficiēs. d niſi & ore (cum res popoſcerit, & occaſio occurrerit) paratus ſis quod corde credis, conſtanter confiteri. Atq; ita de cæteris cęterorum mēbrorum officijs, quæ omnia debēt eam quæ in corde eſſe dicitur, fidē atteſtari, quæ fidei ſunt conſona (cum occurrit occaſio) libēter opando. e Nam de hac ſalute omnibus īdifferēte ſcriptura prophetica loquitur pro hoc tpe gratiæ, dicēs. Omnis qui in Chriſtū credit, fide viua & charitate formata, q̄ p dilectionē operatur, non confundetur, ſed ſaluabitur. f Non enim nouit de⁹ (q̄tum ad hanc rem) vllam inter Iudęū

a Hoc eſt verbū fidei quod prędicam⁹

b quia ſi confitearis in ore tuo dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, q᷑ deus illū ſuſcitauit a mortuis, ſalu⁹ eris.

c Corde enim creditur ad iuſtitiam.

d ore autem, confeſſio fit ad ſalutem.

e Dicit enim ſcriptura. Omnis qui credit in illum. non confundetur.

f Non enim eſt diſtīctio, Iudęi & græci.

a Nam idem dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum.

b Omnis enim quicunqꝫ inuocauerit nomē dñi, ſaluus erit.

c Quomodo ergo inuocabunt, in quem non crediderunt.

d Aut quomodo credent ei, quem nõ audierunt.

e Quomodo aũt audient ſine prędicãte.

g Quomodo vero prędicabunt, niſi mittãtur. g Sicut ſcriptũ eſt: Quã ſpecioſi pedes euangelizantiũ pacem, euangelizantium bona.

h Sed non omnes obediunt Euãgelio.

i Eſaias enim dicit

& gẽtilẽ differẽtiam. a Ipſe enim vnꝰ idẽq;, omnium hoím ſine diſcretione aut exceptiõe, ex æquo vniuerſalis ęſt dñs, copioſus in miſericordia, & liberalis admodũ in ijs q̃ ſunt ſalutaria, erga omnes, qui illũ recte (vt oportet) inuocauerit. b Omnis eñ quicunq; ex fide vera & pfecta charitatę inuocauerit nomẽ domini, de corde puro, & conſciẽtia bona, ſalutẽ conſequetur ęternam. c Sed vt inuocare poſſent, neceſſe erat vt prius crederẽt in eũ quẽ inuocarent. d Credere vero non poterãt in eũ, quẽ nunq̃ audiſſẽt. e Neq; rurſũ audire potuſſẽt, niſi aliquo prędicante f At qui prędicãtes, vt veri ſint & apoſtolici prædicatores, neceſſe eſt vt mittãtur a deo, g De quibus prędicatoribus apud Eſaiam per admiratıonẽ ita legimꝰ. Quam mundis ſunt affectibus futuri, & q̃ gratus eſt futurus illorum aduẽtus, q̃ mittet Deus ad annunciandum pacis p filium Dei terris allatę, noua gaudioſaq; nuncia, & p̃parata fidelibus bona cœleſtia, Itaq;, a primo, ad nouiſſimum, colligendo ſermonem, non poſſũt inuocare ad ſalutem nomen domini, niſi mittantur q p̃dicẽt eũ quẽ inuocare oportet, Chriſtũ Ieſũ. h Verũ quanq̃ mittantur qui prędicẽt, nõ oẽs tamen fidẽ habẽt Euãgelio, qđ prędicari audiũt. i Eſt apud Eſaiã teſtimoniũ, q de myſterio hũani

tatis Chriſti loquuturus,in perſona Apoſtolorum nouę legis loquit̃ domino, dicens. a Domine,ꝑ pauci admodum ſunt,qui nr̃o auditui,id eſt, verbo Euãgelij,quod a te audiuimus didicimuſq; pręd icandum populis,velint haberi fidẽ quiq; doctrinam quam a te didicimus,velint ſuſcipere. b Ex quo patet, fidẽ haberi ex auditione prędicantis. Q uanquã enim fidẽ in nobis principaliter ſpiritus ſanctus opetur interiꝰ,exterius tamen,ex miniſterio prędicantis,ꝑ auditionẽ comparatur.Ita vt apud deum prima ſit & pręcipua euangelicę prędicationis authoritas eiuſq; fructificationis,nẽpe fidei efficientia. Auditus vero tantum miniſterium præbeat operationi diuinæ. c Auditus autẽ eſt per verbum prędicationis ſancti Euangelij,quod per os loquentium inſonat in auribus audientium,vt poſtquam audierit,credãt.d Q uęro aũt Nũ vlla excuſatiõe poſſit ſe excuſare,ꝑ hoc qđ nõ audierit;qui in incredulitate ſua hoc tẽpore publicatiõis Euangelij permanẽt. Non eſt ſane hac in parte,vllus excuſa ſationi relictꝰ locus. e Q uandoquidem , iuxta Pſalmiſtæ teſtimonium, i oẽs terræ partes exiuit ſonꝰ ꝓdicatiõis eorũ & in vltimas quoq; habitatiões orbis terrarũ,puenerũt verba ꝓdicãtium

a Domine quis credidit auditui noſtro.

b Ergo fides ex auditu.

c auditus autem per verbum Chriſti.

d Sed dico. Nunquid non audierunt.

e Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum & in fines orbis terrę verba eorum.

a Sed dico. Nunquid Iſrael non cognouit.

b Primus Moyſes dixit.

c Ego ad emulationem vos adducam in non gentem.

d in gentem inſipiẽtem, in irã vos mittã

e Eſaias autẽ audet & dicit.

f Inuentus ſum a nõ quærentibus me.

g palam apparui his qui me non interrogabant.

Chriſti Euangelium. a Sed de populo Iſrael quid dicemus? Nunquid forſan ille non cognouit? Cognouit vel maxiẽ quãq̃ aduerſus veritatẽ, excęcante inuidia, repugnauerit ſemper, atq; etiam num repugnet. b Dixit propter hoc Moyſes prior quidem ſed rectius & aliquanto occultius, pœnam infidelitatis eorum in his verbis, ex perſona domini. c Ego dominus, vos filios Iſrael, ſi mihi fueritis ĩobediẽtes, vſq; adeo deprimam, & populum gẽtilium, quẽ vos quaſi nihilũ & quaſi non populum reputabatis, ſic honorificabo & exaltabo, vt aduerſus illos odio ſitis & indignatione commouẽdi intra voſmetipſos, & inuidiã exerceatis aduerſ⁹ eos quaſi iam vobis prelatos in ſalute, adeo vt ipſi eos iam ĩſequi debeatis, ſi ad eãdem ſalutẽ velitis pertingere. d Et p populum iſtum, qui vt inſipiẽs olim reputabatur, ad iram vos adducam, quãdo illos videbitis in ſalute, vobis quoq; factos priores. e Eſaias autẽ poſterior poſt moyſen, apertius etiam & clarius audet dicere, de Iſraelitici populi abiectione, & gẽtilium aſſumptione, ſub hac ſentẽtia, in pſona domini. f Inuenerũt, me (ait dñs) & ad cultũ meũ ſe cõuerterũt qui me nõ ſolebant requirere, neq; meum nomen reuereri, cum in idolatria viuerẽt, g palam me illis exhibui

&c obtuli, qui me pro Deo ſuo non ſolēt colere, nec tanq̄ ad Deum in neceſſitatibus occurrētibus ad me recurrere. a Ad populū vero Iſraeliticum. vocē longe diſſimilē loquitur, dicēs ſe continuo velut aptis vlnis ſtetiſſe, inmo dum expectantis & prſtolantis, ad recipiendum eos in ſalutē, ſi ad fidē voluiſſent conuerti. Verum illi credere recuſantes etiam cōtradicere atq; repugnare veritati, nihil formidarunt.

a Ad Iſrael aūt dicit Tota die expandi manus meas ad populum nō credentē, ſed contradicentem mihi.

TEXTVS, CAP. Vndecimum.

a dico ergo.

ELVCIDATIO CAPITIS Vndecimi.

Qa Været forſan aliquis, ex iis q̄ iam de gētium vocatione, & Iudæorum pro magna parte obſtinatione, diximus. b Nunquid Deꝰ in vniuerſum totum illum Iudaicum populum abiecit aut reprobauit, quē olim tam peculiarē ſibi populum habebat, & vnice charum. c Abſit vt dicamus, in vniuerſum filios Iſrael omnes, a Deo eſſe reprobatos. d Alioqui & ego repulſus ſum atq; reprobatus, qui ſum de filiis Iſrael, ſecundum carnis propagationē natus, ex ꝓgenie Abrahę ex tribu Beniamin. e Nequaq̄ inq̄) Deꝰ populum ī vniuerſum repulit, ex quo multos adhuc ſaluandos prędeſtinauit atq; p̄ſciuit. f Neq; vero incommode poteſt huic loco accommodari id, quod ī ſacra hyſtoria de Helia legimus. Is eñ

b Nunquid deus repulit populum ſuū.

c Abſit.

d Nam & ego Iſraelita ſum. ex ſemine Abraham de tribu Beniamin

e Non repulit deus plebem ſuam, quam preſciuit.

f An neſcitis in helia qđ dicit ſcriptura.

(vt ex ſcriptura vos noſſe arbitror)cum ad mortem quæreretur ab impia Ieza bel,falſa exiſtimatione decept⁹,in oratione ſua ad dominum,contra Iſraeliticum populum loquebatur,'allegans neminem fuiſſe relictū prȩter ſe, qui Dei eſſet verus cultor. a Domine (inquit) Populus iſte filij Iſrael,ſeruos tuos prophetas occiderunt,altaria in quibus tibi ſolita erant offerri ſacrificia, demoliti ſunt. b Ego vero ex omnibus filijs Iſrael relictus ſum vnus tui nominis cultor ,& nunc etiam mihi quȩrunt vitam tollere. c Verum diuina reſponſione admonitus,audiuit ſibi dicentē dominum. d Tu te Helia ſolum putas relictum,cum ego mihi notos habeā vſq; ad plura milia,quos per gratiam meam ſeruaui,mei nominis ſolius cultores,q̄ nullum vnquam honorationis,vel odorationis ſignum ſtatuæ Baal, neq; vlli idolo exhibuerunt, nullum præter me Deum agnoſcētes,aut adorātes. e Sic vt noſtro propoſito illam aptemus hyſtoriam,etiam nunc in hoc tempore gratiȩ euangelicȩ,nihil dubitandum eſt q̄ quam maiorem Iudȩorum partem videamus in ſua infidelitate permanere, tamen relictos eſſe, atq; ſemper relinquendos fore, nonnullos ex vniuerſo populos iſrael, quos Deus ſecundum electionem gratiȩ ſuæ faciat ſaluos, ſic

a Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua ſuffoderūt

b & ego relictus ſū ſolus.

c Sed quid dicit illi diuinum reſponſum

d Reliqui mihi ſeptem milia virorum. qui non curuauerunt genua ante Baal.

e Sic ergo & in hoc tempore.

reliquiȩ ſecundum electionem gratiȩ dei ſaluæ factȩ ſunt.

vt nunquam vniuerſum Iudęorum ge n⁹, De⁹ credaſ in totũ abiectur⁹. a Si au tẽ p gratiã Dei eligẽtis ſalui ſũt futuri, fiantq; ſalui. Nũ ergo ex operũ debito eo mõ quo ex legis ſuæ opib⁹ oli q̃rebãt ſalutem. b Nam ſi ex operũ debito ſal uarentur, iam id quod eſt gratia, nẽpe ſauluari, non eſſet gratia, quoniam ex debito foret, quod repugnat gratię. c Quid ergo dicimus? Aut quorſum hęc? d Vt Clareat nimirum quoniam totus quidem Iſraeliticus populus, qđ quęrebat ex lege ſua. nempe iuſtificatio nem & ſalutẽ, non potuit aſſequi. e verum qui electi ſunt ex eis, tanquam reliquię quædam, pauci admo dum in comparatione totius populi hi dem um nunc tandem conſequuti ſunt per fidẽ quod olim quęrebant per legis carnalẽ obſeruationem. f Cæteri vero qui non ſunt ad fidem electi, in cæcitate ſua permiſſi ſunt & permittuntur a deo g Sicut per Eſaiam ſcribitur quod il los Deus in mentem malitioſam, inui dam, atq; veritati ex ꝓpoſito repugnã tem & conſimilem peruerſum affectũ, venire permiſerit. h Vnde factum eſt, vt oculos habentes, quæ Dei ſunt non videant & aures habentes, quæ ve ritatis ſunt audire nõ valeant Inuidia nimirum, & oculos excæcante, & aures eis infœliciter obturante, quales in hũc

a Si autem gratia, iam non ex operibus

b Alioquin gratia iam non eſt gratia.

c Quid ergo.

d Quod quęrebat Iſ rael hoc n on eſt con ſecutus.

e Electio autem con ſecuta eſt.

f cæteri vero excæca ti ſunt, ſicut ſcriptũ eſt

g Dedit illis deus ſpm̃ compunctionis

h oculos vt non vi deant, & aures vt non audiant.

a Et Dauid dixit.

b Fiat menſa eorum coram ipſis in laqū, & in captionem, & in ſcandalum, & in retributionem illis.

c Obſcurentur oculi eorū,ne videant

d & dorſum eorū ſemper incurua.

vſq; diē, obſtinati permanent. a Quorum miſeriam & infidelitatē, graphice depinguit propheta Dauid,cum p icrepationis modum,quid ſecundum diuinę iuſtitię rigorē futurū ſit ijs q Chriſtū impugnauerunt,imprecando pnunciat dicēs. b Carnalium promiſſionū apparatus (in quas ſemp intentos habēt mentis ſuę oculos) fore illis in occaſionē mortis, tanquā laqueū, quo irretiātur ad perditionem,fore etiam illis in retributionem finalem poſtquam nō ſperent aliam, & in offendiculum, quod illos ab æterna faciet ſalute cadere,qa dum temporalibus inhærent promiſſis cœleſtia & ſempiterna longe meliora,negligunt. c Obſcurabitur(inqt) acies mentis eorum,ſic vt veritatem vi dere nequeant, d & ſemper ipſi in ima reſpicient,quomō ſolēt,qui dorſo incuruato incedunt. Idq; vel temporalia ſemper bona reſpiciēdo,vel ſub pōdere & ſeruitute legis grauiter ſudādo Quæ omnia ſic fieri aperte videmus quando propter temporalium promiſſionum reſpectum,in quem intendunt ex legis conſuetudine,Chriſtum abſq; illis venientem contempſerunt, & ab ęterna retributiōe ceciderūt.Et q ſi veri tati voluiſſēt acqeſcere,illumiari potuerāt oculis,atq; p libertatē euāgelicā exonerari ab onere legis i ſua cęcitate ob

ſtinati permanent, obſcurati oculis mē tis ſuę, & dorſo adhuc incuruato, ſub pondere legis ſudant. a Sed iterum quærimus. Nunquid ſic offenderunt Iudæi in hac ſua obſtinatione, tantum vt caderēt, ſine vlla vtilitate alia, aut ſi ne ſpe reparationis eorūdē? b Nō ita eſt, quoniam infidelitatis eorum, & grā dis eſt vtilitas, & omnino caſus repara bilis. c Quorum prius quidem ex eo patet, ꝙ illorum malitiam Deus cōuer tit in bonum, quando ex occaſione in fidelitatis & malitiæ eorum, ſalutē mi ſit populo gentium, Iudæis enim repu gnantibus verbo Euāgelij, Apoſtoli ad gentes conuerſi ſunt, atq; ita, occaſione malitiæ Iudęorū, ſalus venit gētilibus. d ſic vt iam cogantur hos imitari & in ſequi tāquam apud quos ſalus vera in habitet, & per hos illi prouocentur, ad ſalutem, quomodo olim econtrario, gē tiles ęmulabantur Iudęos, eos inſequē tes, & ab eis quodammodo ad legem tranſeundo ſalutis modum poſcentes. e Quod autem non ſit eorum lapſus irrecuperabilis, ita oſtenditur, quoniā ſi Iudęorum peccatum, occaſio fuerit ꝙ mundus ſit ditatus, ſalute vndequa q; diſperſa & circunfuſa, quę prius in paruulo Iudęæ loco deliteſcere videba tur, f & ſi credētium Iudæorum pau citas, occaſionem dederit, vt apud gen

a Dico ergo. Nunquid ſic offēderūt vt caderent.

b Abſit.

c Sed illorū delicto ſalus eſt gentibus.

d vt illos ęmulentur

e Quod ſi delictū illorum diuitię ſunt mundi.

f & diminutio eorum diuitię gentium.

a quanto magis pleni tudo eorum.

tes conuerterēt plurimi, a multo magis indubie, & mundus ditabitur, & gētes honorificabuntur, ex illorum plenitudine, id eſt ſi etiā ipſi conuertātur ad fidem, vt impleatur, tam ex Iudęis q̃ ex gētibus, ouile domini, quomodo futurum eſt in fine ſęculi, quando mundus (omnibus omnino in vnam veram fidem concluſis) copioſiſſime diues eri t, vndique pulſa egeſtate verbi Dei, & eius atq; oīm ſpūalium bonorū abūdantia, vbiq; redundāte in vniuerſa terra. Neq; metuēdū gētibus de illorū reditu. b Quinimo vobis gentibus audacter dico & libere, q̃diu vt ſum permanebo Apoſtolus gentiū, miniſterium iſtud mihi cōmiſſum, tanta diligētia ꝓpono exercere, vt etiā vltra mihi commiſſos, quo ſit honorabilius, velim extēdere ad hoc laborando (q̃tum in me erit) vt & iudei ſalutem conſequamur, c vt quoquo modo ad veſtri æmulationem in, veſtramq; imitationem, prouocem illos fratres carnis meę, & ſaluos faciam, vel aliquos ex illis. Omnino enim experanda eſt, & votis omnibus depoſcenda, illorum ad Chriſtum conuerſio, d Si enim illorum a Deo propter incredulitatem defectio, orbi pene vniuerſo occaſionem attulit reconciliationis, per ſancti euā

b Vobis eñ dico gētibus, q̃diu quidē ego ſum gentium Apoſtolꝰ, myſterium meum honorificabo.

c ſi quo modo ad ęmulandum, prouocē carnem meam.

& ſaluos faciam aliquos ex illis.

d Si enim amiſſio eorum reconciliatio eſt mundi.

gelij prędicationem, quæ ab illis repulſa in gentes pertranſijt, a quid tum eſt futurũ, & quam gaudenda res erit, ſi etiam ipſi rurſus aſſumantur ad fidęm? Nihil aliud ſane, quam ſi a mortuis quis ad vitam redeat. Hoc eſt, grã de illis reaſſumptis erit beneficium, & cæteris omnibus magni materia gaudij, nulli vero vllum exinde nocumentum, quomodo mortuo ad vitã redeũte, gaudent omnes, & nemo detrimentum patitur. b Et plane iuxta generis conditionem, non incongruum nec indignum videtur, vt reaſſumantur aliquando Iudæi, ratione patrum ſuorum, quoniam delibationi merito debet reſpondere maſſa, & radici, qui ex ea procedunt rami. Iudæorum vero populus, qui tãquam maſſa vua reputatur, delibationem ſanctam habuit atq; fidelem, c & ex ſancta radice, ipſi tanquam rami proceſſerunt, nẽpe ex Patriarchis & Prophetis, qui fuerunt fideles & Deo bene credentes. Ipſi enim ſunt delibatio & radix, totius maſſę ab eis propagatę, & omnium ramuſculorum ab eis poſtmodum naſcentium. Talis ergo cum fuerit eorum origo, talis eorum deliberatio, taliſque radix, non eſt, ob patrum merita, de eorum ſalute deſperandum penitus. Neque vobis gentilibus, vlla

a quę aſſumptio, niſi vita ex mortuis?

b Quod ſi delibatio ſancta, & maſſa.

c & ſi radix ſancta, & rami.

a Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſũt, tu autem cum oleaſter eſſes inſertus es in illis, & ſocius radicis & pinguedinis oliuæ factꝰ es.

b noli gloriari aduerſus ramos.

c Quod ſi gloriaris, non tu radicem portas, ſed radix te.

d Dicis ergo. Fracti ſũt rami vt ego iſerar.

e Bene propter incredulitatẽ fracti ſunt.

f tu autem fide ſtas.

g noli altum ſapere, ſed time.

ratione aduerſus illos, eſt ſuperbe aut contentioſe gloriãdum. a Eſto enim ex illis ramis propter infidelitatem plurimi exciſi ſint, vos vero de oleaſtro ſterili aſſumpti, ex parentibus idololatris progeniti, illorum loco inſiti eſtis & implantati bonę oliuę, ſecundũ ſpiritũ filij Patriarcharum facti, illis qui ſecundum carnem videbantur exciſis, deinde radici aſſociati, & coniuncti, per virtutẽ fidei, participes facti eſtis ſpei promiſſionum cœleſtium illis factarum. b Noli tamen quiſquis ex gentibus crediditi, ſuperbe gloriari aut contendere, aduerſus illos qui rami erant & exciſi ſũt, c Quod ſi gloriari omnino velis dicetur tibi ad compreſſionem elatiõis tuę, quia non ſuper te (frater) radix plãtata eſt ſed tu ſuper radicem adiunctus es, atq; ideo potes & tu excidi atq; effringi, quemadmodũ & illi effracti ſũt, & a radice ſua euulſi. d Si rurſus contendis, dicens effracti ſunt & exciſi rami illi tãquam inutiles, vt ego insererer e Recte quidẽ dicis illos exciſos eſſe, ſed propter incredulitatem, non propter generis ſui abiectionẽ exciſi ſunt. f quemadmodum & tu nũc ſtas, & in radice manes, ſed per fidem, non ratione tui generis, aut alia quacunq; ex cauſa. g Propter quod ne ſuper ſapias, nec tibi placeas nimium ſed in timore age

ſollicitus, ne forte & tibi contingat, a fide (quæ eſt Dei donum) excidere, atq; ita ex bona oliua eijci. a Si enim De9, eas qui naturali carnis propagatione a vera radice, id eſt ab ipſis Patriarchis deſcenderunt, propter infidelitatē, ſecũdum rigorē iuſtitię ſuę abiecit, & extra electorum numerum reprobauit, tibi quoq; metuēdum eſt, donec in hoc corpore agis, nequādo idipſum contingat. b conſidera vero hic, & attentius intuere, ſimul ī Deo, & miſericordię benignitatē, & iuſtitiæ ſeueritatē. c Hāc quidē aduerſus exciſos reproboſq; infideles ramos, manifeſtius oſtenſam. d Illam vero, in vobiſipſis ex gētibus conuerſis, qui illorum loco eſtis inſiti, ſi tamē permanſeritis vſq; in finē, digne viuētes illa benignitate, quā vobis pręſtitit De9. e Alioqui & tu quiſquis fueris, ſine perſonarum acceptione eijcieris atq; reprobaberis. f Sed & illi, ſi non permaſerint in ſua infidelitate, velintq; reuerti ad fidē Chriſtianam, iterum reaſſumētur in bonam oliuam, & in fidelium numerum, vnde exciderũt, rurſus deputabuntur. g Neq; enim tam impotens eſt Deus, qui in illos iterum poſſit (ſi modo ipſi velint) vnde ſemel eiecit, inſerere. h Si enim tu gētilis, qui naturali propagatione, oleaſtri ramus eras, ab infidelibus parentibus

a Si enim Deus natu ralibus ramis non pe percit.

ne forte nec tibi pcat. b Vide ergo bonitatē & ſeueritatē Dei. c In eos quidem qui ceciderunt, ſeueritatē d in te autē, bonitatē Dei, ſi permāſeris in bonitate.

e Alioquin & tu excideris.

f Sed & illi ſi non p manſerint in incredulitate: inſerentur.

g Potēs eſt enim De9 iterum inſerere illos. h Nam & ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & contra naturā inſertus es in bonam oliuam.

ſecundum carnem progenitus, inſitus es contra natiuitatis rationem, in oliuam bonã, filius Patriarcharũ propter fidem effectus a multo apparentius eſt de iis, qui ſecũdũ naturalem carnis propagationẽ ab illis deſcenderunt, vt iterũ inſerãtur in ſuam oliuam, ſi reuerti ad ſuæ originis ſimilitudinẽ velint, id eſt, ad fidem, quę in patribus eorũ ſemper claruit. b Ne vero ſitis in oculis veſtris ſupra q̃ oportet ſapiẽtes, ac (vt ſolent eiuſmodi) vobiſipſis nimiũ placentes, ecce occultum vobis pandam, de Iudęorum in fine mundi reditu myſterium. c Dico enim, quod Deus cęcitatem infidelitatis venire ac manere permiſit, ſuper bona parte populi Iſraelitici, d donec plenitudo electorũ ex gentibus, ad fidem intrauerit, atque ita demũ in fine ſæculi, pariter omnes cum gentibus in vnam fidem reuertantur, vt fiat vnum ouile & vnus paſtor, iuxta quod ſcriptum eſt in Eſaia, e Veniet ex Syon, qui eripiet & auertet, auferetque & tollet peccata, a populo Iſrael. f Et hoc a me diſpoſitũ eis teſtamenrum tunc implebitur, cum per fidem, ipſis credentibus, dimiſero eis peccata eorum. Quod vaticinium, ſicut, partim impletum eſt in Chriſti primo aduentu, ita implebitur perfectus in fine mundi. g Sunt ſane modo,

a quãto magis hi qui ſecũdum naturam, inſerentur ſuæ oliuę.

b Nolo em̃ vos ignorare fratres myſteriũ hoc, vt non ſitis vobiſ ipſis ſapientes.

c q̃a cęcitas ex parte contingit in Iſrael.

d donec plenitudo gentiũ intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret.

Sicut ſcriptum eſt.
e Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem ab Iacob.

f Et hoc illis a me teſtamẽtum, cum abſtulero peccata eorum.

g Secundum euangelium quidem inimici. propter vos.

ratione euangelij, cui nolunt acquieſcere, ſub odio & ira Dei, a manent tamen ratione electióis patrum ſuorum, Deo apprime dilecti, ſi tantum velint ad fidem ſeſe conuertere, b Quæ enim Deus ſemel dat vel promittit, ſic facit ſine pœnitentia & retractatione. ita vt (quantum ex parte eius eſt) non reuocet quod dedit, neque neget quod promiſit, niſi nos donis acceptis ipſi faciamus indignos, aut obſtemus ipſi quo minus in nobis impleantur promiſſa Dei. c Queādmodū enim vos qui olim non credebatis, nunc Dei miſericordiam inueniſtis, & fideles facti eſtis, occaſione incredulitatis Iudęorum. ſic & illi modo in Euangelij gratiā & miſericordiam, quam vos creditis, credere recuſāt. d Vnde fiet vt tandē cū ſe viderint ſpe ſua fruſtratos, ad eandem gratiā cōfugiētes, quā, in vobis vidēt, miſericordiam inueniāt e Ecce nunc proliximа deductione videtis quoniam admirabili & nouo conſilio, Deus omnes tā gētiles quam Iudæos, incredulitate teneri permiſit, vt omnibus. ſuo tempore miſericordiæ ſuæ impenderet beneficium: Gentiles quidem ſub tempore legis naturę & Moſaicæ vt in tempore nouę legis vocarentur ad miſericordiam. Iudæos vero mō ſub tempore gratiæ, vt in fine

a ſecundum electionem autē chariſſimi, propter patres.

b Sine pœnitētia ēm ſunt dona, & vocatio Dei.

c Sicut enim aliquādo & vos non credidiſtis Deo nunc aūt miſericordiam conſequuti eſtis, propter incredulitatem illorum ita & iſti nunc nō crediderunt in veſtrā miſericordiam.

d vt & ipſi miſericordiam conſequantur.

e Cōcluſit enim deꝰ omnia in incredulitate, vt omniū miſereatur.

a O altitudo diui- tiarum ſapiētię & ſci entię Dei, q̄ incomp henſibilia ſunt iudicia eius.

b & ineſtigabiles vię eius.

c Quis enim cogno uit ſenſum domini.

d aut quis cōſiliari9 eius fuit.

e aut quis prior de- dit illi, & retribuetē ei.

f Quoniam ex ipſo,

& per ipm, & in ipo

ſunt oia. g Ipſi ho- nor, & gloria, in ſęcu la ſęculorum. Amen.

ſęculi ad miſericordiam reuocāt. a O profunditatem inexhauſtam theſaurorum inæſtimabilis ſapientię ac ſcientię Dei, q̄ ſunt modis omnibus incomprehenſibilia iudicia eius occultiſſima, & nimis admirāda, quib9 omnia equiſſime & rectiſſime iudicat, gubernat atq; diſpenſat, b & viæ eius rationeſq; & modi, quibus agit omnia, prorſus a nullo intellectu creato, valent vllis perueſtigationibus inueniri. c Nec em̄ quiſq̄ eſt, qui propoſitum diuinæ mentis, per ſe poſſit, aut potuit vnquā cognoſcere. d Neque a quoque expoſcit conſilium, neque quoquam, velut minus per ſe ſapiēs, communicat ſua conſilia, qui per ſe ſibi ſufficientiſſimus eſt, ipſa nimirum æterna ſapientia e Denique, quis eſt qui de hoc gloriari poſſit, quaſi Deo prior aliquid dederit: vt ſic ex debito accipiat retributionem Nemo certe quicq̄ ei prior dare poteſt: qđ non ante ab illo acceperit. f Quoniam ex ipſo, tanquam omnis bonitatis fontali & inexhauſto principio, & per ipſum velut vniuerſale principium efficiens, & in ipſo, tanquam in fine vltimo & optimo, & conſeruante benigniſſimo procedunt, efficiuntur, conſeruantur, & ſunt, quecunq; creata ſunt vniuerſa. g Cui omniū creatori, laus ſit et gloria in eternitate. Amen,

CAPVT DVODECIMVM.

ELVCIDATIO CAPITIS Duodecimi.

His itaq; ſic cõpoſitis, & ſub peccato, vt nemo glorietur, omnib9 concluſis nunc demum ad ea que mores queant inſtituere, ſermonẽ paululum diuertamus. a Obſecro itaq; vos p eam miſericordiam, quam a Deo comuniter oẽs qcrediðiſtis expti eſtis. b vt corpora veſtra, quę hactenus vel gẽtilibus ritibus, vel Moſaicis exhibuiſtis obſeruantijs, conuerſi ad fidẽ Chriſti, nunc exhibere ſtudeatis oblationem Deo, c in opera nouæ vitæ in omni ſanctitate, ſic vt placeat Deo, qui eſt omnis ſanctitatis & veritatis amator. d Sitq; amodo obſequiũ, qđ Deo pręſtare vultis, non vt olim gentiũ irrationabile, nec vt Iudęorum carnale ſed rationabile atq; ſpirituale, vt Deum (qui ſpiritus eſt) ratione magis & ſpiritu, q̃ corporalibus ſacrificijs, colere ſtudeatis. e Et ne vitam veſtram ducatis ad ſimilitudinẽ & modum hominũ huius ſęculi, in vitijs & cõcupiſcentijs, ſed nouam viuẽdi formam, ſecundum ſancti Euangelij doctrinam aſſumite, ſecundum nouitatẽ mẽtis veſtræ & ſpiritus, quam in baptiſmo accepiſtis. f vt ipſo opere experiamini & experientia pbetis, q̃d qđ ſit fieri, aut omitti velit Deus, quod bonum ſit, Deoq; benepla

TEXTVS, CAP. Duodecimũ

a Obſecro itaque vos fratres, p miſericordiam Dei.

b vt exhibeatis corpora veſtra.

c hoſtiam viuentẽ, ſanctam, Deo placentem.

d rationabile obſequium veſtrum.

e Et nolite conformari huic ſęculo, ſed reformamini in nouitate ſenſus veſtri.

f vt probetis quę ſit volũtas Dei bona, beneplacẽs & pfecta

a Dico enim per gratiam, quę data eſt mihi, omnibus qui ſunt inter vos, non plus ſapere quam oportet ſapere.

b ſed ſapere ad ſobrietatem.

c & vnicuiq;, ſicut Deus diuiſit menſuram fidei.

d Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus ſumus in Chriſto.

e Singuli autem alter alterius membra habentes autem donationes, ſecundum gratiam quæ data ē nobis differentes.

f Siue prophetiam, ſecundum rationem dei.

g ſiue miniſterium in miniſtrando.

citū ſiue acceptum & pfectum. a Peculiariter aūt, quantum ad ſuperbiæ vitium, ſecundū gratiam Apoſtolici muneris quę mihi a Deo eſt data, vt ſim fidelis, omnes vos hortor ac moneo, ne quiſq̄ de ſe ſentiat amplius q̄ oporteat neue ſibi quis nimium placeat. b ſed hortor, vt ad mediocritatē quiſq; de ſe ſapiat & ſentiat, ſecundum id quod in ſe eſt, & eo modo quo oportet. c Iuxta menſurā fidei, qualitatem videlicet & quantitatē, quam a Deo accepit, nihil de ſe amplius prēſumēdo, extra debitam mēſuram. d quemadmodum enim in vno corpore multa conſpiciuntur membra, diuerſis deputata officijs, & operationes diuerſas habentia, ita fideles omnes, vnum corpus componimus, cuius Chriſtus caput exiſtit, cuiuſq; ſpiritu, totum corpus illud cum capite ſuo, in vnum compingitur & coaptatur. e Sumus vero mēbra inuicē cohęrētia, habētes dona ſecundū multiformē gratiam Dei, quæ nobis, alteri hæc, alteri illa, pro Dei placito diſtribuitur, diuerſa, quib⁹ inuicē alter alteri deſeruimus. f Sūt enī, qui prophetię donū ex gratia Dei acceperūt, q̄ proportionari ſolet fidęi eius qui accepit, per quā occulta fidei myſtēria illuſtrati, recte capiunt & intelligūt, vt alijs quoq; illuminādis, ipſi ſufficiāt, g Sūt alij, q ad mini-

ſtrationis cuiuſlibet munus a Deo acce
perunt,ſiue in ſpiritualibus,ſiue in cor
poralibus miniſterijs. a Sunt,qui do
cendi gratiam habẽt, vt potentes ſint
& alios docere,qui minus intelligunt.
b Sunt qui ex Dei dono,in ſuccenden
do ad bonũ fratrum animos, plurimũ
valent. c Sunt quibus eſt,vnde in ſim
plicitate cordis ſui,ob Dei amorem, be
nigne & liberaliter ſuccurrant egentibꝰ
d Sunt quibus aliorum cura eſt a Deo
commiſſa,vt ſibi creditis cum ſollicitu
dine inuigilẽt. e Alij hoc a Deo acce
perunt,vt quomodocũq; iuxta ſuæ fa
cultatis & virtutis proportionem, miſe
ricordiam pręſtent,ſi non rebus ſaltem
animo,ijs qui miſericordia indigẽt. Eſt
q; hoc donum Dei, vt in cordis hilari
tate alacriter id queant agere,quod ꝑ
ſe alioq; moleſtũ eſt corpori. Deniq;, va
ria admodũ & multiformia ſũt Dei do
na. f Veruntamẽ in omnibus ſemꝑ di
lectio adſit neceſſe eſt,eaq; ſine fictiõe
vera & integra. g Sitis quoq; neceſſe
eſt,in oĩbus ſẽper declinantes a malo,o
mnẽ etiã mali occaſionẽ ſollicite fugien
tes,& bona diligẽtiſſime ac ſedulo ſectã
tes,h charitate fraterna & amore mutuo
inuicẽ familiariꝰ & viſceroſiꝰ diligẽtes.
i ad fouẽdã mutuã beneuolẽtiã ſtudẽtes
iuicẽ deferre & modeſtis pręuenire ho
norationibus, abſq; pigritia ſẽp ſolliciti

a ſiue qui docet,in doctrina.

b Qui exhortatur,in exhortando.

c qui tribuit in ſimplicitate.

d qui præeſt,in ſollicitudine.

e qui miſeretur,in hilaritate.

f Dilectio ſine ſimulatione.

g Odientes malum, adhærentes bono.

h Charitate fraternitatis inuicẽ diligẽtes

i honore inuicem præuenientes, ſollicitudine non pigri.

a ſpiritu feruentes, domino ſeruientes, ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes.

ac vigilantes. a Spiritu p dilectionē, ad quæq; bona feruentes, in omnibus q̄ agitis, ſēper domino veſtram ſeruitutē exhibentes, in cœleſtium expectatione ac ſpe gaudētes, In tribulationibus, propter ſpē væturorū bonorum (ſi quæ occurrant pro Chriſti nomine pferēdę) exhibētes illęſam patiētiam, in orationibus aſſidui.

b Neceſſitatibus ſãctorum communicãtes, hoſpitalitatem ſectantes.

b Chriſti fidelium inopię, iuxta facultatis conditionē, de proprijs miſericorditer ſubueniētes. Erga exteros quoq;, hoſpitalitatis beneficiū libēter & ſtudioſe exercētes.

c Benedicite i perſequentibus vos. Benedicite & nolite maledicere.

c Benedicite ijs qui vos pſequuntur, eis p malis quę ingerunt, pcando bona. Benedicite (inq̄) tanq̄ benedictionis filij, & a maledictione prorſus abſtinete, quę ſeruis Dei nō conuenit.

d Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus.

d Cum ijs qui ſpirituali & ſancto gaudio gaudēt, pariter gaudete, & cum ijs qui in afflictionibus agunt, ex compaſſione pariter dolete. Nam inuidorum eſt, alijs gaudētib⁹ contriſtati: & gaudere dolētibus proximis, quod Chriſtianum non decet.

e Idipſum inuicem ſentientes.

e Eundem erga inuicē benignitatis affectum habētes, quod ī proximo eſt, quaſi in vobiſipſis ſentiētes.

f Non alta ſapiētes ſed humilibus conſentientes.

f Non magna vobis, q̄ ſupra vos ſunt, pſuadētes, nec ſublimia quęrētes, ſed humilibus vos accommodantes, humilibus vos adiungētes, humilia ſectantes.

g Nolite eſſe prudētes apd voſmet ipos

g Non ſitis prudētes ī oculis veſtris, vobiſmetipſis

per ſuperbiam vane placẽtes. a Nemini vnq̃ malũ pro malo ex ira reddentes, quod ſaluator vetuit. b prouida circunſpectione curantes, vt quę agitis bona, non ſolum Deo ſint accepta, ſed etiam coram omnibus hominib⁹, in exemplum valeãt lucere, ad gloriam dei, vt veſtro exẽplo, cæteri quoq;, ad boni æmulationẽ prouocẽtur. c Quantum fieri poterit, cum omnibus hominibus pacẽ habere ſtudentes, vt quantum in vobis eſt nemini vnq̃, iuſtã aut rationabilẽ turbationis aut iræ cauſam, detis d Non proprias iniurias vindicantes chariſſimi, nec voſmetipſos de, auerſarijs per irã & vindictæ amorẽ vlciſci q̃rẽtes, quod Chriſtus vetuit. e ſed credẽdo potius, ira aduerſarij vincẽda eſt q̃ iracunda vindicta. Qui enim p patiẽtiam, cedẽdo locum dat iræ, plærũq; aut iram declinat, aut frangit, ſedatq; aut minuit quam reſiſtẽdo ac vindicãdo, magis exagitaſſet. f Nam quod ipſi de noſtris iniurijs non vindictã debeamus p nos quærere, vox domini in cantico Moyſi loquẽtis, nos docet. Ad me (inquit) ſpectat vindicta, & meũ eſt, vlciſci. Mihi commitе, quod meum eſt & ego ſuo tẽpore retribuam, ijs qui faciunt iniuriam. g Quinimo ſi eſuriẽ patitur qui ſe tibi inimicum exhibet, vt Euangelicam conſequaris gratiam, ac

a Nulli malum pro malo reddentes.

b prouidentes bona, non tantum coram Deo, ſed etiam corã omnib⁹ hominibus.

c Si fieri poteſt (qđ in vobis eſt) cum omnibus hominibus pacem habentes.

d Non voſmetipſos defendentes chariſſimi.

e ſedate locũ iræ.

f Scriptum eſt enim Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit dominus.

g Sed & ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi.

curate & ſtudioſe paſce illum,ſi ſitierit, potũ da illi,&.ſi in alia qualibet egeſtate conſtitutũ videris,ꝓ tua facultate ſtudium ſit tibi illius indigentiæ ſubuenire

a Hoc enim faciens carbones ignis congeres ſup caput eius

a Sic enim faciendo,fieri poterit, vt illum lucrifacias, eiuſmodi beneficijs in tui amorẽ accendens, & in peccati ſui pœnitentiam inducens, quaſi carbonibus ſuper caput impoſitis atq; cõgeſtis

b Noli vici a malo.

b Non te permittas a malo vinci,vt illi conſentias, malumque pro malo reddas,ſed ſtude(quod melius eſt)in bonitate malũ vincere,& mali aſperitatem atq; ardorem,ꝑ bonitatis dulcedinem mitigare atq; extingere. Malum enim malo creſcit amplius,ſed bonum & virtus,facile vincit omnia.

ſed vince in bono malum.

TEXTVS, CAP. Decimumtertium.

ELVCIDATIO CAPITIS Decimitertij.

a Omnis anima, poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.

a OMnis homo viuens in hoc corpore ſciat ſe ſubijci debere per obedientiam & reuerentiã, prelatis,a Deo in poteſtate conſtitutis.

b Non eſt enim poteſtas niſi a Deo.

b Non enim eſt vlla poteſtas,aut prælationis veræ ſupereminentia, quam Deus non inſtituit, cuius prælati omnes,legitimi ſunt vicarij,c & illæ ipſæ quæcunque ſunt poteſtates a Deo conſtat eſſe ordinatas & quæcunque a deo ſunt recte ordinata atq; inſtituta ſunt. & ſeruari iure optio debent.d Ac proinde

c Quæ autem ſunt a deo ordinatę ſunt.

d Itaq; qui reſiſtit po

proi nde concluditur eum,qui obedire recuſans,poteſtati reſiſtit,non homini tantum,ſed magis diuinę ordinationi repugnare,cum id quod Deus ordinauit & inſtituit,conatur infringere. a Qui vero diuinæ ordinationi reſiſtunt clariſſimum eſt eos hoc ipſo ſibi damnationem conciliare,pro ſuæ inobediētię demerito.Recte autem poteſtates a Deo inſtitutas eſſe atque ordinatas,patet. b Nam principes non ſunt dati ad timorem iis qui operantur bonum, ſed iis qui malum operantur. c Si autem velis non timere poteſtatem, & ab eius ſeueritate eſſe ſecurus, nihil opus eſt,niſi vt mala fugiens, operęris quod iuſtum ac bonum eſt.Atq; hoc faciens, non ſolum non erit quod metuere debeas, quin & laudem & alia virtutum præmia ,pro honeſtis tuis actionibus, ab ea potius reportabis, d Dei enim miniſter eſt,a Deo tanquam vicarius, ſuo in loco conſtitutus tibi quidem & omni bene agenti in bonum, nempe in tutelam & defenſionem ab impiis oppreſſoribus. e Si vero quod malum eſt & iniuſtum feceris, eſt indubie cur timeas. Nec enim fruſtra, neq; pro nihilo ,gladium portat. f Dei enim vicarius miniſter eſt , vltionis gratia, ad exercendum iram & vindictam,ad uerſ⁹ illos qui operātur, qđ malū eſt &

teſtati, Dei ordinati oni reſiſtit.

a Qui autem reſiſtunt ipſi ſibi damnationem acquirunt.

b Nam principes non ſunt timori boni operis,ſed mali.

c Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa.

d Dei enim miniſter eſt tibi in bonum.

e Si autem malum feceris,time. Non eñ ſine cauſa gladium portat.

f Dei enim miniſter eſt,vindex in iram,ei qui malum agit.

a Ideoq̧ neceſſitate ſubditi eſtote, nō ſolum ꝓpter iram.

ſed etiam propter cōſcientiam.

b Ideo enim & tributa pręſtatis.

c Miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſeruientes.

d Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorē, timorē, cui honorem, honorē.

e Nemini quicquā debeatis niſi vt inuicem diligatis.

morte dignum. a Atq; ideo quoniā Dei miniſter eſt a Deo conſtitutus, neceſſariū eſt omnino, vt poteſtatibus ſitis ſubditi, non tantum propter euitandam illorum iram & declinanda ſupplícia, ſeruili quodam timore, ſed etiā corā Deo, ex dictamine conſcientię veſtræ, q̄ hoc iuſtū & rationabile teſtatur. b Queādmodum vel ex eo facile probari poteſt, ꝙ tanq̄ ſuperioribus, inferiores, illis tributa perſoluetis, quod ſane veræ eſt ſubiectionis ſignū. c Sunt eī miniſtri Dei, ab eo inſtituti, ab eo authoritatē habentes, & eius locum tenentes ad hoc ipſū ſeruiētes, vt loco Dei (quēadmodum ſupradictum eſt) & bonis ſit in tutelam, & malis in vltionem. d Perſoluite itaq;, vt iuſtum eſt, omnibus ſua debita. Cui tributū debetis, ſoluite illi, cui vectigal debetis vectigal illi ſoluite cui timorē & reuerentiā obedientiāq; debetis, ſoluite. Cui honorē debetis ſicut debetis, ita ſoluite. e In ſūma ad hoc laborate, vt quantum in vobis eſt & fieri poterit, nulli, intercipiatis quod debitum eſt, non reddentes cum poſſitis, ne cuiquam ſitis debitores, omnibus ſua debita perſoluentes niſi in ſola mutua dilectione, in qua ſēper volo vos inuicē ꝑmanere debitores. Nūquā eni a diligendo fratrē, liberi eſſe poſſu-

mus aut debem⁹: ſed ad illam ſemper oportet eſſe obligatos. Grādis enim & precioſa res eſt dilectio. a Nā qui diligit proximum opere & veritate ſicut oportet, totam implet legem. b Omnia enim hæc legis particularia mādata, non adulterium, non homicidium, non furtū facies. Non dices aduerſus proximum falſum teſtimonium. Non concupiſces rem proximi tui, ſiue rem quamlibet alienam, & cętera ſimiliter mandata, quæ proximum concernunt in hoc vno generali pręcepto, velut capitulantur ſummatimq; colliguntur, & cōfirmantur, quaſi ex ipſo robur habētia obligationis. c Nempe in hoc, diliges proximum tuū, ſicut teipſum. d Dilectio ſiquidem proximi, malū nos nō permittit operari, & iniuſtitiā aduerſus proximum non patitur exercere eū in quo ſecundū veritatē infuerit. e Itaq; totius legis quædam plenitudo & integritas, vna dilectio eſt, quia ipſa eſt in qua implentur ſimul omnia, quæ lex quoad proximum obſeruanda pręcipit. f Atque hoc nēpe dilectioni vacare, amplius modo nos conuenit obſeruare, attendentes, conſiderantesq; conditionem temporis in quo ſumus quoniam, iam nouiſſima hora eſt, & tēpus vt a ſomno exurgamus, id eſt, ab infidelitate, vel a torpore, vel etiam ab

a Qui enim diligit proximum, legē impleuit.

b Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimoniū dices, nō cōcupiſces & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo inſtauratur.

c Diliges proximū tuum ſicut teipſum.

d Dilectio proximi, malum non operatur.

e Plenitudo ergo legis eſt dilectio.

f Et hoc, ſcientes tēpus, quia hora eſt iā nos de ſomno ſurgere.

a Nunc enī propior eſt noſtra ſalus, q̄ cum credidimus.

b Nox præceſſit.
c dies autē appropinquauit.
d Abīj ciamus ergo opera tenebrarum

e & induamur arma lucis.

f ſic vt in die, honeſte ambulemus.

g Non in commeſſationibus & ebrietatib⁹

ocioſo legis cultu. a Nūc enim appropinquauit regnum cœlorum, & propinquior eſt nobis noſtra ſalus modo, quā olim, quando credendo expectabam⁹ ſalutē adhuc venturam, & p Chriſtum operandam, quam nunc credimus & ſcimus, per Chriſti aduentum operatam & completam, nihilq; reſtare amplius, q̄ vt ſalutem operatam & oblatā, per fidem acceptemns. b Noctis tēpus iam abijt, & expirauit duratio eius Id eſt infidelitatis tenebræ & legalium obſcuritas, iam prēterierūt. c dies vero (qui eſt tēpus lucis) iam aduenit, illuceſcente ſole iuſtitiæ, & claritate ſancti Euangelij, vbiq; radios ſuos ſpargente d Omni ergo ſtudio & cura, tenebrarum opera a nobis abijciamus, deteſtātes, & abiurantes vitia omnia & peccata, quibus in tenebris agentes commaculantur infideles e Pro his vero, ſtudium ſit nobis aſſumere lucis & fidei bona opera, velut arma quēdam, quibus induti & honeſtemur & aduerſus impugnantium tela reddamur ſecuri. f vt armis lucis induti, honeſtam ducamus conuerſationē noſtram, quēadmodum diei conditio expoſtulat. Ipſa enim conditio diei expoſcit, vt tunc honeſtius incedāt homines, bonis ornati indumētis, q̄ i nocte qñ vel nudari ꝑ ſus vel vilioribus vti ſolēt, g Nō iā vt

olim guloſi comeſſationibus ſuperfluis & ebrietatib⁹ indulgētes, neq; (quæ ex his cõſequi ſolēt) luxurijs vacātes, neq; contētionibus & emulationibus, ꝓ honorũ aut tēporalium bonorum aſſequutione per ambitionē, aut ꝑ auaritiam intendentes, quę omnia non diei neq; lucis, ſed noctis & tenebrarum ſunt opera. a Quin potius omnibus his abiectis, circũdantes voſipſos operibus bonis, ſic induite dominum Ieſum Chriſtum, vt in omnibus operibus veſtris ipſe reluceat, vt illum glorificetis & portetis, etiam in corpore veſtro. b Et ante omnia cauete, ne ad perficiēda carnis deſideria proni ſitis, atq; ſolliciti, neue illi ad omnia quæ concupiſcit implēda curam adhibere velitis, quæ neceſſitatis ſunt illi miniſtrare contenti.

nõ in cubilibus & impudicitijs non in contentione & æmulatione.

a ſed induimini dominũ Ieſum Chriſtũ

b Et carnis curam, ne feceritis in deſiderijs.

ELVCIDATIO CAPITIS Decimiquarti.

TEXTVS CAput Decimũquartũ.

QVoniam vero in totius eccleſię cœtu, alij fide ſunt robuſti & validi, alij adhuc infirmiores iccirco quemadmodum ad inuicem hi pacifice queant agere, nunc dicere pergamus. a Eum itaque qui ſecundum fidem adhuc infirmus eſt, & imperfectus, vos qui validiores eſtis & perfectiores, ne deſpicite propter infirmitatem, ſed aſſumentes fouete do

a Infirmum autem in fide aſſumite, non in diſcrepationibus cogitationum.

nec creſcat ad perfectionem, non per
diſcrepationum ambages, cum illo con
tendendo, ſed in ſimplici manſuetudi
ne illũ ſuſtinẽtes, atq; in ſpiritu lenitatis
inſtruentes. a Sunt enim, qui in Euan

a Alius enim credit ſe manducare omĩa

gelica libertate perfecte cõfidẽtes, nul-
lum cibum reſpuant tanquam immun-
dum ſed ex fide Chriſti audẽt ſine cibo
rum delectu, quibuſlibet veſci, quæ in
macello venundantur, aut in menſa ap
ponantur, cum gratiarum actione. Sũt
imperfectiores alij, qui nondum perfe-
cte Euãgelij gratiam & libertatẽ agno

b Qui autem infirmus eſt, holus manducet.

uerunt. b Qui ſic infirmi ſunt & im-
perfecti, ſinantur vel holus ſolum (ſi ve
lint) manducare, & in ſua imperfectio
ne tolerẽtur ab alijs perfectioribus, nec
ſtatim ob ſuam imperfectionem deſpi

c is qui manducat, nõ mãducantem nõ ſpernat.

ciantur. c Qui manducat quę appoſi
ta ſunt ſine delectu, eum qui a cibo ali-
quo tanquam immundo abſtinet, non
contennat, ob ſuam imperfectionem,
ſed potius in mãſuetudine toleret im-

d & quin on mãducat, manducatẽ non iudicet.

perfectionem fratris ſui. d Conſimili
ter is qui propter conſciẽtiam abſtinet
ab aliquo cibo caueat, ne quaſi trãſgreſ
ſorem iudicet eum, qui ex libertate cõ-
ſcientię, propter Euagelicę libertatis

e Deus enim illum aſſumpſit.

f Tu quis es, qui iudicas alienum ſeruum.

gratiam, confidenter quibuſlibet veſci
tur. e Aſſumpſit enim vtrumq; Deus
per vocationẽ ſuam, ad eandem fidei
gratiam, f Tu igitur quis es o homo,

vt iudices illum qui non ſeruus tuus eſt ſed alienus, id eſt, domini a quo eſt aſſumptus?. a Siue ſteterit, ſiue ceciderit homo domini eſt iudicium, & illius intereſt, cuius homo ſeruus eſt. Ipſe videat, & iudicet, tua nihil refert. Stabit autē vterq;. Ille quidem in ſua conſciētia, atq; hic item, in ſua, b Potens eſt enim Deus, vnūquemque in ſua cōſciētia, in fidei ſtabilitate cōſeruare, c Salua enī fidei, vnitate, fieri pōt, vt ali⁹, imꝑfectior fide diē a die diſcernat, iuxta legis ritum, dierū adhuc obſeruātias diiudicans, hoc nimirum imperfectiōis, ex Iudaiſmo ſecum gerens d Alius vero omnem diem ex ęquo reputat, ſine legalium pręſcriptionum obſeruatione, e In huiuſmodi rebus, ſuo quiſq; iudicio perfruatur, & ſuę conſciētiæ quiſq; ſatiſfaciat. Neuter enim, ſi ſuæ conſciētiæ ſatiſfaciat condēnandus venit. f Nam qui diem diſcernit, & dierum obſeruantiam legalē adhuc tenet, ad Dei honorē (quam in lege veneratur) id facere creditur. Atq; in contrario, qui dierum obſeruantiam negligit, ad Dei gloriam id ſimiliter facit, libertatem quam cōtulit per filium, confidēter acceptās. g Et qui ſine ciborum delectu quibuſlibet veſcitur, ad gloriam Dei id facit, quoniam poſtquam manducauit, Deo gratias de perceptis donis agit, h At

a Domino ſuo ſtat aut cadit.

ſtabit autem.

b Potēs eſt enī De⁹ ſtatuere illum.

c Nam alius iudicat diem inter diē.

d Alius autem iudicat omnem diem.

e Vnuſquiſq; ī ſuo ſenſu abundet.

f Qui ſapit diem, domino ſapit.

g & qui manducat, domino manducat. Gratias enim agit Deo.

h. Et qui non manducat domio nō mā ducat, & gr̄as agit. Deo

que in contrario, qui propter conſcientiam legis abſtinet a quibuſdã, ad gloriam Dei id facit, ſecundum intẽtionẽ animi ſui, quem adhuc in lege reueretur, & gratias agit Deo, qui ſibi dat abſtinendi virtutẽ, & alia ſufficientia abſq; lege vetitis, quibus ſuſtentari poſſit, Sic enim omnia ad domini gloriam fieri debent, a fidelibus. a Nemo enim hominum ſibi viuit aut moritur quaſi ipſemet ſibi ſit iudex aut dominus, b ſed in omnibus ſemper ſiue, viuimus, ſiue morimur domini ſumus, & ſub illius ſtamus iudicio, tam in vita quam poſt mortem, & eundem mortui atque viui debemus agnoſcere iudicem. c Ad hoc enim Chriſtus ſecundum humanitatem mori voluit, & tertia die reſurgere, vt per mortis paſſionem, quatenus homo mereretur reſurgens accipere poteſtatẽ iudiciariam, & plenum cum poteſtate dominiũ ſuper omnes viuos ac mortuos. d Cum itaq; ſolus ſit in cœlis dominus, cui traditum eſt cum poteſtate dominium quę eſt hęc pręſumptio, vt quod Dei eſt ſibi vſurpet homo, proximum ſuum iudicans propter eſum, aut ſpernens propter abſtinẽtiam? e Omnes eñ exhibebimur ante iudicium Chriſti, & ab vno iudice illo, omnes pro meritis accipiemus ſententiam. Non autem inuicem,

a Nemo enim noſtrũ ſibi viuit, & nemo ſibi moritur.
b Siue enim viuimus domino viuimus, ſiue morimur, dño morimur. Siue ergo viuim⁹. ſiue morimur, domini ſumus.
c In hoc enim Chriſt⁹ mortuus eſt, & reſurrexit vt & viuorũ & mortuorũ dominetur
d Tu autem quid iudicas fratrem tuũ aut tu quare ſpernis fratrẽ tuum?
e Omnes enim ſtabimus ante tribunal. Chriſti.

alius alij erimus iudices. a Scriptum eſt enim, Viuo ego, dicit dominus, quoniã veniet dies, in qua me omnis creatura rationalis agnoſcet verum dominum, mihique reuerentiam exhibebit vt vero domino, & omnis lingua dabit confeſſionem Deo, ſiue miſericordiam ſaluantis collaudando, ſiue iuſtitiam condemnãtis, ſecundum conſcientię dictamen, comprobando. b Itaque vnuſquiſq; noſtrum reſpondebit, & examinabitur de operibus ſuis, ante iudicium iudicantis Dei. c Ac proinde, noſinuicem iudicare nõ debemus, quod dei eſt, nobis vſurpantes. Potius autem hoc apud ſeſe quiſq; iudicet, curet, & prouideat, ne verbo aut facto quã faciat, in quo offẽdi vel ſcãdalizari poſſit infirmior. d Equidẽ credo, & certus ſum, & firmiſſime id mihi perſuaſum habeo nullam eſcam, imo nullam omnino rẽ per ſe immundam eſſe, vt illius vſu qui libere vtitur poſſit cõtaminari. e tamẽ q adhuc perſuaſũ habet, aliquam eſcam vel rẽ immundam eſſe huic propter iſtã quam adhuc in Iudaiſmo tenet conſciẽtiam, eſca illa immunda reputatur, non quidem per ſe, ſed illi tantũ, propter conſciẽtiam, qua ſtãte, ſi manducauerit quod commune reputat, peccabit & polluetur. Atque horum infirmitati condeſcendẽdum eſt,

a Scriptum eſt enim, Viuo ego, dicit dominus. quoniam mihi flectetur omne genu & omnis lingua confitebitur Deo.

b Itaq; vnuſquiſque noſtrũ pro ſe rationẽ reddet Deo.

c Non ergo amplius inuicẽ iudicemus, ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offẽdiculũ fratri vel ſcandalum.

d Scio & cõfido in dño Ieſu, quia nihil cõmune p ipſum.

e niſi ei, qui exiſtimat quid commune eſſe, illi commune eſt.

hoc potiſſimum tempore, quo nondũ
plene innotuit Euãgelicę libertatis ve-
ritas, plurimis adhuc ex cõuerſis ad fi-
dem, in legis obſeruantijs iſtis perma-
nentibus, a Si enim tu qui perfectior
videris, coram infirmo, nimia libertate
manducaris quæ ille reputat immũda
propter cibum tuum fratrem cõtriſtas,
conturbas, offendis, aut ſcandalizas, illi
dans occaſionem, imo (propter infirmi
tatem) cauſam te iudicandi, vt trãſgreſ
ſorem, hac ſane in parte, nõ ita agis vt
Chriſtiana claritas expoſtulat. b Noli
quæſo, per tuum cibum, illum in pec-
catum mittere, vel vt te iudicet, vel vt
de fide Chriſti dubium incurrat, quam
tanti Chriſtus reputauit, vt etiam mori
pro eo dignaretur, c Non ergo facia
mus bonum libertatis noſtræ, infirmo
rum maledictioni & maledicentiæ ob-
noxium, quod certe fiet, ſi abſq; reſpe-
ctu, noſtra libertate in ſcandalum fra-
trum vti voluerimus. d Non enim in
eſca vel potu ſitum eſt regnũ Dei, nec
cœleſte regnum per horum obſeruatio
nem comparatur, ac proinde ſinantur
infirmi, quibus velint vti, nec pro hoc
ita multum zelandum eſt, vt compellã
tur manducare que ſunt lege vetita e
ſed perfecta vitæ iuſtitia, & pax ſancta
cum omnibus, & internum gaudium in
ſpiritu ſancto, hęc & modo regnũ Dei

a Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur.

iam non ſecundum charitatem ambulas. b Noli cibo tuo illũ pdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt.

c Nõ ergo blaſphemetur bonum nrm.

d Non enim eſt regnũ Dei eſca & potus.

e ſed iuſtitia, & pax & gaudium in ſpiritu ſancto.

ſntra nos efficiunt, & in futuro nos ad æternum regnum perducent. a Qui enim ſic in his Deo ſeruit, iſta ſectando, hic placet Deo & probatus erit ab omnibus, inter quos ſic ſancte conuerſatur. Nam iuſtitiam ſeruare illæſam, & pacem cum omnibus tenere in gaudio, ſine amaritudine, & Deo nos gratos faciunt, & hominibus quibuſcũ conuerſamur etiam infidelibus, gratos & amabiles reddunt. b Nos itaque vt pacis filij, quæ ad pacem faciunt ſtudioſe inſequamur, quantum in nobis eſt, omnem turbationis cauſſam auferẽtes fratribus. c & ea quibus inuicem poſſumus ad bonum ptomouere, & ad profectum perducere, diligenter cuſtodiamus, pro nulla cauſa vlli dantes occaſionem ſcandali, aut peccati cauſam. d Noli (quæſo te iterum) opus qđ de⁹ creauit, & per fidem ac baptiſmum modo quodam recreauit, propter eſcam tuam perdere, illum occaſione tuæ nimiæ & indiſcretæ libertatis, in peccati mortalis periculum conijciendo. e Equidem non nego, quin munda ſint omnia, atq; ob hoc omnia (quantum ex ſe) ad manducandum eſſe licita, ſed ſi quis cibum aliquem manducat cum infirmi fratris ſcandalo & offenſione, illi malum eſt, & ad vitium deputatur non cibus ipſe qui editur, ſed liberta-

a Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet deo, & probatus eſt hominibus.

b Itaq; quę pacis ſunt ſectemur.

c & quę ędificatiõis ſunt, inuicem cuſtodiamus.

d Noli propter eſcã deſtruere op⁹ dei

e Omnia quidem munda ſunt: ſed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat.

a Bonum eſt nõ manducare carnẽ, & nõ bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut ſcandalizatur, aut infirmatur.

tis ſuæ cum ſcandalo abuſus. a Quã quam enim & caro & vinum nemo dubitet eſſe per ſe munda ſi tamen in horum vſu, ex infirmitate frater quiſpiam ſcandalizatur, aut offenditur, omnino bonum erit, etiam, ab his licitis, propter vitandum fratris ſcandalum, abſtinere. Sic & de alijs omnibus dicendum eſt, in quibus contigerit fratrem ſcandalizari, aut offendi. Eſto fidem habes perfectam qua credis te poſſe propter Euangelicæ libertatis gratiam quibuſlibet ſine peccato veſci. b fidem iſtam ſi habes, habe coram Deo, in tua conſcientia, qui tibi remunerabit mercedẽ perfecte credentiũ Cæterũ, ad frĩs ſcãdalũ aut cũ frĩs ſcãdalo, caue vtaris. c Beat⁹ eſt & iuſtitiã ſeruat, qui in eo q̃d tanquã bonum approbat ſeipſum non condẽnat, faciendo contra id quod bonum iudicat. Exempli gratia, qui tanq̃ bonum approbat conſcientia dictante, non mãducare hoc aut illud, iuſtitiam ſeruabit ſi abſtineat vt dictat ratio, quam perderet, ſi contra id quod probat ageret, mãducando. d Qui autem tanquã illicitum, quippiam diſcernit ac dijudicat, ſi hac ſtante conſcientia manducauerit, ſeipſum condemnationi facit obnoxiũ contra conſcientiam manducando, q̃d iudicabat illicitũ & immundum. e Id q; non ex ipſius cibi immunditia, ſed

b Tu fidem quã habes penes temetipſũ habe coram deo.

c Beatus qui non iudicat ſemetipſũ, i eo quod probat.

d Qui autem diſcernit, ſi manducauerit damnatus eſt.

e quia non ex fide

quia non ex fide, & contra eam quam intus habebat ex ſua fide conſcientiam egit. a Omne autem quod contra cō-ſcientiam fit, quam ex ſua quiſq; fide ſibi format, eo ipſo quod contra conſciē-tiam, peccatum eſſe conſtat, etiam ſi res in ſe mali habeat nihil.

a Omne autem qđ non eſt ex fide, peccatum eſt.

ELVCIDATIO CAPITIS Decimiquinti.

TEXTVS, CAP. decimumquintum

ILLud autem fraterna charitas ex-poſcit, vt qui perfectiores ſunt inter Chriſtianos, infirmos cum manſue-tudine & lenitate ſupportare debeant, in ſuis imperfectionibus, & non ſibiipſis ſuperbe placere, atq; ita fratres infirmos deſpicere, aut imperfectiones eis exprobrando irritare, quod faciunt ſuperbi & ſuperciliosi homines, qui cęteros facili ex cauſſa deſpicientes, ſibipſis nimium placent. b Sit hoc omnibus commune ſtudium, vt quantum fieri poteſt cum Deo, quiſq; fratri ſuo placeat in bonum, non per adulationem, ſed p ſanctam & pacificam cōuerſationem. Nam ex charitate propter Deum laborare ad placendū proximis, res eſt magni meriti, non ſic autē in malū. c Et q̄dē pro hac re, Chrī habemus exemplū, q nō ſibi ſupbe placuit, vt nos deſpiceret

a debemus autē nos firmiores, imbecillitates infirmorum ſuſtinere, & non nobis placere.

b Vnuſquiſq; veſtrū proximo ſuo placeat in bonum, ad ædificationem.

c Etenim Chriſtus nō ſibi placuit.

neque quæ ſibi ſecundum carnis fragi litatem erant placita, quæſiuit, ſed quæ humilia erant, & quæ carnis fragilitas horrebat, etiam aſpera improperia, pro nobis libenter ſuſcepit. a Iuxta quod ſcriptum eſt, Ceciderunt ſuper me improperia, irriſiones, atq; illuſiones, eorum qui tibi in me exprobrabãt, quam Chriſti vilipẽſionem, nobis trahere debemus in exemplum. b Quæcunq; enim ſpiritus ſancti operatione, in ſcripturis a temporibus antiquis tradita ſunt, ad noſtram informationem & inſtructionem ſcripta fuere. c vt per exempla patrum in ſcripturis nobis propoſita, patientia roborati, & conſolatione dulciſſimorum eloquiorum confortati, in ſpe noſtra firmi & ſtabiles in finẽ vſq; permaneamus. d Ipſum autem Deum cuius eſt ſolius donare patientiam & conſolationem veram ſpiritus, ꝓcor, vt det vobis vnum idemq; ſentire cum inuicem, vt in eadem fidei ſententia ſitis & permaneatis omnes, ſecundum Chriſtum Ieſum, in veritate. e vt vna eademq; fide, quæ concordes facit animos, & vno ore eandem confeſſionem fidei exprimente ſic honorificetis Deum, qui eſt pater domini noſtri Ieſu Chriſti. f Propter quod ſuſcipite inuicem, ac fouete per patien-

a ſed ſicut ſcriptum eſt, Improperia improperantium tibi, ceciderunt ſuꝑ me.

b Quæcunq; enim ſcripta ſũt, ad noſtrã doctrinã ſcripta ſũt.

c vt per patientiam & conſolationẽ ſcripturarum ſpem habeamus.

d deus autem patiẽtię & ſolatiĳ, det' vobis, idipſum ſapere i alterutrum, ſecundũ Ieſum Chriſtum.

e vt vnanimes vno ore honorificetis deũ & patrem domini noſtri ieſu Chriſti.

f Propter q̃d, ſuſcipite inuicẽ, ſicut xp̃s ſuſcepit vos, in honorem dei.

tiam, ſicut & Chriſtus vos aſſumpſit, fouitq;, & condeſcēdendo euexit, ad honorem & gloriam Dei. a Nam de modo quidem: quo Chriſtus vos aſſū pſit, atq; ſuſcepit, dico Chriſtum Ieſū, circunciſionis (id eſt populi Iudaici) a Deo patre miſſum fuiſſe & datum miniſtrum & prædicatorem, & operatorem ſalutis, propter veritatem Dei, qui fidelis eſt in omnibus verbis ſuis, ad implēdas in illo promiſſiones patribus eorū factas. b Gentes vero licet Chriſtum in carne, ſuę ſalutis miniſtrum, per ſe non habuerint, tamen & ipſos dico Deum honorare debere, ſuper maxima ſibi gratia & miſericordia a Deo exhibita, non minus quam Iudæis, cum tamē nullæ ipſis promiſſiones neque patrib⁹ eorum factæ extitiſſent. c Quod olim ſpiritu Dauid præuidens dicebat. Propterea confitebor tibi ſuper gentibus domine, & nomini tuo pro illis cantabo. d Et alibi, dicuntur gentes ſimul cum plebe electorum Dei gauiſuræ ſpirituali lætitia, poſtquam illis fuerint annumeratæ, e Et alio in loco, cohortans gentes ad lætitiam ſic eos in ſpiritu alloquitur. Laudate dominum pro exhibita miſericordia omnes gentes, laudate eum omnes populi nationum. f Et alio in loco Eſais dicit. Ex radice Ieſſe exurrectur ū

a dico enim, Chrm Ieſum miniſtrū fuiſſe circunciſionis.

propter veritatē dei. ad confirmandas ꝓmiſſiones patrum.

b gentes autem ſup miſericordia honorare deum.

c Sicut ſcriptum eſt. Propterea confitebor tibi in gentibus domine, & nomini tuo cantabo.

d Et iterum dicit, Letamini gentes cum plebe eius.

e Et iterum: Laudate omnes gentes dominum, & magnificate eum omnes populi.

f Et rurſus Eſaias ait. Erit radix Ieſſe,

& qui exurget rege- re gentes, in eum gẽtes ſperabunt.

rectorem gentium, & principem populorum, in quem gentes ſperabunt.

a Deꝰ autem ſpei repleat vos oĩ gaudio & pace in credendo

a Deus autem ipſe, q eſt tota & vera ſpes omnium credentium, abundare vos faciat copioſe, in omni gaudio & pace ſpirituali, per fidem rectam quæ ſunt tenẽda vt oportet credendo, vt abundet in vobis ex Dei liberalitate ſpes & fortitudo vera, quæ eſt a ſpiritu ſancto. Non autem id precor, quod vobis illa penitꝰ deeſſe exiſtimem.

b Certus ſum autẽ fratres mei, & ego ipſe de vobis quoniã & ipſi pleni eſtis dilectione, & repleti omni ſcientia.

c ita vt poſſitis alterutrum monere.

b Perſuaſum enim habeo, & confido in domino de vobis, quod & copioſe iam in vobis inhabitet vera dilectio charitatis, ſimul & ſcientia ſpiritualis. c ita vt nõ ſolum poſſitis per charitatem inuicem ſupportare, ſed per ſcientiam etiam ſalubriter monere, atq; ad perfectiora bonis inſtructionibꝰ infirmiores adducere.

d Audacius autem ſcripſi vobis fratres ex parte tanquam

e in memoriam vos reducens.

d Parcite vero meæ erga vos aliqua ex parte nimiæ audaciæ (vt cuiq̃ videri poteſt) per quam, ego incognitus, vobis nunq̃ viſis, tam prolixis literis præſumpſi ſcribere. e non tamen quaſi ignorantes vos inſtruens, ſed potius tanquam cõmonefaciens, de iis, quæ vobis alioqui bene erant cognita.

f propter gratiamq̃ data eſt mihi a deo

g vt ſim miniſter Chriſti Ieſu in gentibus

f Quod autem feci, id feci, propter gratiam iſtam Apoſtolici muneris, quæ mihi a Deo commiſſa eſt. g nempe vt ſim miniſter & Apoſtolus CHRISTI Ieſu,

in gentibus. a Euangelium Chriſti velut rem aliquam ſacram, verbo & exemplo prædicans & adminiſtrans. b vt per meam prædicationem, gentes omnes quas ei lucrifacio, eique velut oblationem, offero, in fide perfecta & inſtitutione bonæ conuerſationis deo placentes fiant, & ſanctificatæ in domino in ſpiritu ſancto. c Atque in his ego meam gloriam conſtituo, non quaſi in meipſo, nec apud homines, ſed in CHRISTO IESV, in quo facta ſunt per me omnia, ante conſpectum DEI, ad gloriam eius. d (Nam de his quæ per me CHRISTVS non effecit: nec audeo, nec volo gloriari) e Gloria (inquam) mea, quam habeo ad deum in hoc eſt, vt obedire faciam gentes fidei. Idque in verbo prædicationis & in opere conuerſationis, & in virtute ædendi ſigna atque prodigia, per virtutem dono datam mihi a ſpiritu ſancto, ad confirmationē prædicatiōis meæ. f Ita vt his medijs vniuerſas regiones & loca omnia ab Hieruſalem vſq; ad Illiricum, repleuerim Euangelio Chriſti, illud in eis prædicando ac notificando. g In Euangelio autem prædicando illud ſemper obſeruaui, vt rudiſſimis omnino prædicarem, qui de Chriſti fide nulla fundamēta ab alio prius acceperant. Nō vbi ante

a ſanctificans Euāgelium dei.

b vt fiat oblatio gentium accepta & ſanctificata, in ſpiritu ſancto.

c Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad deum.

d Non enim audeo aliquid loqui eorum quę per me non efficit Chriſtus

e in obedientiam gētiū in verbo & factis in virtute ſignorum & prodigiorū in virtute ſpiritus ſancti.

f Ita vt ab Hieruſalem per circuitū vſq; ad illiricum repleuerim Euangelium Chriſti.

g Sic autem p̄dicaui Euāgeliū hoc. nō vbi nominatꝰ eſt

Chriſtus ne ſup alie unm fundamentum ędificarem.

me per alium eſſet prędicatus Chriſtus nolēs ſuper ea quæ ab alijs erant incœpta, ædificij mei ſtructuram, collocare ſed ijs qui a nullo alio quicquam ante audiſſent de Chriſto.

a ſed ſicut ſcriptum eſt: Quoniam quib9 non eſt annunciatum de eo, videbunt.

a Iuxta ſcripturam quæ de gentium conuerſione loquens dicit. Quoniam illi quibus hactenus Chriſtus prædicatus non fuerat, Apoſtolica prædicatione edocti, cognoſcent eum, atq; ea quę prædicantur creduntúrq; de illo.

b & qui non audierunt de eo, intelligēt.

b Et qui Chriſtum prędicari nunquam audierant, per Apoſtolicam doctrinam illuminabuntur lumine fidei, vt videant & credant in eum. Quæ res (nempe in loca, in quib9 nunquam audita fuerat fidei prædicatio inferre Euangelium) quanti ſit laboris nihil dubium quin facile perſpicitis.

c Propter quod impediebar plurimum venire ad vos & prohibitus ſum vſque adhuc.

c Atq; his quidem negocijs, hactenus impeditus fui, quominus ad vos inuiſēdos acceſſerim, & vſq; modo non fuit per occupationes laborioſiſſimas, quæ mihi incumbunt, licitum, neq; oportunum, vt venirem ad vos.

d Nunc vero vlterius locum nō habens in his regionibus

d Nunc vero, cum his in regionibus noſtra præſētia nihil vltra diſcipuli habeant opus, ſatis iam in fide inſtructi, & firmati, cūctiſq; rite diſpoſitis, cum in omnibus vicinarum regionum vrbibus iam prædicationem abſoluerim, habuerim vero ab annis aliquot deſyderium vos aliqñ inuiſendi, ſpero nunc compleri poſſe

cupiditatem autem habens veniendi ad vos, ex multis iam precedētibus annis.

deſiderium meum. Meditor enim iter in Hiſpaniam, vt etiam illis, Chriſtum penitus adhuc ignorantibus, annunciem Euangelium. a Et cum venerit vt iuxta propoſitum verſus Hiſpaniā iter direxero, ſpero iſtac me facturum iter per vos, atque ita in tranſitu vos videre, & per vos deducendum illuc: b poſteaq̄ aliquanto tempore apud vos permanſero, & in vobis fuero conſolatus. c Nunc autem proficiſci propono quam totius in Hieruſalem, ad miniſterium fidelium pauperum, qui ſūt in Hieruſalem, deferendo illuc collectam pro eis eleemoſynam, ab eccleſiis gentium. d Conſenſerūt enim & voluerunt, me procurante ac ſollicitante, Macedones & Achaici, qui in temporalibus ſunt abundantiores, de ſuis facultatibus communicare & communem collationem facere, pro eis qui inter fideles ſunt egentes in Hieruſalem ad ſuccurrendū eorum inopiæ. e Sic enim eis placet neq; nos ab illis extorſimus. Nec mirum ſi placuit, quoniā aliquo modo, quantum ad hanc rem, eis ſunt obligati ac debitores. f Nam ſi ſpiritualium facti ſunt participes gentiles per gratiam Dei, quæ ex repromiſſione, Iudæorum peculiariter videntur Iuſtum eſt, vt & de temporalibus, quibus abundant, his quibus in fide & ſpi

a Cum in Hiſpaniā pficiſci cœpero, ſpero quod præteriens videam vos. & a vobis deducar illuc.

b ſi vobis primū ex parte fruitus fuero.

c Nunc igitur proficiſcar in Hieruſalem miniſtrare ſanctis.

d Probauerunt eñ Macedonia & Achaia, collationē aliquā facere in pauperes ſāctorū, qui ſunt i Hieruſalem.

e Placuit eñ eis, & debitores ſunt eorū.

f Nam ſi ſpiritualiū eorum participes facti ſunt gentiles, debent & in carnalibus miniſtrare eis.

ritualium bonorum participatione fa- cti ſunt ſocij, communicẽt atq; imperti- ant, pro releuandis eorum corporalib⁹ neceſſitatibus. a Vbi vero hoc mini- ſterium meum compleuero, & attulero trad deroq; illis, iſtam quam collegi ele emoſynam, tum ſpero (ſi ita Deus vo- luerit) per vos in Hiſpaniæ partes vlte- riores, ad illis quoq; prędicandum ver- bum Dei proficiſci. b Confido autem in domino, & credo, ꝗ nõ erit ſpiritua li fructu vacuus aduẽtus meus ad vos, ſed in copioſa benedictione Chriſti, in gaudio & conſolatione ſpirituali, veniã ad vos. c Hoc igitur, quo melius & ce lerius compleatur iuxta Dei voluntatẽ, cui ſemper omnia conſilia noſtra ſub- mittimus, obſecro vos fratres, per do minum noſtrũ Ieſum Chriſtum, & per charitatẽ Dei quę eſt in ſpiritu ſancto, aut per ſpiritum ſanctum qui eſt chari- tas, d vt veſtris orationibus apud De- um me adiuuetis, in hoc potiſſimum vt liberer ab infidelibus, & peruerſis, quo rum eſt in iudæa bonus numerus, eo- rum qui me valde habent exoſum, eo quod gentium ſum Apoſtolus quos non dubito mihi machinaturos ma- lum, ſi poterint. e Atque etiam vt oblatio mea iſta quam adminiſtrare pergo ſanctis in Hieruſalem, fiat placi ta & accepta. f vt ſic tandem cunctis

a Hoc igitur cũ con ſũmauero, & aſſigna uero eis fructũ hũc, per vos proficiſcar in Hiſpaniam.

b Scio aut, qm̃ veni- ens ad vos in abũdan tia benedictionis chri ſti veniam.

c Obſecro ergo vos fratres per dñm no- ſtrũ Ieſũ Chriſtũ, & per charitatem ſancti ſpiritus.

d vt adiuuetis i orõ- nibus vr̃is pro me ad Deũ, vt liberer ab in fidelibus, qui ſunt in Iudęa.

e & obſequiũ mei o- blatio, accepta fiat in Hieruſalem ſanctis.

f vt veniam ad vos in gaudio, per volũ

peractis, libere ad vos valeam venire cum gaudio, volente Deo, a vt vobiſcum & in vobis aliquid refrigerij & conſolationis in ſpiritu accipiam, cum inter vos exiſtens comprobauero ſynceritatem fidei veſtrę, & conuerſationis videro virtutem, b Ipſe autem Deus, omnis pacis author, largitor, & amator, qui & ipſe tota & vera pax eſt, ſit ſemper cum omnibus vobis per inhabitationem gratię ſuæ, vt vos vſq; in finem in ſuo amore cuſtodiat.

tatem dei.
a vt refrigerer vobiſcum.

b deus autē pacis ſit cū oib9 vobis. Amē.

¶ELVCIDATIO CAPITIS Decimiſexti.

TEXTVS CAP. decimum ſextum.

Ta Andem concludens epiſtolæ curſum, commendo vobis Phœben hanc fidelem mulierem huius epiſtolę gerulem, quæ eccleſię Cenchręenſi multa exhibet miniſteria ac neceſſitatis obſequia ſanctis fideliter impendit, b vt eam benigne ſuſcipiatis, cum omni humanitate & reuerentia in dño ſicut fideles decet recipere inuicem, & ab inuicē recipi, c & adiuuetis eã in ſuis negocijs, ſi in aliquo veſtra opera indiguerit. d Digna eñ eſt vt hoc illi pręſtetur, quoniamquidē multis ipſa adiumento fuit. Id quod in meipſo quoq; ſum expertus. e Salutē dicite meo nomine Priſcæ & Aquilæ

a Commēdo autem vobis Phœbē ſororē noſtrã quę eſt in miniſterio eccleſię, quę eſt Cenchris.

b vt eam ſuſcipiatis I dño digne ſanctis.
c & aſſiſtatis ei, ĩ quo cunq; negocio veſtri indiguerit.
d Etenim ipſa quoq; multis aſtitit & mihi ipſi.
e Salutate Priſcã & Aquilã adiutores meos in Chriſto Ieſu, q pro anima mea ſuas ceruices ſuppoſuerũt

a Quibus nõ ſolum
ego gratias ago, ſed
& cũctæ eccleſię gẽ
tium, & domeſticã
eccleſiam eorum.

b Salutate Epænetũ
dilectũ mihi, qui eſt
primitiuus eccleſiæ
Aſiæ in Chr̃o Ieſu.
c Salutate Mariã q̃
multum laborauit in
vobis.

d Salutate Androni
cũ& Iuniam, cogna
tos & concaptiuos.
meos. e qui ſunt no
biles in apoſtolis, q̧&
ante me fuerũt i chri-
ſto Ieſu.
f Salutate Amplia-
tũ dilectiſſimũ mihi
in dño. Salutate Vr
banum adiutorẽ no-
ſtrũ in Chr̃o Ieſu, &
Stachyn dilectũ me-
um. Salutate Appel-
lem probũ i Chriſto
g Salutate eos q̧ ſũt
ex Ariſtoboli domo.

adiutoribus & cooperatoribus meis in
fidei negocio, qui pro me & vita mea
tutanda etiam mortis ſubiere diſcrimi
na, periculo mortis ſe expoſuerunt. a
Quibus hoc nomine, nõ ego ſol⁹ gra-
tias ago, ſed omnes etiam gentium mi
hi creditæ eccleſiæ, quoniam quod mi
hi impendunt, omnibus eccleſijs pro-
fuiſſe cognoſcitur. Et familiam quę in
domo eorum eſt congregata, fide ſan
ctificata, vt merito eam dixerim eccle-
ſiam, ſalutate. b Epenetum quoque
mihi apprime dilectum, qui eſt vel pri-
mus vel præcipuus, aut ex præſtantio-
ribus eccleſię, quæ eſt in Aſia, ſalutate
in Chriſto Ieſu, ſalutatione ſancta. c
Salutate Mariam quã noſtis, quæ in-
ter vos & pro Chriſti nomine multum
laborauit. d Salutate Andronicũ &
Iuniã cognatos meos, & qui ſimilem
quam ego aliquando pertuli captiuita-
tem ſuſtinuerunt, e qui etiam paſſio
num tollerantia, vel prędicationis vir-
tute, digni ſunt qui pro Apoſtolis ma-
gnis habeantur, qui etiam ante me fidẽ
acceperant. f Salutate Ampliatũ mi
hi i domino chariſſimum. Salutate Vr
banum adiutorem meum in Chriſto Ie
ſu, & Stachyn dilectum. Salutate Ap-
pellẽ, in Chriſti fide probatũ & laudã-
dum. g Salutate eos qui ſunt de fami
lia Ariſtoboli. Salutate Herodionem,

meum cognatum, ſalutate eos qui de familia ſunt Narciſſi fideles in chriſto. a Salutate Triphenam & Triphoſam laborantes pro nomine domini Saluta re Perſidã chariſſimã, quę ꝓ noīe dñi multos ſubijt labores. b Salutate Ru- fum domini ſeruumelectum & eius ma trē, quã ego vt propriã meam matrem habeo, venerabiliterq; iubeo vt filius ſalutari. Salutate Aſyncritum Phlegõ- tem Hermen, Patrobam Herman & cę teros qui cum eis verſantur Chriſti fide les. c Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & ſororem eius, & Olympia- dem, & qui cum his verſantur omnes fi deles. Salutate inuicem oſculo ſancto pacis ſpiritualis, quomodo nunc ego ſpiritu licet abſens corpore, veſtram di lectionē exoſculor. d Saluto vos ego omnium eccleſiarum Chriſti mihi com miſſarum, & ſubditarum nomine, tanq̄ earum apoſtol⁹, e Vnum vero adhuc reſtat, quod antequam ſermo clauda tur, omnimodis admonendum videtur Obſecro autem vos fratres vt magna diligētia & obſeruatione attendatis, & magna cautela timeatis, ab ijs qui diſ- ſenſiones ſuſcitant & offendicula po- nunt, turbationē excitantes paci & con cordię fidelium, nitēdo docere contra- ria fidei catholicæ, quę ſecundum veri tatem a veris pręedicatoribus & Apoſto

Salutate Herodionē cognatũ meũ. Saluta te eos qui ſũt ex Nar ciſſi domo qui ſunt ĩ domino. a Salutate Triphęnã, & Tripho ſam, qui laborant in dño. Salutate ꝑſidã chariſſimã, quę mul tũ laborauit in dño. b Saluate Rufum ele ctũ ĩ dño, & matrem eius & meã Salutate Aſyncritum & Phle gontem, Hermē, Pa trobam. Herman: & qui cũ eo ſũt fratres c Salutate Philolo, gum, & Iuliam. Ne reum & ſororem ei⁹ & Olympiadem, & oēs qui cum eis ſunt ſanctos. Salutate inui cem. in oſculo ſancto d Salutãt vos oēs ec cleſię Chriſti. e Ro go aũt vos fratres, vt obſeruetis eos qui diſ ſenſiones & offendi cula, pręter doctrinã quam vos didiciſtis faciũt, & declinate ab illis.

lis docetur.& ab iis quos tales agnoueritis,tāquā a peſtiferis ſeductoribus,declinate. a Huiuſmodi enim homines, Chriſto domino ſuo non ſeruiūt,nec illius gloriā aut lucrū quęrunt,ſed gulę & vētri, b & per adulationes & aſſentatorias ſuas blanditias,quibus præualēt adulatores illi peſſimi ,mellita venena geſtantes in ore animos ſimplicium frequēter ſeducunt a via veritatis , mittentes in erroris deuia. Omnino aūt vobis ab eiuſmodi eſt attendēdum. c Nam obedientia veſtra , quæ tā prompte & ſynceriter vos ſubdidiſtis fidei & Euangelio,vbiq; locorū fama volante diſpergitur,ad veſtri commodationem. Quo magis vobis cauēdum eſt,ne veſtro bono nomini,impoſtores illi maculam inferant. d Gaudeo igitur,in iis qui de vobis narrantur bonis, ſed vt ſolidum ſit, & vobis hoc bonum , & mihi meū hoc gaudium ,opto & moneo vos in bono cautos eſſe ac prudētes , vt quod ſemel recte accepiſtis, nō facile vanis perſuaſionibꝰ dimittatis,ad malū aūt ſitis ſimplices, ac rudes ,quaſi neſcientes male agere. e Deus autem pacis qui vos vocauit,ipſe per ſuam gratiam celerem vobis & facilem dabit perſeuerantibus, de hoſte triumphum , vt non ſolum, non illi ſitis per peccata ſubditi, verum etiam abundantes operibus bonis , il-

a huiuſmodi eī Chriſto dn̄o nō ſeruiunt, ſed ſuo ventri.

b & per dulces ſermones & benedictiones ſeducūt corda innocentium.

c Veſtra enim obedientia, in omni loco diuulgata eſt.

d Gaudeo igitur in vobis, ſed volo vos ſapientes eſſe in bono & ſimplices in malo.

e Deus autem pacis conterat ſathanā ſub pedibus veſtris velociter.

lum contemnentes & conculcātes, ſub pedibus veſtris. a Sit vobiſcum in auxilium, gratia domini noſtri Ieſu Chriſti. b Salutat vos qui mecū eſt Timotheus, præcipuus adiutor meus in negocijs fidei, præ omnibus promptus & ſollicitus, & Lucius & Iaſon, & Soſipater cognati mei, c Saluto vos ego ſeruos Dei Tertius nomine, qui hanc epiſtolam characteribus, dictante Paulo, deſcripſi in nomine domini. d Salutat vos Gaius, apud quem hoſpitor, & vniuerſa quę hic eſt fidelium eccleſia, veſtram Romanam, quaſi ſororem ſalutat e Salutat vos Eraſtus noſtræ ciuitatis receptor (qui vulgo dici ſolet) & alius quidē fidelis cui nomen eſt Quartus. f Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, ſit cum omnibus vobis. Amen, g Ei autem qui potens eſt per gratiam ſuam vos confirmare in fidei rectitudine, ſecundum Euangelium quod mihi eſt commiſſum, & prædicationem de Ieſu Chriſto, h iuxta reuelationem myſterij redemptionis humanę, per incarnationem filij Dei, quod hactenus nunquā prædicatū, nunquā propalatum, ſemper fuit in ſecreto diuinitatis conſilio, menteque diuina tacitum & occultum. i nunc autem cognitū, ſecundum æterni Dei beneplacitum:

a Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, vobiſcum.

b Salutat vos Timotheus adiutor meus, & Luci9, & Iaſon, & ſoſipater cognati mei

c Saluto vos ego tertius qui ſcripſi epiſtolam hanc, in dño.

d Salutat vos Gaius hoſpes meus, & vniuerſa eccleſia.

e Salutat vos Eraſt9 arcarius ciuitatis & Quartus frater.

f Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus vobis. Amen.

g Ei aūt qui potēs ē vos confirmare iuxta Euangelium meū, et prædicationem Ieſu Chriſti.

h ſecūdum reuelationem myſterij, temporibus æternis taciti.

i quod nunc patefactum eſt per ſcriptu-

ras prophetarū ſecū-dum præceptū æter-ni dei, ad obediētiā fidei, in cunctis genti-bus cogniti, ſoli ſapiē-ti deo, per Ieſū Chri-ſtum.

temporibus iſtis quibus omnes gentes voluit ſub obedientia fidei ſubdere, quod nunc eſt patefactum, oſtenſum-que ac confirmatum per ſcripturas ꝓ-phetarum, quas nunc (ſpiritu ſancto il-lumināte) cognoſcimus multo ante de ijs quę in hoc tempore vidim⁹ impleta prędixiſſe, a Ipſi inquam ſoli ſapien-ti Deo per Ieſum Chriſtum, ſit honor et gloria in ſęcula ſęculorum. Amen.

a cui honor & gloria in ſæcula ſęculorum Amen.

¶ Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Rhomanos Beati Pauli Apoſtoli.

¶ ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolā ad Corinthios priorē Beati Pauli Apoſtoli.

COrinthij accepto ab apoſtolo verbo Euāgelij, in varios poſtmodum errores partim a mundi ſapientibus, partim ſuo vicio inciderant. Nam primum quidem odioſis ad inuicem contentionibus, va-ne gloriando pro hominibus, vacabāt quos in ipſo ſtatim epiſtolę initio, redar-guit Apoſtolus, iterumque in tertio replicat aſſerens indi-gnum eſſe, vt pro hominibus contēderēt, qui in vnius Chri-ſti nomine eſſent (licet per diuerſos miniſtros) baptizati, Erant deinde, qui ſimplicitati et humilitati Apoſtolicæ prę-dicationis minus fidentes, ſæcul[illegible]i ſapientię curioſius intē-ti, vehemētiuſq; affecti, doctores eiuſmodi ſibi conquire-bant propter quos, de ſæcularis ſapientiæ, et omnis mun-danæ ſubtilitatis reprobatione, poſt medium primi capitis

totus ſermo texitur, vſq; ad caput tertium, declarando, quemadmodum Deo ſic fuit beneplacitum, vt p̃ Apoſtolicæ prædicationis ſimplicitatem, mundus ad veram Dei cognitionē adduceretur, quod per mundi ſapiētiam fieri non potuit. Et quia ex contētionum acerbitate, ad hoc etiam procedebant Corinthij, vt ſuum quiſq; electum præceptorem præferre cupiētes, cæteros iudicare præſumerēt, iccirco quarto capitulo, Deo ſoli iudicium docēs competere, homines monet ante tēpus nō iudicare. Cum nec ſibi quiſq;, iudex eſſe q̃at ſufficiēs. Eā tamē quam ſcđ'm corpus propter Euangelium patitur vilitatē, tanquam filijs chariſſimis, propter fouendam charitatē, ſine verecundia proponit. Acciderat quoq; facinus inter eos abominādum, vt patris ſui vxori quidam commiſceretur, cæteris peccati correctionē diſſimulantibus, aut etiam per mundi ſapiētiam defēdētib⁹. Quos acriter obiurgans, monet quantocius fornicarium illum e cœtu fidelium eijci, & Satanæ tradi in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in nouiſſimo die. Atq; huius occaſione, vniuerſali de omnibus conſtitutione ordinat, Chriſtianos in manifeſtis peccatis viuentes ac p̃manentes, vitari debere a cæteris, vt per confuſionem, ad rectam viam reuertantur. Nihil interim de illis qui ſunt extra eccleſiam præſcribens, quos diuino iudicio relinquit. Atque hæc quidem, capite quinto. In ſexto autem illos arguit, qui propter lites pecuniarias, ac cætera temporalia, iudicia accedebant infidelium, non ſine ſcandalo & dehonoratione nominis Chriſtiani, monens, ſi quę occurrant ſuper huiuſmodi difficultates, vt a Chriſtianis cum pace & quiete terminentur potius quam ad infideles deducantur, vbi rurſum ad fornicationis deteſtationē reuertens, eius turpitudinem aperit, & qua ſit Chriſti fidelibus, qui per ſpiritum ſanctum facti ſunt

templum Dei, res illa fœdiſſima fugiēda, manifeſtat. Interrogauerant autē Corinthij Apoſtolum, de quibuſdam q̃ ad matrimonium, & diuortium, & ad virginitatē ptinēt. Quibus omnibus capite ſeptimo, prolixe reſpondet, matrimonium quidē vt licitū, & contra fornicationē indultū remedium, non prohibēs. Virginitatē tamē, vt maius bonum, magiſq; a Deo indiuulſe adhærendum vtile, prefe-rēs ijs qui matrimonio iuncti ſunt, vt ſolutionem non q̃-rant, præcipiens, ijs qui liberi ſunt, vt ſe in matrimonij vinculum non conijciant, fideliter conſulēs, tanquam miſericordiā conſequutus a domino, Ad hæc, erant inter Corinthios in fidei ſciētia perfecti nonnulli, qui ſciētes nullum eſſe per ſe communē cibū, paſſim ſe ingurgitabant idolothytis. Idq; non ſine proximorum infirmorum ſcandalo. Quorum ſciētiam, q̃ charitas adiuncta non eſſet, capite octauo damnat Apoſtolus, eoſq; a ſcandalo vſq; adeo deterret, vt ſe dicat malle in æternum a cibo quolibet abſtinere, quam p eius eſum quēquam ſcandalizare. Atq; huius rei occaſione, ſeipſum in exemplum proponens, nono capitulo declarat multa ſibi eſſe licita, & iure tam diuino quam humano permiſſa, quæ tamen propter euitandum ſcandalum ſe nolle facere proteſtatur, ne quod offēdiculum contingeret Euangelio Chriſti, ſimilitudines eorum qui in ſtadio currunt, & qui certant in agone, adiungens ad perſuaſionem. Adducit ad idem capite decimo patrum exempla terribilia, ad correptionem poſterorum ſcripta, ne ſibi ſatis eſſe putent, q̃ CHRISTI ſunt baptiſmo abluti, & fidei myſterijs iniciati, ſed vt in timore viuentes, proximorum ſcandalum & DEI offenſam, potiſſimum autem idololatriā caueant, commonefacit attentius. A qua prorſus immunes non eſſe declarat, eos

qui in idolorum templis recumbentes,menſæ dæmoniorum participabant.Atq; ita rurſus ,ad dehortandum a ſcandalo & offenſione proximorum,in fine capitis concludendo reuertitur . Poſt hoc , vndecimo capitulo quemadmodum ſe in oratione publica gerere debeant vtrique ſexui præſcribit , viris ,vt capite orent prophetentque non velato.Mulieribus,vt velamine in ſubiectionis ſignum caput operiant,ſerio ,nec ſine ſeueritate denunciat. Atque id quidem,fere vſque ad capitis medium ,poſt quod eam quæ iam incipiebat pullulare prauam conſuetudinem ,in conuentionibus (quas ex more ad manducandum domini cœnam faciebant) acri obiurgatione deteſtans, corrigere ſatagit , quoniam videlicet ad cōtētiones & odia,mutuumque contemptum, & pauperum confuſionem,contentiones faciebant,quas ad pacem & concordiam , charitatis quoque promotionem, & pauperum conſolationem facere ſolebant, & intertinere ſic debuerant . Quas publicas conuentiones , vt cū reuerētia & charitate fieri perſuadeat, inſtitutionem ſanctiſſimæ Euchariſtiæ,ſicut a domino accepit , ita clare & aperte ēis deſcribit,ſimul & de eius indigna ſumptione terribilia proponens. Atque in hoc, vndecimum clauditur capitulum.Quoniam vero in ſpiritualibus ſufficienter edocti non erant,longe eos ac late de ſpiritualibus,inſtruit ſpiritualis Apoſtolus,per tota tria (duodecimum videlicet, decimumtertium,ac decimumquartum) capitula. In duodecimo quidem , de gratijs gratis a Deo datis,in vtilitatem eccleſiæ , ſub analogia corporis naturalis,diuerſorum officiorum diuerſa membra habētis.Decimotertio,charitatis gratiam præponit oībus. De cimoquarto,de prophetiæ eminētia ſup donū linguarū ꝑtractat,linguas in ſignum dicēs īfidelibus, ꝓphetiā vero ſi

delibus datam, in ędificationem, ſimul & ordinem in horum donorum vſu congruum (mulieribus impoſito ſilentio) præſcribit, vt omnia honeſte fiant & ſecundum ordinem. Quoniam vero inter Corinthios exurrexerant quidam præſumptores, qui ſapientię carnali & ſcientiæ mundanæ innitentes, reſurrectionem mortuorum non eſſe futuram aſtruebant, ſimplicium animos mundanis rationibus perturbantes. Iccirco capitulo decimoquinto, velut per præfationis modum Euangelicæ pędicationis firmitate & authoritate præmiſſa, ad veritatem futurę reſurrectionis aſtruendam, accedit vbi ex iis quę in natura & ſecundum naturam fiunt, ea quę ſupra naturam diuina ſola virtute fienda ſunt, poſſibilia demonſtrat, vt pote ex ſeminis mortificati fructificatione, corporis defuncti atq; ſepulti reſurrectionem, vbi & reſurrectionis myſterium & mortis proſtrationem, patefacit apertius. Demum de collectis pro pauperum Hieroſolymitanorum ſubleuatione, per vnam ſabbati, & alia quedam familiaria commonefaciens, ita claudit Epiſtolam.

¶Finit Argumentum in Epiſtolam ad Corinthios Priorem.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Corinthios priorem Beati Pauli Apoſtoli.

¶ELVCIDATIO CAPITIS Primi.

Paulus ſecundum Dei voluntatē vocatus vt eſſet Apoſtolus Ieſu Chriſti, & Soſthenes frater ſcribunt ſalutemq; precantur congregatis in Chriſto fidelibus Corinthi, per Ieſum Chriſtum ſanctificatis a peccato[rum], vocatis ad vitę ſanctimoniam, & vniuerſaliter omnib⁹ de puro corde inuocantibus nomē domini noſtri Ieſu Chriſti, vbicunq; locorum conſiſtant, ſiue hoc in loco noſtro, ſiue in alio quolibet ſuo loco. b Vobis igitur omnibus ſit gratia & pax, a Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto. c Non ceſſo gratias agere Deo meo, veſtro nomine, propter gratiam Dei, q̄ per Chriſtum vobis eſt data. d Abundantes enim facti eſtis per illum, in omnib⁹ quę vere ſunt ſpiritus bona, in verbo inq̄ prędicationis, quod vobis plene & ſynceriter eſt adminiſtratum, & ſpiri

¶Textus Epiſtolæ prioris ad Corinthios Beati pauli Apoſtoli.

TEXTVS, CAP. Primum.

a Paulus vocat⁹ Ap[oſto]l[u]s Ieſu Chriſti p[er] voluntatem dei & Soſthenes frater: eccleſię dei, quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Ieſu, vocatis ſanctis cum omnibus qui inuocāt nomē domini noſtri Ieſu Chriſti. in omni loco ipſorū & noſtro

b Gratia vobis & pax, a deo patre nr̄o & domino Ieſu Chriſto.

c Gratias ago deo meo ſemper pro vobis in gratia dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu.

d quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo & oi ſciētia (ſicut teſti-

monium Chriſti con firmatū in vobis

a ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reue lationem domini no ſtri Ieſu Chriſti.

b qui & confirmabit vos vſq; in finem ſine crimine, in die aduentus domini no ſtri ieſu Chriſti.

c Fidelis deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius, Ieſu Chriſti domini noſtri.

d Obſecro aūt vos fratres per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes & nō ſint in vobis ſchiſmata.

e Sitis autem perfecti, in eodem ſenſu & in eadem ſciētia.

f Significatum eſt ei mihi de vobis fratres mei, ab his qui ſunt Chloes, qa cōtētiones ſūt inter vos

g Hoc aūt dico qđ vnuſqſq; vr̄m dicit: Ego quidē ſū Pauli,

tuali eius intelligentia, quibus Chriſtiana fides corroborata eſt, atq; fundata in vobis, a Adeo (inquam) abundantes, vt nullius gratiæ ſpiritualis egeſtatem patiamini, expectantes inſuper aduentum domini noſtri IESV CHRISTI, quando omnium plenitudinem accipietis copioſiſſime. b Qui vos interim perſeuerantes faciet vſq; in finē, in omni bono, vſq; in diem aduentus eiuſdem, abſq; omni crimine, quod vobis poſſet in illo die ad damnationem obijci. c Deus enim fidelis adiutor eſt vt non ſine cauſa vobis ſubtrahat ſuū auxiliū, p quē vocati eſtis ad participādum hæreditatē Ieſu Chriſti domini noſtri. d Per hoc ipſum itaq; tam vobis merito gratiſſimum nomē, obſecro vos fratres mei, vt ſine ſectis & diuiſionibus, idem & dicatis ore, & ſētiatis animo. e Sitis autē nō diuiſi ab inuicem ſed in vnum compacti atq; pfecti, quaſi vnum corpusītegrum & cōtinuum, in quo nullus ſit hiatus & nulla diuiſio, vnius mētis, atq; eiuſdē iu fide ſciētię atq; ſentētiæ. f Quod autē iſta in ipſo ſtatim epiſtolæ initio vobis ſcribam, hæc eſt ratio. Nam indicarūt mihi qui ſunt de familia Chloes, exoriri atq; exortas eſſe inter vos cōtentiones odioſas que vnitati fidelium valde aduerſantur g Hoc autem ego voco cōtentionem

quod ſinguli veſtrum gloriamini, alius in Paulo, alius in Petro, alius in Apollo alius (ſi quis eſt perfectior) in Chriſto tantum, atq; hoc propterea quod a diuerſis ſitis baptizati. a Sed nũquid diuerſi & plures ſunt Chriſti? Imo vnus eſt, in cuius nomine omnes eſtis baptizati. b Sed neq; Paulus pro vobis crucifixus eſt, neq; Cephas, neq; in nomie alicuius noſtrum baptizati eſtis, quare fruſtra pro nobis contenditis, c Inter vos neminem baptizaui (quod ſciam) niſi Criſpum & Gaium, & familiã Stephanæ, neq; conſtat mihi de pluribus. Atq; hac parte gratias ago deo, quod paucos baptizans, abſtuli vobis occaſionem ſic pro me contentioſe gloriandi ne dicatis, quod in meo nomine ſitis baptizati. d Iccirco autem nõ multum curæ fuit mihi plurimos baptizare, quoniã dñs nõ me miſit pręcipue ad baptizãdi iplẽdum miniſteriũ, ſed potiſſimũ ad euãgelizãdũ. e Atq; id nõ i verbo℞ ſapiẽtia, aut ſermonis ornatu, vt crucis Chr̃i gloria nõ peat, neq; iminuat̃. Sultitia ei crucis Chr̃i, & ſiplicitati humilitatia ei⁹, nõ cõueniũt verborũ phalerię. f Nã verbũ crucis, perituri ac puerſi hoies ſtultitiã reputãt, illi vero quos ad ſalutẽ ꝑdeſtinauit deus, cuiuſmodi ſum⁹ nos q credim⁹ i eũ, virtutẽ dei (q̃ i verbo crucis ẽ ad ſaluãdũ oẽs credẽtes) agnoſcũt

ego autem Apollo, ego vero Cephę, ego autem Chriſti.

a diuiſus eſt Chr̃s.

b Nunquid Paulus crucifixus eſt pro nobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis.

c Gratias ago deo meo ꝙ neminem vllum baptizaui, niſi Criſpum & Gaium ne quis dicat quod i nomine meo baptizati ſitis. Baptizaui autem & Stephanæ domũ, ceterum, neſcio ſi quẽ aliũ vr̃m baptizauerim.

d Non enim miſit me Chr̃s baptizare ſed euangelizare.

e Non in ſapientia verbi vt non euacuetur crux Chriſti.

f Verbum enim crucis pereuntibus qdẽ ſtultitia eſt, his aũt qui ſalui fiunt (id eſt nobis) dei virtus eſt.

monium Chriſti con firmatū in vobis

a ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reue-lationem domini noſtri Ieſu Chriſti.

b qui & confirmabit vos vſq; in finem ſine crimine, in die aduentus domini noſtri ieſu Chriſti.

c Fidelis deus per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius, Ieſu Chriſti domini noſtri.

d Obſecro aūt vos fratres per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes & nō ſint in vobis ſchiſmata.

e Sitis autem perfecti, in eodem ſenſu & in eadem ſciētia.

f Significatum eſt ei mihi de vobis fratres mei, ab his qui ſunt Chloes, qa cōtētiones ſūt inter vos

g Hoc aūt dico qđ vnuſqſq; vrm dicit: Ego quidē ſū Pauli,

tuali eius intelligentia, quibus Chriſtiana fides corroborata eſt, atq; fundata in vobis, a Adeo (inquam) abundantes, vt nullius gratiæ ſpiritualis egeſtatem patiamini, expectantes inſuper aduentum domini noſtri I E S V C H R I S T I, quando omnium plenitudinem accipietis copioſiſſime. b Qui vos interim perſeuerantes faciet vſq; in finē, in omni bono, vſq; in diem aduentus eiuſdem, abſq; omni crimine, quod vobis poſſet in illo die ad damnationem obijci. c Deus enim fidelis adiutor eſt vt non ſine cauſa vobis ſubtrahat ſuū auxiliū, p quē vocati eſtis ad participādum hæreditatē Ieſu Chriſti domini noſtri. d Per hoc ipſum itaq; tam vobis merito gratiſſimum nomē, obſecro vos fratres mei, vt ſine ſectis & diuiſionibus, idem & dicatis ore, & ſētiatis animo. e Sitis autē nō diuiſi ab inuicem ſed in vnum compacti atq; pfecti, quaſi vnum corpus ītegrum & cōtinuum, in quo nullus ſit hiatus & nulla diuiſio, vnius mētis, atq; eiuſdē iu fide ſciētię atq; ſentētiæ. f Quod autē iſta in ipſo ſtatim epiſtolæ initio vobis ſcribam, hæc eſt ratio. Nam indicarūt mihi qui ſunt de familia Chloes, exoriri atq; exortas eſſe inter vos cōtentiones odioſas que vnitati fidelium valde aduerſantur g Hoc autem ego voco cōtentionem

quod ſinguli veſtrum gloriamini,alius in Paulo,alius in Petro,alius in Apollo alius (ſi quis eſt perfectior) in Chriſto tantum,atq; hoc propterea quod a di uerſis ſitis baptizati. a Sed nũquid di uerſi & plures ſunt Chriſti? Imo vnus eſt,in cuius nomine omnes eſtis bapti zati. b Sed neq; Paulus pro vobis cru cifixus eſt,neq; Cephas,neq; in nomĩe alicuius noſtrum baptizati eſtis,quare fruſtra pro nobis contenditis, c Inter vos neminem baptizaui (quod ſciam) niſi Criſpum & Gaium ,& familiã Ste phanæ,neq; conſtat mihi de pluribus. Atq; hac parte gratias ago deo, quod paucos baptizans,abſtuli vobis occaſi onem ſic pro me contentioſe gloriandi ne dicatis , quod in meo nomine ſitis baptizati. d Iccirco autem nõ multum curæ fuit mihi plurimos baptizare,quo niã dñs nõ me miſit pręcipue ad bapti zãdi iplẽdum miniſteriũ,ſed potiſſimũ ad euãgelizãdũ.e Atq; id nõ ĩ verboꝶ ſapiẽtia, aut ſermonis ornatu, vt crucis Chr̃i gloria nõ peat,neq; ĩminuaᵗ.Sulti tia eĩ crucis Chr̃i,& ſĩplicitati humilita tia eiꝰ,nõ cõueniũt verborũ phalerię. f Nã verbũ crucis,perituri ac puerſi hõĩes ſtultitiã reputãt,illi vero quos ad ſalutẽ ꝑdeſtinauit deus,cuiuſmodi ſumꝰ nos q credimꝰ ĩ eũ,virtutẽ dei (q̃ĩ verbo cru cis ẽ ad ſaluãdũ oẽs credẽtes) agnoſcũt

ego autem Apollo, ego vero Cephę,ego autem Chriſti.

a diuiſus eſt Chr̃s.

b Nunquid Paulus crucifixus eſt pro no bis,aut in nomine Pauli baptizati eſtis.
c Gratias ago deo meo ꝙ neminem vl lum baptizaui , niſi Criſpum & Gaium ne quis dicat quod in nomine meo bapti zati ſitis . Baptizaui autem & Stephanæ domũ,cęterum, neſcio ſi quẽ aliũ vr̃m baptizauerim.
d Non enim miſit me Chr̃s baptizare ſed euangelizare.
e Non in ſapientia verbi vt non euacue tur crux Chriſti.

f Verbum enim cru cis pereuntibus qdẽ ſtultitia eſt, his aũt qui ſalui fiunt (id eſt nobis) dei virtus eſt.

a Scriptum eſt em̄ Perdam ſapientiam ſapientum, & prudē tiam prudentum reprobabo.
b Vbi ſapiens? vbi ſcriba? vbi inquiſitor huius ſæculi?
c Nonne ſtultam fecit deus ſapientiam huius mundi
d Nam quia in dei ſapientia, non cognouit mundus per ſapientiam deū, placuit deo, p ſtultitiam p̄dicationis ſaluos facere credentes.

a Scriptum eſt enim, deſtruam ſapientiam eorum qui mū do ſapientes videntur, & prudentiā prudentium huius ſęculi, ego retrudam atq; proijciam. b Vbi eſt o ſapiens mundi, o ſcriba legiſdoctor, o diſputator quęſtionum ſecularium, gloriatio tua? c Profecto ſtultam comprobauit Deus ſapientiam omnem huius ſęculi, Euangelicam donās veram ſapientiam. d Quia enim mūdus, iuxta quod oportebat de Deo ſapere, non potuit per ſęcularem ſapientiam Deum ſufficienter agnoſcere, viſum fuit Deo, mediante prędicationis ſtultitia, credentes ad ſalutem adducere.

e Quoniā & Iudęi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quęrūt

e Stultitiam dico, quia Iudęi (propter conſuetudinem) non niſi ſigna q̄runt, & Gręcis nihil placet p̄ter ſapientiam, quę in crucis ignominia, videntur non poſſe reperiri.

f Nos autem prędicamus Chriſtum crucifixum, Iudęis quidem ſcandalum, gentibus aūt ſtultitiam.

f Nos autem, qui crucis Chriſti agnouimus virtutem, audacter proclamamus, & prędicare nec erubeſcimus nec formidamus, Chriſtū cruxifixum, Iudęis obſtinatis factum offendiculum, ad quod impegerunt, infidelibus gentilibus, ſtultitiam reputatū

g ipſis aūt vocatis Iudęis atq; Gręcis, Chriſtum dei virtutē & dei ſapientiam
h Quia quod ſtultū eſt dei, ſapientius eſt hoībus & quod infir

g ijs autem qui ſunt ad fidem vocati, tam ex Iudęis q̄ ex Gręcis, Dei virtutē, ſolam ſaluare potentem, & ęternā patris ſapientiam. h Quoniam ſtultum hoc a Deo nobis datum, quod ſæculares homines ſtultum reputant, vincit

omnem humanam ſapientiam. Et infirmum illud nobis a Deo datũ, quod infidelibus infirmũ videtur, vincit omnẽ humanam fortitudinẽ. a Imo vero congregationem veſtram ſi perſpexeritis, paucos numerabitis inter vos iuxta mundum potentes, ſapientes, atq; nobiles. b Sed quę mundus vt ſtulta deſpicit, elegit Deus, vt per eos mundi ſapientes reddat confuſos, partim quidem hoc tẽpore, ſed in nouiſſimo plenius. c Item mũdi inualida, vt fortia queq; confundat, & ignobiles contẽptibileſq;, & eos qui ſunt tanq̃ nihilum reputati, & infirmos hominum, ipſe elegit, vt eos qui aliquid videntur eſſe confundat, d vt vanam oſtẽdat gloriã omnis hominis qui in carne gloriatur. e Ex ipſo aũt patre Deo, vocãte atq; trahẽte, vos fideles eſtis in Chriſto Ieſu, qui miſſus atq; donatus eſt nobis a Deo patre, vera ſapiẽtia, per quẽ & iuſtificati ſumus, & ſanctificati & redempti, & per quem cętera bona nobis omnia proueniunt, f vt cum per illũ omnia acceperimus, ſecũdum ſcripturam, non in alio præterquã in domino audeamus gloriari.

¶ELVCIDATIO CAPIT. Secundi.

a Et ego fratres mei, cum cognoſcerem placuiſſe Deo, vt per ſtul

mum eſt Dei, fortius eſt hominibus.

a Videte enim vocationem veſtrã fratres quia non multi ſapiẽtes ſcdm carnẽ, non multi potẽtes nõ multi nobiles.

b ſed quę ſtulta ſunt mundi elegit De9, vt confundat ſapientes.

c & infirma mundi elegit Deus vt confũdat fortia, & ignobilia mũdi & cõtemptibilia elegit Deus, & ea quę non ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret d vt nõ glorietur oĩs caro in conſpectu eius. e Ex ipſo autẽ vos eſtis, in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio.

f vt (quẽadmodum ſcriptũ eſt) qui gloriatur, in dño glorietur.

TEXTVS CAput. Secundum.

a Et ego cũ veniſſẽ ad vos fr̃es, veni nõ in ſublimitate ſermõis aut ſapiẽtię, annũciãs

vobis teſtimonium Chriſti.

ticiam & humilitatem ſaluaret fieles, & ſtulta infirmaque eum diligere, veniens ad vos prædicationis gratia, annũciaui vobis Chriſtianæ fidei (quę de Chriſto eſt) veritatem, citra verborum pompam, mundanãque ſapientiam,

a Non eni iudicaui me ſcire aliquid inter vos niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum.

a Sic vobis prædicans, & ſic me gerẽs in omnibus inter vos, quaſi nihil ſcirem prẹter crucis Chriſti opprobrium. b Inter vos ambulans, conuerſabar in humilitate, timore & tremore plurimo, ſollicitus ne quenquam ſcandalizarem, aut prędicationis ſ fructum conuerſatione impedirem.

b Et ego in infirmitate, & timore, & tremore multo fui apud vos.

c Et ſermo meus, & prędicatio mea, non in pſuaſibilib9 humanæ ſapientię verbis, ſed in oſtenſione ſpiritus & virtutis.

c Et ſermo meus & prædicatio, non in compoſitis ad perſuadendum ſecundum humanam ſapientiam verbis erat, ſed cum oſtenſione ſpiritus, quem habem9 intra nos, & virtutis ad faciendum mirabilia,

d vt fides veſtra nõ ſit in ſapientia hominũ, ſed ĩ virtute Dei.

d vt non per ſapientiam humanam vos ad fidem Chriſti perduceremus, ſed magis per virtutem Dei, nec humanæ virtuti attribueretur veſtra conuerſio, ſed ſpirituiſancto.

e Sapiẽtiam autem loquimur inter pfectos

e Quenquam autem inter vos in ipſis principijs prædicationis noſtrę, propter veſtrã imperfectionem, nihil niſi humilia & ſimplicia vobis fuerimus ſimpliciter eloquuti, ſatis habẽtes, ſimplici vobis aſſertione, quæ neceſſario erant credenda de Chriſto, tradere, tamen ſi quando apud eos qui in fide ſunt perfecti, nobis ſermo con-

tingat, poſſumus etiam de ſapientia ſublimiũ & ſecretorũ fidei noſtræ magnificẽtiora quędam ꝓponere. a Sapientiam inquam, non ſecularẽ, que rationibus nititur, & ſecũdũ naturæ curſum omnia iudicat, neq; quã principes huius ſæculi, ſiue dæmones, ſiue preſtãtes cęteris philoſophi, adinuenerunt quos non ſaluabit ſua ſapientia, cuiuſmodi ſunt artes magicæ & ſcientię naturales, b Sed ſuper humanam ſupernaturalem & prorſus diuinam loquimur ſapientiam, in occultis ſanctiſſq; fidei ſacramentis, quę eſt occulta & abſcondita, nec per ſe patẽs, niſi a Deo reueletur. c Quam ab ęterno De9 ꝑparauit, diſpoſuitq; ſuo tempore, & cõplere in opere, & manifeſtam facere, vt per eam nos ad gloriam perducamur, quicunq; per fidẽ illam acceptamus. d Sane abſcondita eſt hæc ſapientia noſtra, cuius ſubtilitatẽ ſublimitatẽq;, nec ipſi dæmones qui mũdo dñabãtur, neq; ſapiẽtiores in populis vlli, potuerũt per ſuã ſubtilitatẽ comprehendere, e Alioqui ſi cognouiſſent dæmones nunquam ad chriſti crucifixionem inſtigaſſẽt Iudęos, & ipſi ſcribæ ac principes, ſi abſq; cæcitate cordis vere cognouiſſent, dominum eſſe gloriæ quẽ ad mortem poſtulabant, fururũ nõ erat, vt illũ cruci affigerẽt. Nemo (inquam) princi-

a Sapientiã vero, nõ huius ſęculi, neq; principũ huius ſęculi, q destruuntur.

b ſed loquimur Dei ſapientiã, in myſterio quę abſcondita eſt.

c quã prædeſtinauit Deus ante ſæcula, in gloriam noſtram

d quã nemo principum huius ſęculi cognouit.

e Si enim cognouiſſent, nunq̃ dominum glorię crucifixiſſent.

Sicut ſcriptum eſt.
a Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec ĩ cor hominis aſcẽdit, quæ pręparauit Deus his qui diligunt illum.

pum huius ſęculi, ſapientiam Dei cognoſcere p ſe potuit, iuxta ſcripturę teſtimoniũ, dicentis, a qđ neq; oculo neq; aurib⁹ (id eſt nullo ſenſu) ſẽtiri potuerit, neq; ratiocinãdo, aut cogitãdo, humana ratio comprehendere potuerit, aut cognoſcere, quænam illa ſint q̃ Deus pręparauit iјs qui ſe diligunt, nũc quidem in interioribus gratiæ donis, & in futuro, in perfectione glorie ſuæ,

b Nobis autem reuelauit deus per ſpiritũ ſuum.
c ſpiritus enĩ oĩa ſcrutatur, etiam profunda dei.
d Quis enĩ ſcit hoĩm quę ſunt hoĩs, niſi ſpiritus hoĩs qui in ipſo eſt? Ita & quæ dei ſũt nemo cognouit, niſi ſpiritus dei.

b Sed quod nec ſenſu potuit, nec ratiõe inueniri, nobis eſt a Deo, deſuper miſſo ſpirituſancto, reuelatum, c qui cuncta diuina cõſilia optime peruidet q̃tumuis etiam occulta. d Queadmodum enim nemo nouit quæ in homine latent, cogitationes atq; conſilia, niſi mens hominis quæ in ipſo eſt, & cui illa quod in ſe tenet ſignificare voluerit Ita conſilia Dei ſolus nouit ſpiritus ei⁹, & quibus ſpiritus ille voluerit reuelare

e Nos autem nõ ſpiritum huius mũdi accepimus ſed ſpiritum qui ex deo eſt.
f vt ſciam⁹ quę a deo donata ſunt nobis.
g quę & loquimur, nõ in doctis humanę ſapiẽtię verbis, ſed in doctrina ſpiritus.

e At hũc Dei ſpiritum, qui ex Deo eſt & quæ Dei ſunt edocet eos quos inhabitat, nos accepimus qui in Chriſtum credimus, non talem, qui nos ea quæ huius mũdi ſunt (.i. ſapientiã ſecularẽ edoceat) f p quẽ Dei ſpiritũ agnoſcimus & intelligim⁹ dona Dei, gratiã nimirũ & gloriã futurã, quæ iam, vel in re vel in ſpe, donata ſũt nobis. g quę etiam, vt cognoſcimus, prædicamus, verbis non vtiq; ad doctrinam huma-

nę ſapientiæ cōpoſitis, ſed ad ſpūs do ctrinā accōmodatis, a Spiritualib⁹ eni edocendis myſterijs accommodanda ſunt verba item ſpiritualia, & ſpirituali bus auditoribus, accommodamus ſpiri tuales doctrinas. b At vero animales homines, ſpiritum non habentes, ne queūt intelligere ſpiritualia, ſed ea ſtul titiam æſtimant. Icciroo autem nequit animalis intelligere ſpiritualia, quia ſpi ritualiter dijudicari debent, non ad hu manę ſapiētię regulas aut ſenſuum de monſtrationes. c Spirtium autē habē tibus, facile eſt omnia quæ credenda ſunt examinare & dijudicare. Quippe qui lumen in ſe habeat ſpiritus, in quo videntur, fiuntq; credibilia. d Ipſe au tem a nemine poteſt condemnari, qua tenus ſpiritualis eſt. Nam qui iudicare debet ſpiritualem, quatenus eiuſmodi eſt, hunc neceſſe eſt ſpiritu Dei aut ſa pientiorem eſſe aut maiorem. e Sed iuxta ſcripturam. Nemo hominum, cō ſilia per ſe nouit ſpirit⁹ Dei. Neq; prior eſt quis quam ſapientia, qui poſſit eum inſtruere. f Nos vero conſilia Chriſti & eius mentem optime nouimus, ab ip ſius nimirum ſpiritu edocti, inſtructi, & illuminati.

a ſpiritualibus ſpiritualia comparantes.

b Animalis autem homo non percipit ea q̄ ſunt ſpirit⁹ dei. Stultitia eni eſt illi, & non poteſt intelligere, q͛a ſpiritualiter examinatur.

c Spiritualis laūt iudicat omnia.

d & ipſe a nemine iudicatur.

e ſicut ſcriptum eſt. Quis enim cognouit ſenſū domini. aut qs inſtruxit eum.

f Nos autem ſenſum Chriſti habemus.

¶ELVCIDATIO CAPITIS Tertij.

TEXTVS CAP. Tertium.

a Et ego fratres, nõ potui vobis loq̇ quaſi ſpiritualib⁹ ſed quaſi carnalib⁹.

b Tanq̃ paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi non eſcã.

c Nõdũ em̃ poteratis ſed ne nũc q̃dẽ poteſtis. Adhuc eni carnales eſtis.

d Cum em̃ ſit inter vos zelus & contentio, nonne carnales eſtis, & ſecundum hominem ambulatis?

e Cũ em̃ quis dicat, ego quidẽ ſum Pauli, ali⁹ aũt, ego Apollo, nonne homines eſtis.

f Quid igitur eſt Apollo? Quid vero Paul⁹? Miniſtri ei⁹ cui credidiſtis.

g Et vnicuiq;, ſicut dedit dominus.

Ea Tt ego fratres mei propter veſtram imbecillitatem, non potui vobis ſublimia Dei, quaſi prorſus ſpiritualibus, ipſo primo acceſſu ꝓponere, ſed quaſi carnalibus magna ex parte mihi neceſſe fuit veſtrę fragilitati, accommodare ſermonem. b Dedi enim vobis, facilioris & ſimplicioris doctrinæ lac in potum non eſcam ſolidiorem ſublimioris ſapientiæ. c Nondum enim per infirmitatem valentes eratis. Imo ne nunc quidem (cum adhuc magna exparte carne ducamini) ſufficitis altioribus capiẽdis myſterijs. d Ipſe enim æmulationes, & quę ſunt ex eis contentiones, teſtantur vos carne adhuc duci, & aliqua ex parte ſecundum humanam infirmitatẽ, etiam nũc viuere. e Vnde enim niſi a carnis cõcupiſcentia inaniq; gloria, vt contẽdat alius aduerſus alium pro homine, aut Paulo, aut Cepha, aut Appollo, dicẽte alio. Ego ſum Pauli in baptiſmo filius, & huic ego adhæreo, alio dicente. Ego ſum Apollo & ita de reliquis Sed respondete mihi. f Quid Paulus, & quid Apollo homines per ſe viles & miſerabiles, vt in eis ſic gloriemini? Nihil ſumus niſi miniſtri eius Chriſti in quem vnum noſtra prædicatione, vnanimiter omnes credidiſtis. g At q; hoc ipſũ quod miniſtri dei ſumus

nihil eſt aliud niſi Dei donũ, & vnicuiq; petit miniſtrorum, ſicut a domino accepit. a Nam eho prima iaciens in vobis fidei ſemina, plantaui vos in Chriſto. b Apollo fratrem reliqui vobis, vt vos rigaret verbo prędicationis, quæ ego ſeminaui ad fructum perducẽs. c Deus autem eſt, qui interius poſſit vitam & vigorem dare vt quæ noſtro miniſterio ſunt plantata atq; irrigata, eius virtute creſcerẽt atq; adoleſcerent. d Ipſe autem neq; plantans, neq; rigans, per ſe ẽ aliquid, ſed vegetator & viuificator deus, totum eſt, qnicquid eſt. e In quo inſuper, & plantans & rigans vnum ſunt & a quo ſimul vtriq; ſui habent operationem miniſterij, f Vnuſquiſq; autem miniſtrorum, propriam accipiet remunerationem, iuxta ſuam induſtriam, laborem atq; diligentiã, iuxta quod fideliter creditum ſibi miniſterium adimpleuerit. g Nos enim Deus ſua dignatione velut cooperatores & adiutores aſſumpſit, in promouenda & procuranda per nos conuerſatione infidelium. h Vos eſtis ager, quem nos Deo colimus, vos eſtis ſtructura, quam nos miniſtri Deo ædificamus i Ego quidem iuxta gratiam deſuper acceptam vt architectus præcipuus, ſecundum ſapientiam Dei, ieci in hoc ædificio bonũ fũdamẽtũ, verę ſynceræq; & ima

a Ego plantaui.

b Apollo rigauit.

c Deus autem incrementum dedit.

d Itaq;, neq; qui plãtat eſt aliquid, neq; q rigat, ſed qui icremẽtum dat Deus.

e Qui plantat autem & qui rigat vnũ ſunt

f Vnuſquiſq; autem propriam mercedem accipiet ſecundũ ſuũ laborem.

g Dei enim ſum⁹ adiutores.

h Dei agricultura eſtis dei ędificatio eſtis.

i Secũdũ gratiã dei, quę data eſt mihi, vt ſapiẽs architectus, fũdamẽtum poſui, alius autem ſuperædificat.

a Vnuſquiſq; autem videat quomodo ſuperędificet.
b Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, prçter id quod poſitũ eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus.

c Si quis autem ſuperædificat ſupra fundamẽtum hoc: aurũ, argẽtũ, lapides prçcioſos, lignum, fœnum, ſtipulam.

d vniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit.

e Dies enim domini declarabit, quia ĩ igne reuelabitur, & vniuſcuiuſq; op9 quale ſit ignis probabit.

cultatę fidei. a Cæterum vnuſquiſq; attendat quod malit ſuperſtruere. b Nam de fundamẽto nemo debet eſſe ſollicitus, quoniam fidem nemo poteſt aſſerere aut conſtituere, aliam a fide ſeu Chriſti ſupra quam ego vos ædificaui. De fundamento ergo nolite dubitare, ſed tãtum de ſtructura eſtote ſolliciti. c Quidam enim ſupra fundamentum ædificant aurum, argentum, & præcioſos lapides, qui videlicet opera bona fidei ſuę adijciunt, nonnulli ſumma & perfectiſſima, alij mediocria alij infima, bona tamen quemadmodũ ſunt, caſtitas virginalis, caſtitas vidualis, & debitus vſus matrimonij. Alij vero ſuperædificant lignum, fœnum, & ſtipulam, quæ combuſtioni ſunt apta, ij nimirum, qui fidei ſuæ qua in chriſto fundati ſunt, etiamſi in charitate, tamẽ ſuperaddunt peccata nonnulla venialia, quæ ignis eſca (niſi hic purgentur) erunt in igne purgatorio, eaq; vel maiori combuſtioni & lõgiori deſtinata, vel breuiori, ſecundum quod grauiora illa ſint, vel leuiora vel leuiſſima. d Quid autem horũ vnuſquiſq; iam operetur etiam ſi nunc lateat, ſuo tamen tempore fiet manifeſtũ. e Dies enim illa extrema, in qua dominus ad iudicium adueniet, manifeſtabit & declarabit, quale fuerit vniuſcuiuſq; ædificium, quia

per ignem,vniuſcuiuſq; opus reuelabi tur,quale ſit. Aurum em̄ argẽtum & lapides precioſos,dum conflagrare non poterit,declarabit ea bona eſſe,lignum autem fœnum & ſtipulam, declarabit mala fuiſſe,quando ea conflagrabit, & ardore ſuo puniet. a Cuius nunc opꝰ ab igne punitũ non fuerit,nec per ignẽ purgatione dignum,probatum ſic erit hoc opus & æternæ vitæ mercedẽ bonam recipiet. b Cuius vero opus inuentum fuerit, tanquã aliquid habens admixtum maliciȩ,ignis conflagratiõe & purgatione opus habere, patieť ille q̃dem pænam,donec in purgatorio quæ ſecum detulit conflagranda, purgata fuerint. c Ipſe tamen, quia fundamẽtum non ꝑdidit,in quo manet per charitatem fundatus, finaliter poſt purgationem ſalutem conſequetur. d Sic tamen,quaſi per ignẽ purgatorium,ab ijs quȩ ſecum detulerat leuioribus peccatis expurgatus. Huiuſmodi autem vltio ſi pro leuioribus etiam peccatis exigetur,de fornicatiõe quid ȩſtimabimꝰ e Non ignoratis credo,quia ſpiritꝰ dei quem accepiſtis credentes vos conſecrauit in templum ſanctum Domino, & ipſe inhabitat in vobis. f Qui autẽ auſus fuerit templum Dei(id eſt,ſeipſũ factũ Dei templum,fornicationis turpitudine viciare,quid exiſtimatis cõſequi

a Si cuius opus mãſerit,qđ ſuperȩdificauit mercedem accipiet.

b Si cuius opus arſẽrit,detrimentum patietur.

c Ipſe autem ſaluus erit.

d ſic tamen quaſi per ignem.

e Neſcitis quia templum dei eſtis,& ſpiritus dei habitat in vobis.

f Si quis aũt tẽplũ dei violauerit, diſꝑdet illum deus.

nisi vt illum quoque abijciat & perdat De⁹? Sctm̄ em̄ & omni dignū reuerētia, existimari debet tēplū Dei, a Atqui, tēplum deo ſanctificatum vos eſtis, quicumque ſpiritum ſanctum credentes accepiſtis, b Nemo igit̄ ſe ſeducat, vanis perſuaſionibus excuſans excuſationes in peccatis. Multomagis qui inter vos ſapiēs habetur, humilitatis ſtulticiam induat, quo vere fiat ſapiens c Quoniam quam mundus reputat ſapientiam, De⁹ ſtultitiā æſtimat. d Scriptum eſt enim de hac ſapientia, Condemnabo ſapientes in ſtulticia ſua & ſtultitiam eorum meo iudicio ego faciam manifeſtam. e Rurſum, dominus nouit vanas eſſe ſapientium cogitationes. f Itaque (vt cōtinuando ſermonem ingrediamur vnde digreſſi ſum) nemo glorietur in hominibus, imo nec in vlla creatura. g Omnia enim vobis a Deo in miniſterium ſalutis veſtrę data ſunt, & electis ſubſeruiunt omnia ſiue nos prędicatores & Apoſtoli, Paulus, Cephas, Apollo, & cæteri, ſiue quę in mundo ſunt omnia, quæ homini cō ſtat ſeruire, quaſi illi propter quem facta ſunt, ſiue vita iſta in qua per opera virtutum tēpus habemus promerendi, ſiue mors corporalis, quæ patiēter tolerata pducit ad ſalutē, ſiue pſentia, quę nobis a Deo donātur, ſiue Deo permit

a Templum enī Dei ſanctū eſt, quod eſtis vos.

b Nemo ſe ſeducat. Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſęculo ſtultus fiat, vt ſit ſapiens.

c Sapientia enī huius mūdi, ſtultitia eſt apd̄ Deum.

d Scriptū eſt em̄. cō prehendā ſapiētes in aſtutia eorū.

e Et iterū, dn̄s nouit cogitationes ſapiētū, quoniam vonæ ſunt.

f Nemo itaq̧ glorietur in hominibus.

g Omnia enī veſtra ſunt ſiue Paulus, ſiue Apollo.

ſiue Cephas ſiue mundus.

ſiue vita,

ſiue mors,

ſiue pręſentia, ſiue futura.

tēte obueniūt, ſiue futura. a oīa, inq̄, veſtro ſunt miniſterio deputata, & ꝓpter vos ſunt oīa, atq; ad veſtrā ſalutē ſunt ordinata. Propter q̄d in nulla creatura vos eſt gloriandū, cum in inferioribus & ſubiectis vanum ſit gloriari. b Vos autem eſtis Chriſti, & ad illū quaſi mēbra ad caput referimini, & ob hoc, in ipſo ſolo vt ſuperiori & meliori, eſt vobis gloriandum, non in hominibus, quod vanū eſt, c quēadmodū Chriſtus Dei filius ſecūdū humanitatē, non in ſeipſo ſed in patre ſolo gloriabatur.

a Omnia enim veſtrā ſunt.

b Vos autem Chr̄i.

b Ch̄s autem dei.

ELVCIDATIO CAPITIS. Quarti.

Quēadmodū aūt gloriari vobis nō expedit in nobis, ſic neq; cōuenit, vt odioſe iudicetis nos, q ſum⁹ miniſtri dei & vr̄i a Sic nos habetote, o hoīes, qui ītima iudicare nō poteſtis vt miniſtros Chriſti, & myſteriorū eius diſtributores. b Cæterum, q̄tū ad reliquū, inter diſpēſatores vidēdū eſt ipſiq; hoc viderit, vt fideles iueniant in credito ſibi miniſterio, vr̄m tñ nō eſt illos, ſtulte iudicare. c Ego vero ꝑ nihilo reputo, ſi aut a vobis, aut ab vllo humano iudicio iudicer, q̄m ſcio iudicium hoc humanum non eſſe certū, nec ſolidum d Imo nec meip̄m ſufficio iudicare, certo iudicio. Nā tametſi probabili perſuaſione, nullius mihi cō

TEXTVS CAP. Quartum.

a Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpēſatores miſteriorū dei.

b Hic iā quęritur inter diſpēſatores, vt fidelis quis inueniatur.

c Mihi aūt pro minimo eſt, vt a vobis iudicer, aut ab humono die.

d Sed neq; meipſum iudico. Nihil eni mihi cōſcius ſum. ſed nō in hoc iuſtificatus ſum

a Qui autem iudi- cat me dominus eſt.

b Itaq; nolite ante tempus iudicare, q̄, aduſq; veniat dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum & manifeſtabit conſilia cordium.

c & tunc laus erit vnicuiq; a deo.

d Hęc autem fratres tranſfiguraui in me & Apollo propter vos.

e vt i nobis diſcatis.

f ne ſupra quam ſcriptum eſt, vnus aduerſus alterū infletur, pro alio.

g Quis enim te diſcernit.

ſcius ſceleris exiſtimo me iuſtum, tamē non hæc res me certo iuſtificat. a Dominus eſt ſolus, qui verum & infallibile de me iudicium iudicat. b Vos itaq;, nolite anteruertere tempus iudicij, ſed expectate diem illum, quo per aduentum domini illuminabuntur, quæ erant in tenebris abſcondita, & occulta cordium fient manifeſta c quando pro bono opere erit cuiq; laus a Deo vera, & ſolida, quando neminem coronabit laus falſa, nemo priuabitur laude debita. d Quæ autem in prioribus dixi de vana gloriatione in hominib⁹, iccirco ſub nomine meo & fratris ac cooperatoris mei Apollo dixi, neminem ex pſeudapoſtolis deſignādo, e vt ſub noſtris nominibus doceremus vos, in nullo hominum gloriandum, ne in ipſis quidē veris Apoſtolis, multo minus in falſis, qui ſecūdum ſeculi tantum ſapientiam prędicāt quibus tamen adhęrere vtcunq;, & in eis gloriari incipitis, vt diſcatis (inq̄) ſub noſtris nominibus quę expreſſimus. f ne ſuper id quod ſcriptum eſt (Id eſt, ne aliter q̄ in domino) contentioſe & ſuperbe agatis contra inuicem, alius pro ſuo præceptore cui adhæret, alius pro alio. g Quis enim te miſer homo diſcernit ac iudicat? Nec tuum ergo eſt alios iudicare, vt hunc præferas, illū poſtponas, hūc laudes, illū vituperes. Quod ſi di-

cas,propter gratiam aliquam ,vel donũ quod in vno eſt,& non in alio,te hunc illi præferre. a Quid habet homo a ſeipſo,quod a Deo non acceperit,ac ꝑ inde, etiam ſi gratijs aliqui emineant, non tamen in eis eſt gloriãdum,nec,ſp/ ſi debent in ſe gloriari,quaſi ea quæ ha bent a nullo accepiſſẽt, ſed potius ĩ do/ mino,a quo primitus procedunt. b Eſto,iam vos ſaturati eſtis, ditati eſtis in omnibus etiam in ſpiritualibus.Sine nobis iam perfecti eſtis,nihil vltra no/ bis opus habentes.Sic vos vobis ꝑſua/ deatis.Ego autẽ non ad inuidiã hoc di co. c Imo vtinam regnetis in omni ꝑ/ fectione,quo vos mecum & ego vobiſ cum,pariter regnemus.Ego quidem fa teor:& libenter agnoſco meam infirmi tatem & vilitatem,quæ tam eſt aperta vt negare non poſſim. d Videre eñ videor mihi,quod Deus nos Apoſto/ los abiectiſſimos dedit mundo,& velut morti deſtinauit e quoniam eiuſmo/ di facti ſumus ,in conuerſatione ac paſ ſionibus Chriſti,vt ſint in nos intenti omnium oculi & mundus vniuerſus,& angeli,& homines,qua ſi ſpectaculum omnibus facti Mũdus eñ,ſpectare ge/ ſtit quaſi ſtultos magos,aut nouitatum annunciatores . Angelis ſpectaculum facti ſumus dignæ admirationis & ve/ nerationis hominibus bonis,in exẽplũ

a Quid autem habes quod non accepiſtiſ Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?

b Iam ſaturati eſtis, iam diuites facti e/ ſtis,ſine nobis re/ gnatis.

c Et vtinam regne/ tis,vt& nos vobiſcũ regnemus.

d Puto enim, quod Deus nos apoſtolos nouiſſimos oſtendit tãq morti deſtinatos e quia ſpectaculum facti ſum9 mundo, & angelis & homi/ nibus,

a Nos ſtulti propter Chriſtũ, vos aũt prudẽtes in Chriſto. Nos infirmi, vos autem fortes nobiles vos nos aũt ignobiles

b Vſq; in hãc horã & eſurim⁹ & ſitim⁹, nudi ſumus, & colaphis cædimur, & iſtabiles ſumus & laboramus operantes manibus noſtris.

c Maledicimur & benedicimus. Perſecutionem patimur, & ſuſtinemus.
Blaſphemamur & obſecramus.

d Tanq̃ purgamenta huius mũdi facti ſumus, oĩm peripſema, vſq; adhuc.

e Non vt confundã vos hæc ſcribo.

f ſed vt filios meos charisſimos moneo.

fidei & ſanctę conuerſationis. a Cum nos ſtulti reputemur, infirmi & ignobiles, propter Chriſtum quem prædicamus crucifixum, vos interim gloriamini tanquam ſapientes, tanquam fortes, tanquam nobiles. b Nos, ex quo Chriſtum prædicare cœpimus, frequẽtisſime eſurie affligimur, & ſiti, & nuditate, colaphis cædimur. habitatiõis nullum certum locum habentes, cauſa p̃dicandi Euãgelij circuiuimus vagabũdi, & manibus noſtris operamur. c Cum male nobis loquuntur homines, nos illis ecõtrario bona precamur. Cũ perſequutionem patimur, nos ſuſtinemus. Cum conuicia nobis inferunt, nos molli obſecratione ſupplicamus, vt iram frangamus (ſi posſumus) manſuetudine. Quid multa? d Tãquam id quod purgando abijci ſolet, velut nihilũ facti ſumus, ſicut q̃d abſtergi ſolet ad emũdandum quippiam, vſq; in horam hanc, etiamſi nunc forſitan videamur facti glorioſiores, poſtquam eccleſiarum facti ſum⁹ Apoſtoli. e Hãc autẽ pasſionẽ nullã, non ad veſtrã confuſionem ſcribo, quaſi vobis exprobrans quod tantum pro veſtra ſalute perpetiar. f ſed tanquam filios mihi charisſimos cõmonefacio, vt diſcatis quanto vos affectu diligam, & ne vlla ratione a noſtra eruditione vnquam recedatis, ad Pſeudapoſtolos declinantes

qui pro veſtra ſalute nec minimum quid vellent ſuſtinere. a Nam & ſi de cemmilia inſtructorum poſt me venerint qui vos ad ſuum libitum inſtituant, ſolus tamen ego patris nomen iure mihi ſeruo in vobis, b quoniam ego per ſemen incorruptibile ſancti Euangelij vos genui primus, cum nondum quicquam eſſetis in Chriſto. c Rogo ergo vos o filij, eſtote imitatores patris veſtri, vt qualis ego ſum in omnibus prædictis, tales efficiamini & vos. Sicut & ego ſum imitator Chriſti, qui fuit opprobrium & abiectio omnium. Vt autẽ cognoſcatis exemplum cõuerſationis meæ, d ecce mitto ad vos Thimotheum chariſſimum filium meum, & fidelem in negocio Dei adiutorem, ipſe vobis ediſſeret conuerſationem noſtram, qua conuerſamur ſecundum exemplum Chriſti Ieſu, iuxta formam ſecundum quam vbique in omni eccleſia doceo conuerſandum. e Et quanq̃ hunc præmitto veniam tamen breui (ſi domin⁹ voluerit) & ego, & tũc experimẽtum ſumã de quibuſdam qui nunc me abſente inflantur, docẽtes & agentes non bona. f Examinabo, aũt, non illorũ ſermonẽ deſertũ, ſed cõuerſationis virtutem. g Perfectio ſiquidem Chriſtianæ vitæ non eſt in ſermone, ſed in bonæ conuerſationis virtute

a Nam ſi decem milia pędagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres.

b Nam in Chriſto Ieſu, per Euãgeliũ, ego vos genui.

c Rogo ergo vos, imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.

d Ideo miſi ad vos timotheũ, qui eſt filius meus chariſſim⁹, & fidelis in dño, qui vos commonefaciat vias meas, q̃ ſunt in Chr̃o Ieſu, ſicut vbiq; in omni eccleſia doceo.

e Tanq̃ non vẽturus ſim ad vos, ſic inflati ſunt quidam. Veniam autem ad vos cito, ſi ſi dominus voluerit.

f & cognoſcam non ſermonẽ eorũ qui inflati ſunt ſed virtutẽ.

g Non eni in ſermone eſt regnũ dei, ſed in virtute.

g Quid vultis? i virga veniam ad vos an in charitate & ſpiritu mãſuetudinis?

a Ecce eligite, in manu veſtra eſt, vt veniam ad vos, vel in ſeueritate corruptionis vel in mãſuetudine lenitatis.

TEXTVS, CAP. Quintum.

ELVCIDATIO CAPITIS Quinti.

a Omnino auditur inter vos fornicatio & talis fornicatio, qualis nec inter gẽtes, ita vt vxorẽ pris ſui quis habeat.

b Et vos inflati eſtis & non magis luctũ habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrum, qui hoc opus fecit

c Ego quidem abſens corpore, pręſẽs autem ſpiritu, iam iudicaui vt præſens, eum qui ſic operat⁹ eſt, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti congregatis vobis, & meo ſpiritu, cum virtute domini Ieſu d tradere huiuſmo-

Pa Vblica fama & certa relatiõe audiui talẽ inter vos cõmiſſam eſſe ac ſuſtineri fornicationem, qualẽ vix gentes ferant, quę Deum ignorant. Nempe vt vxori quis iungatur patris ſui, illiq; tanquam legitimæ commiſceatur vxori. b Et vos interim in contẽtionibus veſtris ſuperbe agentes occupamini, & negligitis ad hui⁹ peccati expiationem intendere, vt pro peccato tãto tamq; horribili ſcelere, luctum vel publicum inſtitueretis, illum vero facinoris authorem, a communi eccleſiæ conſortio ſepararetis atq; excluderetis. Et vos quidem illum inter vos ſuſtinetis c Ego vero quanquam corpore abſens a vobis ſpiritu tamen mentis vobis inuigilans atq; ſuperintendens, & ita me adiungens, iam tuli, quam & executioni quantocius dari volo, ſententiam, debere vos cũ meo ſpiritu in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti cõgregatos, in virtute Dei, quã cõſtat adeſſe eccleſię rite in noĩe domini cõgregatę, d hunc ho

minem tradere Satanæ in carnis affli⸗ ctionē,a vr̄a eum cōmunione ſecludē⸗ do. a quo ſpiritus ſaluus fiat in die iu dicij extremi,quia ſperandum eſt,hac pœna conuertendum illum ad pœnitē tiam. b Non eſt bonum, quod vobis iſta complaceant:quod ſane videtur,cū ante oculos veſtros ſine punitiōe ſuſti netis. c Conſtat enim modicam cor⸗ ruptionē facile totā maſſam, cui eſt cō mixta corruptio,ſimul inficere. Et peri culum eſt,ne ſuper vniuerſam veſtram congregationem ira Dei deſęuiat,pro⸗ pter vni⁹ hoc tā enorme facinus, quod conſentiendo ſuſtinetur ab omnibus. d Vos igitur veſtram eccleſiam atque voſipſos purgantes, eijcite corruptio⸗ nem peccati, vt ſit veſtra eccleſia vni⸗ uerſa, velut noua & incorrupta & im⸗ maculata maſſa, quemadmodum & eſ ſe debetis ſine corruptionis fermento. e Nam & Chriſtus oblatus eſt nobis, in agnum paſchalem. f Qui cum ſit ſine macula nos itaq; conuenit gloriari & gaudere in eo, eumq; manducare & incorporare nobis, non per maliciam aut nequiciam,quæ ſunt fermētum ve tus,ſed per ſynceritatem a peccatis,& veritatem vitæ,quæ ſunt azyma, id eſt ſine fermento corruptionis. g Scripſi vobis alias per epiſtolam, ne commi ſceamini fornicarijs. h Hoc vtiq; nō

di hominem ſatanę, i interitu carnis.

a vt ſpiritus ſalu⁹ ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti.

b Nō eſt bona glo⸗ riatio veſtra.

c Neſcitis quia mo⸗ dicum fermentū to tam maſſam corrum pit?

d Expurgate vetus fermētum, vt ſitis no ua conſperſio.

ſicut eſtis azymi.

e Etenim paſcha no ſtrū imolat⁹ eſt Chri ſtus.

f Itaque epulemur non in fermento ma li tiæ, & nequitię, ſed n azymis ſynceritaꝰ tis, & veritatis.

g Scripſi vobis i epi⸗ ſtola ne cōmiſceamini fornicarijs.

h Non vtiq; fornica

nicarīȷs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis ſeruientibus.

a alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe.

b nunc aūt ſcripſi vobis non commiſceri.

c Si is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut, auar⁹ aut idolis ſeruiēs, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax. cū huiſmodi nec cibū ſumere

d Quid enī mihi, de his qui foris ſunt iudicare?

e Nōne de his qui intus ſunt vos iudicatis

f Nam eos qui foris ſunt deus iudicabit.

g Auferte malum ex vobiſipſis.

ſic intelligendū, neq; ſic erat accipiendū quaſi voluerim vobis interdicere conſuetudinē cū quibuſcunq; fornicariȷs, auaris, idololatris, aut rapacibus huius mūdi, etiam qui ſunt ſine fide Chriſti, a ſic enim omnium hominum pene conuerſationem deberetis fugere, & ſolū intra eccleſiam deliteſcere, quoniam mundus hiſce plenus eſt. b Nunc autem declaro vobis, hanc fuiſſe meā ſententiam atque ordinationem. c vt ſi quis inter vos, nomine ac profeſſionis titulo chriſtianus, aut fornicator ſit, aut auarus aut idolis ſeruiens, aut ad maledicta prompt⁹, aut ebrioſus, aut rapax, & talis comprobetur & habeatur, ſic eum a veſtro ſeparetis conſortio, cōmuni iudicio, vt nec cibū vna cum eo ſimul velitis capere, quo ſic cōfuſus reſipiſcat d De his aūt qui ſunt hui⁹ mūdi & extra eccleſiā, qualeſcūq; tandem fuerint, mea quid refert iudicare, vt eorū vobis, interdicā conſortiū. e Certe de his q intra eccleſiam ſunt vos iudicare debetis, delinquētes puniēdo. f Qui autē extra eccleſiam ſunt, licet noſtrū effugiant iudiciū. Deus tñ illos iudicabit ſecūdū opera ſua. g Vos autem videritis vt malū illū qui i vobis eſt, & maliciam illam iam exortā, quātocius tollatis ex medio veſtrum, ipſam quidem maliciā rigide puniēdo, mali vero authorē a ve

ſtro conſortio excludendo.

❡ELVCIDATIO CAPITIS Sexti

TEXTVS CAP. Sextum

E a T illud om̄i eſt reprehēſiōe di gnū, quod iudicia ſęcularia acce ditis in veſtris cauſis, quas adin uicē habetis, & iudiciū petitis in infide, libus, cū poti⁹ deberetis apud Chriſtia nos, veſtras agere cauſas. b Scitote ve ro, quoniā qui nunc ſunt humiles Chri ſtiani, ī nouiſſimo die de hoc mūdo iu dicabunt cū Chriſto, eius ſubſcribētes ſentētiæ. c Quod ſi ſufficiētes erunt ſanctiad iudicandū mundū, vtiq; & di gni ſunt & ſufficiētes, iudicare hæc mi, nima negocia veſtra, d Imo & angelos malos, nos iudicabim⁹, quātomagis ſę, cularia negocia iudicare ſufficiemus, q̃ tantū circa pecuniam aut poſſeſſiones aut alia ſunt eiuſmodi? e Igitur ſi con tingat vos ſæculares habere cauſas, iu, dicio terminandas, ego puto vel eos qui ſunt in eccleſia contemptibiliores & inferioris ordinis ſufficere, vt ipſi ve ſtras (ſi ocq̄currerint) actiones iudi, cio terminent. Nam non eſt equum, maioris gradus Chriſtianos, pecunia, rijs litib⁹ audiēdis vacare. f Sic loquor quor contemptibiliter, vt confundami ni propter hunc abuſum. g Qua,

a Audet aliquis vſum habēs negociū aduer ſus alterum iudicari apud iniquos, & non apud ſanctos.

b An neſcitis, quoniā ſancti de hoc mundo iudicabunt.

c Et ſi in vobis iudi, cabitur mundus indi, gni eſtis qui de mini, mis iudicetis.

d Neſcitis, quoniam angelos iudicabimus, quanto magis ſæcula ria.

e Sęcularia igitur iu, dicia ſi habueritis, cō temptibiles qui ſunt in eccleſia, illos cōſtitui, te ad iudicandum.

f Ad verecundiā ve, ſtram dico.

g Sic nō eſt inter vos

ſapiẽs quiſq̃, qui poſ ſit iudicare inter fratrem ſuum.
a Sed frater cum fratre iudicio contendit & hoc apud ĩfideles.

b Iã quidẽ omnino delictum eſt in vobis quod iudicia habetis inter vos.

c Quare non magis iniuriã accipitis? Quare nõ magis fraudem patimini?

d Sed vos iniuriam facitis & fraudatis & hoc fratribus.

e Anneſcitis, quia ĩi qui regnum dei non poſſidebunt? Nolite errare.
f Neq; fornicarĳ, neq; idolis ſeruientes, neque adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores. neq; fures neq; auari neq; ebrioſi, neq; maledici, neque rapaces regnum dei poſſidebunt.
g Et hęc aliquando

ſi vero non ſit inter vos nec vnus ſapiens, qui ſufficiat cauſæ terminãdę, quę occurrerit, inter fratrem & fratrem. a Chriſtiani vero, qui vt fratres adinuicem debent in pace viuere, ſe inuicem ad iudicia prouocant & iudicio contendunt. Atque id quidem (quod grauius eſt) apud ĩfideles iudices. b Sane, vel hoc ſolum culpa non vacat, & ex veſtra eſt imperfectiõe, atq; a malo eſt, quod litigioſas actiones homines Chriſtiani habetis ad inuicem, pro rebus perituris, conſulente Chriſto, palliũm debere dimitti, volenti tunicã auferre. c Pręſtaret enim iniuriam ferre ſine defenſione iuris, aut etiam fraudem perpeti ſine defenſione, tali potiſſimum ex qua ſcãdalum oriri poteſt, apud iudices infideles. d Nunc autem, nõ ſolum non ſuſtinetis fraudem & iniuriã, ſed ipſi etiã iniuriam & fraudem facitis, quodq; eſt grauiſſimũ, etiam fratribus, id eſt, Chriſtianis, pro quibus etiã animam ponere deberetis. e Non attenditis, quod iniqui regnum Dei non poſſidebũt hęreditate? Nolite errare ſtultis ſeducti p̃ſuaſionibus. f Scimus enim, nullum fornicarium, idololatram, adulterum, mollem, maſculorum concubitorem, furem, auarum, ebrioſum, maledictorẽ, aut violentum raptorem, regnum cœleſte poſſeſſurum. g Huiuſmodi autem

& ſi fuiſtis olim, nunc tamen illa vobis non ſunt iteranda, quia baptiſmo abluti eſtis, ſanctificati eſtis ꝑ peccatorū remiſſionem, & per fidei gratiam iuſtificationem conſequuti, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo baptizati eſtis, & in quem credidiſtis, & per ſpiritum ſanctum quem a Deo credētes accepiſtis, Quod autem dixi (non eſſe in iudicio cauſas agendas pro temporalibꝰ rebus) licet forſan res per ſe omnino illicita non ſit, tamen propter ſcandalum vitandum & offenſionem cauendam. nullo modo expedit. Nec enim quæcunq; licent, ſemper expediunt. a Mihi ſane licent plurima, id eſt, omnia quæ iure aut lege prohibita non ſunt. At vero non omnia item expediunt, vt licent. Quemadmodum licitum eſt & mihi ſumptus accipere, & quibuſlibet veſci, & alia multa facere quibus tamē licitis vti non expedit, propter ſcandalum vitandum, aut fructum Euangelij non impediendum, aut alia quauis de cauſa. b Omnia, inquā, eiuſmodi mihi non ſunt per ſe illicita. Ego vero magis puto expediens, a multis etiam licitis abſtinere, vt me nulli ſubijciam, inq; mea libertate permaneam, quēadmodum de me fieret, ſi ſtipendia a vobis acciperem, aut veſtris ſumptibus viuerem, quę tamen per ſe mihi ſunt licita.

quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis ſed iuſtificati eſtis in noīe domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpū Dei noſtri.

a Oīa mihi licēt, ſed non omnia expediūt

b Oīa mihi licēt, ſed ego ſub nullius redigar poteſtate

a Eſca ventri,& venter eſcis, Deus autem & hunc, & hanc deſtruet.

a Eſca ventri eſt deputata, vt in eo cuſtodiatur, ad decoctionem & corporis nutritionem, & venter ſic eſcis deputatus eſt. Deus vero & eſcam deſtruet, & ventrem, quoniam & eſca corrumpitur in ſubſtantia, & vẽter licet reſurget, tamen deperibit a ſuo quod nunc habet ad eſcas officio , & neutrũ horũ Deus ad immortalitatem ſeruare diſponit. Propter quod, paruipendenda eſt cura Ventris, & non tanti faciendus eſt neq; venter, neq; cibus, quin quantum ad ventrem & eſcam multa expediat omittere, quæ alioqui ſunt per ſe licita Nemo vero exiſtimet quomodo venter eſcis deputatur, ſic corpus fornicationi item eſſe deſtinatum.

b Corpus autem nõ fornicationi ſed dño, & dominus corpori.

b Corpus enim non fornicationi eſt deſtinatũ, ſed domino, & dominus, corpori vult dñs eſſe, q̃d ad immortalitatẽ & gloriam reſuſcitare diſponit, & in quo habitare vult modo per gratiã, & poſtmodũ per gloriam.

c Deus vero & dñm ſuſcitauit, & nos ſuſcitabis, per virtutẽ ſuã.

c Et ſicut dominum Ieſum Deꝰ tertia die ſuſcitauit a mortuis, ſic & noſtra corpora per virtutem ſuam, oportuno tẽpore reſuſcitabit. Cum igitur ſic Deus ĩmortalitatis & reſurrectionis honorare noſtra corpora digneť, nõ debemꝰ ea nos fornicatione inhonorare.

d Neſcitis q̃a corpora veſtra membra ſũt Chriſti.

d Mirũ, q̃d non attenditis corpora veſtra adeo digna eſſe, vt ſint mẽbra Chriſti.

e Tollens ergo mem

e Vos ipſi iudicate, ſi non res indigniſ

ſima ſit membra Chriſti ab ipſo auelle re, & fœdiſſimæ meretrici inſerere. a Sciendum vero, quod is qui meretrici copulatur, in vnum corpus cũ ea quodammodo congulutinatur quæ cõglutinatio, per corporum fit cõmixtionẽ. b ſicut i Geneſi de legitima copulatione legitur, quod vir & mulier (quãtum ad actum cõmixtionis illius) ſunt quaſi duo in carne vna. c Quo contra qui Deo ſe per amorem adiũgit, vnũ cum Deo in ſpiritu efficitur, vt ſint vnum, ſpiritus diuinus, & ſpiritus humanus d Fugite (dico) modis omnibus fœdiſſimum illud fornicatiõis vitium, vel ob ſolam ipſius fœdiſſimam fœditatem. e Cætera enim peccata, corpus non maculant, ſed animam tãtum, etiam ſi per corpus fiant. Fornicatio vero, corpus ipſum fœdiſſima fœditate immundãs, miſere atq; ſenſibiliter cõmaculat. f Attẽdite, q̃ſo, & itelligite, q̃m corpa veſtra ſpũſſanct⁹ ſibi in tẽplũ, totiq; trinitati conſecrauit, quẽ ſpiritũ pro magno munere habetis a Deo, & nõ eſtis veſtri, vt vobis liceat veſtris mẽbris p libito abuti. g Precio eĩ magno valde (id eſt ſanguine Chriſti) redẽpti eſtis e manibus diaboli, ad ſeruitutẽ Dei. h Propter quod neceſſe eſt vt Deum qui vos emit portetis atq; glorificetis etiam in corpore veſtro.

bra Chriſti faciã mẽbra meretricis? abſit.

a An neſcitis, q̃m qui adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur

b Erũt ei (ĩquit) duo in carne vna.

c Qui autẽ adhæret Deo vnus ſpũs eſt.

d Fugite fornicationem.

e Oẽ enim peccatũ, quodcũq; fecerit homo extra corpus eſt, qui aũt fornicatur, in corpus ſuum peccat.

f An neſcitis, quoniã mẽbra veſtra templũ ſunt ſpũs ſancti, qui in vobis eſt, quẽ habetis a Deo, & nõ eſtis veſtri.

g Empti enim eſtis p̃cio magno.

h Glorificate & portate Deum, in corpore veſtro.

TEXTVS CAP. Septimum.	¶ ELVCIDATIO CAPITIS Septimi.
a De quibus autem ſcripſiſtis mihi. b Bonum eſt homini, mulierem non tangere.	Pa Oſthęc reſpondendum eſt, ad ea de quibus per litteras me interrogaſtis. b Principio, quantum ad ea quę de matrimonialibus requiſitis, ita definio, bonum eſſe viro, ſi poſſit omnino a muliere abſtinere.
c Propter fornicationem autem, vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat.	c Ob euitandum tamē fornicationis periculum, nō hoc prępicitur, ſed tāquam licitum permittitur vnicuiq; viro, ſibi propriam habere mulierem iunctā matrimonio.
d & vnaquęq; ſuū virum habeat.	d & cuilibet mulieri, permiſſum ſit habere proprium maritum, vt per ſacramentum matrimonij, ſit remedium aduerſus fornicationem,
e Vxori, vir debitū reddat, ſimiliter autem & vxor viro.	e Teneatur vxor debitum reddere viro, & nihilominus vir mulieri, ſi conueniēter & rationabiliter poſtuletur.
f Mulier ſui corporis poteſtatē non habet ſed vir.	f Mulier enim, ſuum corpus tradidit in poteſtatem viri per matrimonialem conſenſum
g Similiter autem & vir, ſui corporis poteſtatem non habet, ſed mulier.	g & vir corpus ſuum ſubiecit poteſtati mulieris (quantum ad actū hūc matrimonialem, in quo pares ſunt ambo) ſic vt altero alterum requirente rationabiliter, non liceat negare corporis vſum,
h Nolite fraudare inuicem niſi forte ex cō ſenſu, ad tempus, vt vacetis orationi. i & iterum reuertimini in idipſum, ne for-	h Nolite inuicem ſubtrahere fraudulenter debitum, niſi id ex cōmuni fiat vtriuſq; cōſenſu, ad tēpus cōmuniter conſtitutum, vt poſſitis diligētius orationi inſiſtere; i Poſt quod tamen

tempus tranſactum, rurſum erit in vnūconueniendum ſicut prius propter infirmæ carnis incontinentiam ne forte in tentationem vos inducat Satanas.

a Non hoc dico, quaſi imperans vobis, ſed quaſi indulgens (nempe, vt reuertantur in idipſum, & vt quiſq; ſuam vxorē habeat, & vnaquæq; virum ſuū)

b Optarem autem magis, omnes eiuſmodi eſſe qualis ſum ego, id eſt, ſine cōiugis cōſortio. c ſed Dei voluntas alij donat mai⁹ alij minus donū, vt ſit hui⁹ donū caſtitas virginalis, alteri⁹ vidualis alteri⁹ matrimonialis. d Singulariter aūt, ijs qui nondum ſunt matrimonio iuncti, & viduis, dico conſultum eſſe, ſi ſic vt ſunt permanſerint ſine coniuge, quemadmodum & ego ſine coniugis conſortio permaneo. e At ſi timeant ſe nō poſſe continēter viuere, licite poſſunt inire matrimonium. f Prǽſtat ſiquidem matrimonio iungi, quam cōcupiſcentiæ ardoribus libidinoſe ad lapſum agitari, eiſq; ſuperari. g Cæterū illis qui iam matrimonio ſunt iūcti præcipio, non ex me, ſed ex pręcepto Domini, ne vxor a viro diſcedat, excepta fornicationis cauſa, h Quod ſi eam contigerit iuſta cauſa diſcedere, non poſſit tamen priore viuente alteri nubere, ſed maneat vt eſt, ſeque contineat Aut ſi continere non poteſt, potius re

tentet vos ſatanas, propter incontinentiā veſtram.

a Hoc aūt dico ſecundū indulgentiā, & nō ſecundū imperium.

b Volo aūt oēs vos, eſſe ſicut meipſum.

c Sed vnuſquiſq; propriū donum habet ex Deo, alius quidē ſic, alius verò ſic,

d Dico aūt nō nuptis & viduis, bonū eſt illis ſi ſic pmanſerint ſicut & ego.

e Quod ſi nō ſe continēant, nubant.

f Melius eſt enī nubere, quam vri.

g His aūt qui matrimonio iuncti ſunt, pręcipio non ego ſed dn̄s vxorē a viro nō diſcedere.

h Quod ſi diſceſſerit, manere inuptā, aut viro ſuo reconciliari,

a Et vir vxorem non dimittat.

uertatur ad virum priorem. a Neque magis liceat viro, vxorem deſerere. In his enim pares ſunt ambo coniuges. Atque hęc dicta ſint iis, quorum vterque fidelis exiſtit. Nūc autem de illis loquimur, qui pariter in infidelitate contraxerunt matrimonium, ſed poſtea conuerſo altero ad fidem Chriſti, alter manet infidelis. b Cæteris ergo huiuſmodi ſic ordino, non quidem ex Domini præcepto, ſed ex meo conſilio vt ſi quis non ita faciat, non tamen ob hoc pęccauerit. c Ego tamen vt vtilius conſulo, ſi Chriſtianus aliquis ad fidem Chriſti in matrimonio conuerſus, vxorem habeat permanentem infidelem, quæ velit cum eo pacifice abſque iniuria nominis Chriſti permanere, vt illam non deſerat, pretextu Chriſtianiſmi. d Similiter & mulier, ſi conuertatur viro non conuerſo, & ille conſentiat pacifice ſine iniuria Chriſtiani nominis, cum illa permanere vt ante, nec ipſa deſerat virum ſuum, Chriſtianitatis prætextu. e Vincit enim ſanctitas viri fidelis, immundiciam mulieris infidelis, vt huic nihil nocere valeat illius immundicia, & vincit ſimiliter mulier fidelis, eiuſque fidei ſanctitas, viri ſui infidelis immundiciam, ita vt per ſuam fidem, ex illius copula nihil queat maculari.

b Nam cęteris dico ego non dominus.

c Si quis frater vxorē habet infidelem. & hęc conſentit habitare cum illo, nō dimittat illam

d Et ſi qua mulier fidelis habet virū infidelem, & hic conſentit habitare cū illa nō dimittat virum.

e Sāctificatus eſt enim vir infidelis, per mulierem fidelem, & ſanctificata eſt mulier infidelis, per virū fidelē.

a Alioqui enim ſi ſic paſſim inuicem deſeritis, cœperitiſque vrgentibus concupiſcentiæ ſtimulis aliјs commiſceri, periculum eſt ne immundos & ſpurios illegitimoſque procreetis filios, quos nunc in legitimo coniugio mundos & legitimos recipitis. b Si vero coniugum alter infidelis, malicia ſua ob fidem coniugis fidelis ſcandalizatus, voluerit diſcedere, habeat ſibi. Non enim ſic ſubiectus eſt Chriſtianus ſeruituti, in eiuſmodi rebus. c Cum ad pacem Deus ſuos Chriſtianos vocauerit ita vt nihil neceſſe habeat fidelis, ſeruiliter ſectari malicioſe diſcedentem, & cum ea in perpetua diſſenſione viuere. Quã quam autem, quod ſupradixi, non vt præceptum domini dedi, tamen vt vehemẽter vtile conſulo. d Neſcit enim mulier, ſi forte virum aliquando Deus velit per eam ſaluare, & forte Deus per virum diſponit mulierem lucrari, eamque per illum ad ſuam fidem conuertere, propter quod nõ conſulo inuicem ſine cauſa dimittere ꝑtextu Chriſtianitatis, ſed magis ſimul ꝑmanere, ad inuicem lucrãdũ. e Hoc tm̃, vt vnuſquiſq; ſic agat ſicut illi dominus dederit. f In quo ſtatu Deus vnumquemque vocauit, in eo ipſe bene conuerſetur, quod vbique ego prædico in omnibus eccleſiјs. g Exempli gratia. In circunciſio-

a Alioquin filiј veſtri immundi eſſent.

Nũc autem ſancti ſũt

b Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat. Nõ enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, vel ſoror in eiuſmodi.

c In pace autem vocauit vos Deus.

d Vnde enim ſcis mulier ſi virum ſaluum facies? aut vnde ſcis vir, ſi mulierem ſaluam facies.

e Niſi vnicuiq; ſicut diuiſit dominus.

f Vnũquẽq; ſicut vocauit deus, ita ambulet & ſicut in oĩbus eccleſiјs doceo.

g Circunciſus aliquis vocatus eſt, non ad-

ducat præputium.
a In præputio autẽ aliquis vocatus eſt, nõ circuncidatur.
b Circunciſio nihil eſt,et prꝑputiũ nihil eſt,ſed obſeruatio mandatorũ dei.

c Vnuſquiſq; ĩ qua vocatione vocatus eſt,in ea permaneat.

d Seruus vocat⁹ es: non ſit tibi curę, ſed & ſi potes fieri liber magis vtere

e Qui enim in domino vocatus eſt ſeru⁹ libertus eſt domini.

f Similiter q liber vocatus eſt,ſeruus eſt Chriſti.

g Precio empti eſtis nolite fieri ſerui hominum.

ne eras cum te vocauit Deus,non ſit tibi curæ adducere ritus gẽtiles. a in gẽtilitate vocatus es,nõ ſit tibi curę ſupinducere obſeruantias legales. b Ad ſalutem enim ,nihil valet circunciſum eſſe au t eſſe incircunciſum ſecundum carnem, ſed obſeruare mandata Dei, id ſolum eſt quod ſaluare homines poteſt. c Quicunq; in bono aliquo ſtatu & licito, ad fidem Chriſti vocatus es nõ ſis anxius proſtratus illius commutatione,quaſi in illo ſalutẽ conſequi nõ poſſis.In omni enim ſtatu honeſto & bono,Deo placere poſſum⁹. d Exẽpli gratia ſi ſeruus es qui vocaris ad fidẽ,nõ ſis pro ſeruitute anxius.Verum tamẽ ſi potes & offeratur occaſio,tum magis vti libertate fuerit conſulẽdum. Non debet (inquam) ſeruus eſſe anxi⁹ ob ſuam conditionẽ,quoniã in Deo æquales ſunt ſeruus & dominus, e Nã ſeruus cõditione,fact⁹ fidelis, licet hominis ſeruus,tamẽ domini libertus eſt, coram Deo a peccatis, & per Deum e manu diaboli , liberatus. f Similiter & ille qui liber erat antequam vocarẽ ad fidem , factus fidelis , quanquam nulli ſit hominum ſeruus, tamen Chriſti ſe debet ſeruum agnoſcere,ita vt omnibus ex ęquo Chriſtianis ſit commune qđ ſerui ſũt Dei & Chriſti g Precio ſiqdẽ empti ſanguinis filij Dei,non

debetis vltra ſeruire hominibus, niſi in domino, ſic vt illū ſemper qui vos ſanguine ſuo emit, tanquam præcipuum & primum dominum habeatis, cui ſeruiatis propter ſeipſum. a Iterum ergo dico vnuſquiſq; Chriſtianus, in aliqua vocatus conditione licita atq; honeſta, in qua Deo ſeruire poſſit, ſine anxietate in ea permaneat, confidenter coram Deo conuerſando, qui nullum ſtatum deſpicit. b Cæterū, de virginitatis obſeruantia, præceptum a domino nullū habeo. c Quid tamē mihi ſuper hac re videatur poſtulatus conſilium dabo ſecundum veritatem, tanq̄ is qui a domino ſum miſericordiam conſequut⁹, vt in meo miniſterio tanto eſſem fidelior, quanto fueram ex me tanta vocatione indignus. d Tanq̄ fidelis ergo Apoſtolus, iudico bonam eſſe virginitatis obſeruantiam, propter multimodam quæ in matrimoniali ſtatu occurrit, neceſſitatem, per quam a diuinis rebus, impediuntur, qui viuunt in matrimonio, propter quod ego iudico bonū eſſe homini, ſic permanere in virginitate. e Si per matrimonij vinculum vxori es alligatus, bonum ſtatum tenes, noli fruſtra laborare, vt ab illo vinculo abſoluaris. f Si vero ab vxoris vinculo liber exiſtis, conſulo vt ab vxore abſtineas. g Qui autem vxorem accepe-

a Vnuſquiſq; ergo in quo vocatus eſt frater in hoc pmaneat apud Deum.

b de virginibus autē præceptum domini non habeo,

c conſilium aūt do, tanquā miſericordiā conſequutus a domino, vt ſim fidelis.

d Exiſtimo ergo hoc bonū eſſe, propter inſtantē neceſſitatem.

quoniā bonum eſt homini ſic eſſe.

e Alligatus es vxori, noli querere ſolutionē

f Solutus es ab vxore, noli querere vxorē.

g Si aūt acceperis vxo

rem non peccaſti:& ſi nupſerit virgo, non peccauit.

a Tribulationem tñ carnis habebunt huiuſmodi.

b Ego autem vobis parco.

c Hoc itaq; dico fratres ,tempus breue eſt,reliquum eſt, vt & qui habent vxores,tanq̃ non habentes ſint.

d & qui flent,tanq̃ non flentes.

e & qui gaudent tā q̃ non gaudentes.

f & qui emunt,tanq̃ non poſſidentes:& qui vtuntur hoc mūdo,tanquam non vtentes.

g Preterit enim figura huius mundi.

h Volo aũt vos ſine ſolicitudine eſſe.

tit,peccatũ nullũ facit,& q̃ viro nupſerit,non peccat. a Sciāt tamē,ſecũdum carnis neceſſitatē multas ſibi inſtare afflictiones & labores,quibus a diuina p̄fecta ſeruitute impediantur, b Quib⁹ aũt placet, tanq̃ rem licitā,(quāquā min⁹ bonā p̄mitto) matrimoniũ, ſecũdum iudulgētiā,eo quod minus bonũ eſt,conuētus,nō ſummum exigens. c Hoc tantũ oēs admoneo.Cum tp̄s huius vitæ momētaneum ſit, illud nobis eſt videndum , vt qui vxores habent, ſint quaſi non habētes ,domino magis quā illis per amorē adhærentes. d & q̃ ob neceſſitates varias lugēt,ſint quaſi nō lugentes ,ęquo aīo ferentes quæ vel ex matrimonij caſibus,vel alias vndecũq; obtingũt e & qui vel ex cõiugij ſui fœlicitate,aut alia quauis proſperitate gaudent ,tanquā non gaudētes ſint, f & qui theſaurizant filijs ſuis ſit quaſi non poſſidentes ,et qui cogũtur vti hoc mundo,cauſa victus conquirēdi,tanquam non vtentes . In omnibus inquam,his non apponant cor rebus momētaneis,neq; nimio affectui inhęreant vlli creaturæ. g Eſt enim caduca & tranſitoria huius ſæculi figura,id eſt, ſtatus omnis et diſpoſitio, h Ego autem quod conſulendo virginitatem præfero , ob hoc facio ,quia cupio vos eſſe ſine anxia ſolicitudine p̄ rebus

iſtis mox perituris & momẽtaneis, quæ a Dei ſeruitute miris modis hominem diſtrahunt, a Qui ſine vxore eſt vnam habet curam, vt placeat Deo, neque eſt amplius ei conſiderandum, niſi quomodo in omnibus ſuis quæ agit operibus, placitam Deo ſeruitutem exhibere poſſit. b Qui autẽ vxorẽ habet, aliquã neceſſe eſt ſollicitudinẽ tpalibus rebus impertiat, vt ea conquirat, quibus vxorem alat cum liberis partim etiam cõſiderare debet quomodo vxori placeat & ſatiſfaciat. c Atq; hoc pacto dum varijs intendere cogitur, in diuerſa diſtrahitur, ne vni poſſit vacare domino. d Itidem mulier innupta atq; virgo, hoc ſolum curare poteſt, quomodo placeat domino, vt ſit tam corpore quam ſpiritu immaculata, atque perfecta in operibus bonis. e Cum nupta, interim nec eſſe habeat cogitare de temporalibus rebus, quomodo videlicet familiam gubernet, & quæ illi ſunt a viro commiſſa cuſtodiat, & deinde etiã quomodo viro ſuo placeat, ne vllum vel odium vel iram incauta incurrat. f Porro quod vobis ſuadeo virginitatem præferens, propter veſtram vtilitatem facio, vt expeditius atque liberius Deo ſeruire valeatis. Non vt vos in damnationis periculum conijciam, quod facerem, ſi etiam non valentibus

a Qui ſine vxore, ſollicitus eſt quę dñi ſũt quomodo placeat deo

b Qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quę ſunt mundi, quõ placeat vxori

c & diuiſus eſt.

d Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ dñi ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu.

e Quæ autẽ nupta eſt, cogitat q̃ ſunt mũdi. quomõ placeat viro.

f Porro hoc ad vtilitatẽ veſtrã dico, nõ vt laqueũ vobis iniĳciam

a Sed ad id quod honeſtū eſt, & quod facultatem prębeat ſine impedimento dominum obſecrandi.

b Si quis aūt turpē ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, quod ſit ſuperadulta, & ita oportet fieri, quod vult faciat. Non peccat ſi nubat.

c Nā qui ſtatuit ī corde ſuo firmus, non habens neceſſitatē, poteſtatē autem habēs ſuæ voluntatis,
d et hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginē ſuam benefacit.

e Igitur & qui matrimonio iungit virginē ſuam benefacit, & qui nō iungit, melius facit

f Mulier alligata eſt legi quanto tēpore vir eiꝰ viuit. Quod ſi dormierit vir eius, ſoluta eſt a lege. Cui aūt vult nubat, tantū in dño.

continere pręceptum virginitatis imponerem, a ſed velut inuitando eos qui continere valent & volunt, ad honeſtiorem viuendi cōditionem, in qua etiam ſit maior opportunitas, ſine impedimēto aliquo domino iugiter vacandi & ipſum obſecrandi. b Si quis autem pater ſibi reputat turpe illd de virgine ſua quod eam iamdiu adultam nōdum nuptui tradiderit, & annos iam nubiles pene egreſſam virginem teneat, & ſibi videatur ita oportere fieri vt nuptui detur, licitum eſt illi quod velit facere non peccat, ſi eam cum ſuo conſenſu, nuptui tradat. Melius tamen faceret, ſi eā in virginitate ſeruaret. c Nam qui habet in ſua poteſtate vel tradere vel non tradere, nulla compulſus neceſſitate, d & hoc decreuit firmo propoſito cordis ſui, ſeruare ſuā virginem, propter eas quas ſupra diximus rationes, indubie melius facit, non ſolū non peccat, ſemper tamen virginis conſenſu ꝓſuppoſito. e Igitur & qui per matrimonium ſuam viro iungit, rem facit licitā, & qui non iungit propter virginitatis amorem melius facit. Quemadmodū autem de virginitate diximus, ipſam præferendo, ſic tamen vt matrimoniū tanquam licitum permitteremus. f Sic & de ſecundis nuptijs ſimiliter dicimꝰ, quod mulier alligata eſt legi viri, q̄diu

viuit ipſe, ita vt eo viuente, alij nubere non poſſit. Ipſo autem moriente, fit libera ab obligatione illa, vt poſſit ſine peccato alij nubere, & ideo licitum eſt illi, nubere cui volet, Tantum hoc curet vt ad gloriã domini nubat. a Ego autem perfectiorem hac in parte & meli⁹ agere reputauero, ſi i ſua viduitate abſq; nuptiarum iteratione permãſerit, ſecundum meum conſilium. b Ne quis vero meum conſilium paruipẽdat, aut pro nihilo æſtimet, etiam ego ſpiritum domini habere me puto, qui eſt ſpirit⁹ conſilij, ſecundum quem, iſta me fideliter puto conſulere.

a Beatior autẽ erit, ſi ſic pmanſerit, ſecũdũ meum conſilium.

b Puto autẽ, quod & ego ſpiritũ dei habeã.

ELVCIDATIO CAPITIS Octaui.

TEXTVS, CAP. Octauum.

a QVantum vero ad ea quæ idolis immolantur, iam ſcimus omnes, quomodo licitũ ſit ea (quãtum eſt ex ciborum natura) manducare, quoniã omnes iam per fidem edocti, huius rei habemus cognitionem atque ſcientiã, Verum ſunt nonnulli, quibus ſola ipſa ſine charitate ſcientia, occaſioné prębet ſuperbiendi, vt intumeſcant & inflentur in ſemetipſis, deſpicientes infirmorum ſcandala, & ſua ſcientia abutentes in ſcãdalum infirmorum b Scientia enim ſola ſic inflationis eſt

a De his autem quæ idolis ſacrificantur ſcimus, quia oẽs ſcientiã habemus.

b Scientia inflat,

a Charitas vero ædificat.

occaſio. a Charitas vero ipſa eſt, quę & ſibi proficit in ſalutem, & alijs in ędificationem, & huic ſi coniuncta fuerit ſcientia, erit non inutilis. b Si quis autem nimium ſibi tribuēs, ſibi ſapiens videatur, ſic vt ex hac arrogantia ad infirmiores nolit attendere, nondum ille verum tenet ſciendi modum, qui eſt in hoc, vt per ſcientiam proſis quibus poteris, nemini autem nocumentum inferas. c Qui vero charitatē & dilectionem Dei habet (ꝑpter quod ſibi cauet vt nemini obſit per ſcientiam, & proſit proximis) hic a Deo approbatus eſt, & in huius ſcientia complacitum eſt illi.

b Si quis aūt ſe exiſtimat ſcire aliqd, nondū cognouit queadmodū oporteat eum ſcire.

c Si qs aūt diligit deū hic cognitus eſt ab eo.

d Quantum igitur ad ea ſpectat quæ ſūt imolata idolis, primū illud certū habem⁹ in mūdo idolū nullū eſſe tale cuiꝰmodi exiſtimatᷓ diuinitatē hn̄s & vnicū eſſe verū Deū. e Qanq̄ enim ſcd̄m nominationem atq; appellationē, plures dij nominātur, ſiue in cœlo ſurſum ſiue intra deorſum. Siquidem ſic ſecundum nominationem atq; exiſtimationē, ſunt dij multi & dn̄i multi, vnaquaq; gente pro ſuo ritu, ſuos deos & deas deſignante & nominante. f Nos tamē credimus vnum eſſe verum Deum ſecundum naturā atq; ſubſtantiam, qui eſt pater, ex quo originaliter procedūt omnia creata, in quo & nos ſubſiſtim⁹ g & in vnum dominum Ieſum Chriſtū, per quem fecit pater omnia, & per

d De eſcis aūt quę ido lis immolantur, ſcim⁹ quia nihil eſt idolum i mundo, & quod null⁹ eſt deus niſi vnus.

e Nā etſi ſunt qui dicātur dn̄, ſiue in cœlo ſiue in terra, ſiquidem ſunt dij multi, & dn̄i multi.

f Nobis tn̄ vnus eſt deus pater ex quo omnia, & nos in illo.

g & vnus dn̄s Ieſus Chriſt⁹, per quem oia & nos per ipſum.

ipſum nos quoque fideles, regenerati ſumus, cuius eſt vna cum patre diuinitas, a Sed non omnes, nec niſi perfectiores, hanc apprehẽdunt perfectam ſapientiam. b Imo qdam adhuc retinentes priſtinę cõſcientiæ aliquid erga idolum, exiſtimantes aliquid numinis ineſſe idolo, etiam poſt conuerſionem ad fidem Chriſti, manducant (erronea ſuadente conſcientia) idolothyta, in idolorum venerationem aliquam c & conſcientia ipſorum contaminatur, non quidem ex ipſo cibo, ſed propter ſuæ infidelitatis (quam aliqua ex parte adhuc retinent) infirmitatẽ quoniam ad venerationem, vel propter timorem idoli manducant, tanquã ſi aliquid ineſſe credant diuinitatis aut numinis, idolis. In quo errore confirmantur aplius, cum eos vident qui ſcientiã habent, idolothyta manducare, putantes eos ad idolorum venerationem id agere. d Eſca autẽ nos Deo acceptiores non facit, atq; ita ſpiritualiter homini eſca manducata, per ſe non ꝓficit. e Neq; ſi manducaueris, ob hoc abundantior eris, aut efficieris ditior. Neque ſi non mãducaueris eiuſmodi idolothyta, ob hoc vel deficies, vel pauperior fies, atque ita nec corporaliter eiuſmodi idolothytorũ manducatio, quicquam proficit. f Vos autẽ videri

a Sed nõ ĩ omnib9 eſt ſcientia.

b Quidã autem cum conſcientia vſq; nunc idoli, quaſi idolothytũ manducant.

c & conſcientia ipſorũ cũ ſit infirma polluit.

d Eſca autem nos nõ commendat deo.

e Neq; eñ ſi mãducauerimus abundabim9. Neq; ſi nõ manducauerimus deficiemus.

f Videte autem ne forte hæc licentia, veſtra

tis qui cum ſcandalo infirmorum man ducatis, ſi non forte licentia iſta veſtra, & ea qua abutimini poteſtas, infirmis fiat, in offenſionē, atq; ita proximo no cumentum inferat, cum vobis nil pro⸗ ficiat. a Nam ſi infirmior quiſpiam vi derit ſcientia pollētē, in templis idolo⸗ rum mēſis accumbere, & de idolothy⸗ tis cum infidelibus manducare, indu⸗ bie conſcientia eius incitabitur amplius huius exemplo ad manducandum ido lothyta, cū ſit homo ille in fide adhuc imperfectus, & cōfirmabitur ipſe in ſua erronea conſcientia, exiſtimās illum ad idolorum culturam hoc agere. b atq; hoc pacto, per tuæ conſcientiæ liberta⸗ tem non bonam, peribit infirmior Chri ſtianus propter quem Chriſtus etiam mori dignatus eſt. c Neq; dubium eſt, dum ſic peccatis in fratres, lędēdo con ſcientiam eorum infirmam, in Chriſtū redundare peccatum veſtrum, qui ſibi factum reputat, quicquid ei⁹ membris, licet infirmioribus factum fuerit. d Quapropter ſi eſca ſcādalizat fratrē, quam manduco, malo inæternum non guſtare carnem, vel aliam quā libet gra tiſſimā eſcam prorſus abijcere, potius q̄ fratri meo vllam præbere ſcandali occaſionem.

offendiculum fiat in⸗ firmis.

a Si eni quis viderit eum qui habet ſcientiā in idolio recumbentē, nonne conſciētia eius cū ſit infirma, ædificabitur ad māducandū idolothyta?

b & peribit īfirm⁹ in tua cōſcientia frater, ꝓpterquem Chriſt⁹ mortuus eſt.

c Sic autē peccantes in fratres, & ꝑcutien⸗ tes conſcientiā eorum infirmam, in Chriſto peccatis.

d Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrē me um, nō māducabo car nem in ęternū, ne fra⸗ trem meū ſcandalizē.

TEXTVS, CAP. Nonum.

ELVCIDATIO CAPITIS Noni.

Ecce ego ipſe a multis abſtineo propter ſcandalum euitandum infirmorum, quorum tamen habeo poteſtatē, vt merito debeatis meo hac in parte edoceri, a Sum enim vere Chriſti Apoſtolus, & liber, vt cæteri, poteſtatem habēs tanq̄ Chriſti Apoſtol⁹, accipere ſtipēdia a diſcipulis, nec minus ſubiectus ad miniſtrandum ſine ſumptibus, quam cæteri. Ita vt mihi liceat, quicquid illis licet. b Et (ſi quis id requirit) vidi etiam ego Chriſtū dominum, vt cæteri, c Ipſi quoque vos, opus meum eſtis in domino, quoniam vos ego per Euangeliū in Chriſto, mea prędicatione genui. d Vnde & ſi aliorum (nempe Iudęorum) non debeā dici Apoſtolus quibus me deus Apoſtolum & prędicatorem nō deſtinauit vos tamen negare nō poteſtis, quin veſter ſim (hoc eſt gentiū) Apoſtolus. e Nā vos eſtis velut ſignaculum confirmatiuum mei Apoſtolatus, in domino. Veſtra enim ad Deum conuerſione (quæ per mei apoſtolatus miniſterium effecta eſt) noſtri apoſtolatus confirmatur officium, & veritas certificatur. f Et ſi me quis interroget, addubitans de meo Apoſtolatu, num vere Apoſtolus ſim hęſitans, per vos ego coram ſic dubitantibus me defendo, vobiſq; demōſtratis ſic interrogantibus ſatiſfacio,

a Non ſum liber? Nō ſum Apoſtolus?

b Nonne Chriſtū Ieſum dominū noſtrum ego vidi?

c Nonne opus meū vos eſtis in domino?

d Et ſi alijs non ſum Apoſtolus, ſed tamen vobis ſum.

e Nā ſignaculū Apoſtolatus mei vos eſtis in domino.

f Mea defenſio apud eos qui me interrogāt hęc eſt.

a Nunquid non habemus poteſtatem manducandi & bibendi?

b Nunquid non habemus poteſtatem ſororē mulierculam circunducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres domini, & Cephas?

c Aut ſolus ego & Barnabas, nō habem⁹ poteſtatē hoc opandi?

d Quis militat ſuis ſtipendijs vnquā? Quis plantat vineam & de fructu eius nō edit?

e Quis paſcit gregem et de lacte gregis non manducat?

f Nunquid ſecundum hominē hęc dico? an & lex hęc non dicit?

g Scriptū eſt enim in lege Moyſi, Non allis

a Cum igitur veri ſimus Chriſti Apoſtoli per omnia liberi, vt ſunt cęteri, cur non habeamus, etiam nos, poteſtatem manducandi & bibendi, de ſumptibus veſtris? b Cur non liceat nobis, Chriſtianā aliq̄ matronā in noſtro comitatu circunducere, ad ſubminiſtrandum nobis neceſſaria, quemadmodum cæteri faciunt Apoſtoli? Ipſi etiam qui ſunt inter illos primi fratres domini, Iacobus, & Ioannes, Imo & Petrus, Apoſtolorū caput ac princeps c Qua ratione nobis ſolis, id eſt, mihi & Barnabæ ſocio peregrinationis meæ, nō licebit hoc agere, quod omnibus permittitur, & licet omnibus? Quod autem ex aliorum Apoſtolorum exemplis modo oſtendimus, naturalis etiam ratio docet, & ciuilis conſuetudo confirmat, d Omnis qui militat, iuſtum accepit militiæ ſtipēdium, ab eo cui militat. Et omnis qui in vineæ cultura, laborem & operam impendit condignum accipit ſui laboris atque operis præmium ab eo cui laborat. e Et qui egregem paſcit, pro labore & cura ac diligentia, quam in paſcendo impendit, debet inde ſuſtentari & quæ ſunt neceſſaria ſumere. f Et ne humanis rationibus ſolis me agere exiſtimetis, ecce diuinę ſcripture habem⁹ teſtimoniū. g In lege eni Moyſi ꝓceptū eſt, boui laborāti in tritura ad vſū

humanũ, nõ denegari victus neceſſaria ſed illa in laboris p̃miũ reddi. a An vero hoc in p̃cepto, putamus de bobus, animalib⁹ brutis, principalẽ curã & primariã deũ habuiſſe? b Ego vero multo magis puto, de p̃dicatorib⁹ præceptũ iſtud debere intelligi. Sunt em̃ hæc ꝓpter nos ſcripta, & ſub boũ noĩe, de nobis ꝓ Chriſto laborantibus p̃ceptũ eſt datũ, vt intelligatur vnumquẽq; operarium mercede ſuſtentationis dignum eſſe. c Quoniam qui arat, ex labore fructum ſperare mercedis, iure optimo poteſt & qui in tritura laborat, mercedẽ debitam iuſte expectat. d Nos igit̃ q vobis ſeminauimus multa prædicationis diligẽtia ſpiritualia, ſi veſtris tẽporalibus bonis vtamur ad neceſſitatẽ non magnũ vobis videri debebit e & ſi alij qui minus in vobis laborauerunt, aut etiã falſo prædicauerũt pſeudapoſtoli, vſi ſunt hac poteſtate in vobis, nobis id potiore iure, vtiq; licebit. f Sed tamen noluimus hac poteſtate noſtra vti. g Quin potius in omnibus patiẽtes ſumus, ita vt etiã penuriam pati magis velimus, ne forte vllũ poſſit ex hoc præſtari aut accipi impedimẽtum, quo impediatur profectus Euangelij. Deniq; & ex conſuetudine, tam gentilium quam Iudæorũ vetuſtiſſima cognoſcere poteſtis, licitum nobis eſſe a vobis

gabis os boui triturãti.

a Nunquid de bobus cura eſt deo?

b An propter nos vtiq; hæc dicit? Nam propter nos vtiq; ſcripta ſunt.

c Quoniam debet in ſpe, qui arat, arare, & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi.

d Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnũ eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus?

e Si alij poteſtatis veſtræ participes ſũt, quare non potius nos?

f Sed non vſi ſumus hac poteſtate.

g ſed omnia ſuſtinem⁹ ne quod offendiculũ dem⁹ Euãgelio Chri.

a Neſcitis, quoniam qui in ſacrario operātur, quę de ſacrario ſunt edunt.

b Et qui altario deſeruiūt, cum altario participant?

c Ita & dñs ordīauit his qui Euangeliū annūciant, de Euāgelio viuent.

d Ego aūt nullo horū vſus ſum. Nō autē ſcripſi hęc, vt ita fiāt in me.

e Bonum eſt enĩ mihi magis mori, q̄ vt gloriā meā quis euacuet.

f Nam & ſi euāgelizauero, nō ē mihi gloria, neceſſitas enĩ mihi incumbit.

g Vę enim mihi eſt, ſi non euangelizauero.

h Si enĩ volēs hoc ago, mercedē habeo.

ſtipendia accipere, quanquā id minus facimus. a Nam qui in templo operibus inſiſtūt, ea quæ illic agenda veniunt peragentes, de templi prouentibus iure ſuſtentantur. b Et qui in altaris occupātur miniſterio, de his quę in eo offeruntur ius eſt eos partem ſumere, ad ſui victus neceſſitatem, & vitæ ſuſtentationem. c Conformis eſt domini ordinatio, qua ordinauit iís qui Euangelicę prædicationi inſeruiunt, & vitæ neceſſaria, ex ſua illa adminiſtratione licite ſuſcipiant. d Attamen nullo horū vti volui, cū tot modis iure optimo potuiſſem, Neq; ad hoc iſta nunc diſſerui, qđ ſuadere velim vobis, vt ea vel nunc in me compleatis. e Malim enim quiduís perpeti, etiam mortis diſcrimina, poti⁹ q̄ hanc gloriam euangelizādi vobis ſine ſumptibus, deperire mihi aut auferri ſinam, ſed eam mihi integram atq; ſolidam ſeruare volo. Cum ego enim plus omnibus peccauerim, & proinde plus omnibus debeam laborare, non reputo magnum & glorioſum, ſi euangelizauero tantum. Nam hoc neceſſario & ex debito faciendum incumbit, g ita vt certa me maneat dānatio, ſi cōmiſſum mihi Euangelij munus, penit⁹ recuſauero, aut omiſero. h Si eñ libenter & ex animo præceptum mihi miniſterium prædicationis adminiſtra

uero, mercedem quidem ſuſcipiam & erit in hoc mihi gloria. a Si autem velut coactus, & nō ex animo, credita quidē eſt, & manet mihi adminiſtratio, & aliis quidem fructum non mihi faciam b. In quo ergo ego mihi mercedem reputo, & in quo eſt hęc gloria quam quęro? c In hoc vtiq;, vt Euangelium ſine ſtipendio prædicans, ipſum ſtabiliam, confirmem, atque commendatum reddam, in hoc (inquam) vt non vtar poteſtate mea, ad id quod eſt minus bonū, quod ego abuſum mihi reputarem, pręſertim cum ex vſu poteſtatis meæ, occaſionē poſſent, ſumere pſeudapoſtoli Iam enim ſemel meipſum totum dedi Euangelio, vt illud quanto poſſum maiore fructu annūciem. d Cum enim eſſem ſic ab omnibus liber, vt nulli prorſus eſſem ſubiectus, propria voluntate meipſum feci omnium ſeruum propter amorem Euāgelij, vt plurimos lucrarer domino. e Et accommodaui me Iudæis vt eos ad Chriſtum adducerem, quaſi & ipſe Iudæus eſſem, legem obſeruātibus accōmodaui me & condeſcendi, quaſi & ipſe ſub lege eſſem (cum tamen ipſe ſub lege Moſaica nō amplius ſtringerer factus Chriſtianus) quo paulatim eos, vel tandem ad Chriſti legem perducerem. f Gentibus quoque ſine ſcripta lege viuētibus me accommoda-

a Si autem inuitus diſpenſatio mihi credita eſt.

b Quę eſt ergo merces mea?

c Vt Euangeliū prædicās ſine ſumptu ponam Euangeliū vt nō abutar poteſtate mea in Euangelio.

d Nam cum liber eſſem ex omnibus, omnium me ſeruū feci, vt plures lucrifacerem.

e Et factus ſum Iudęis tanquā Iudęus, vt Iudęos lucrarer. His qui ſub lege quaſi ſub lege eſſem (cum ipſe non eſſem ſub lege) vt eos qui ſub lege erant lucrifacerem.

f Iis qui ſine lege erāt tanquā ſine lege eſſē (cum ſine lege dei nō

eſſem, ſed in lege eſſē Chriſti) vt lucrifacerem eos qui ſine lege erant,

a factus ſum infirm9 infirmis, vt infirmos lucrifacerem.

b Omnibus omnia factus ſum, vt omnes facerem ſaluos.

c Omnia autem facio propter Euangelium vt particeps eius efficiar.

d Neſcitis ꝙ hi qui in ſtadio currunt, oēs quidem currunt, ſed vnus accipit brauiū.

e Sic currite, vt cōprehendatis.

f Omnis enim qui in agone contendit ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem vt corru-

ui, quaſi & ipſe eſſem ſine lege (cum tamē ſemper legi Dei permanerem aſtrictus) vt eos ad veram Chriſti legem adducerem. a Infirmis condeſcendi, ne eos perderē nimia ſeueritate. & meipſum eis tāquam infirmum exhibui, ne eos ſcandalizarē, ſemper tamen, quantum cum Deo fieri potuit, neq; palpando, neque in malum conſentiendo, ſed infirmitates tantū ſuſtinēdo. b Quid multa? Omnium me accommodaui affectibus atq; conditionibus, cupiēs (q̄tū in me eſſet) atq; adnitēs, vt ſalui fierent omnes, cuiuſcunq; tandem aut ſtatus fuerint, aut conditionis. c Omnia autem hęc ago, propter Euangelium Chriſti vt fructum Euangelij prædicati percipere valeā, in tempore ſuo. Parum aūt eſt, ſi iſta pro euangelij fructu agamus, quandoquidem pro terrenis præmijs homines mūdi huius, mira videmus agere. d Sint nobis in exemplum, qui currunt in ſtadio. Videmus enim omnes, æquali in currendo labore fatigari. cæterū, non omnes itē præmiū accipere, ſed illum tantum accipere victoriæ præmium propoſitum, qui cęteros in curſu anteueterit. e Adeūdem modū, & vobis eſt currendum, & gnauiter agendum, vt quod quæritis, aſſequamini. f Nam qui in certamine contendunt pro uictoria, prouide

abſtinēt ab omnibus, quæ impedimento poſſint eſſe a conſequenda victoria & illi quidem hæc faciunt, propter adipiſcendum propoſitum temporale præmium, Nos autem, propter conſequendam incorruptibilem & immarceſſibilem æternæ gloriæ, propoſitam coronam. a Ego igitur ſic curro ad propoſitum brauium, vt non in incertum, ſic ego pugno, & velut pugnis verbero, nō quaſi fruſtra aerem cędens, ſed aduerſus hoſtem, nempe carnem propriam, pugilor & luctor, illudq; liuore maceratum in ſpiritus ſubigo ſeruitutem. b Neforte poſtquam aliis prędicauerim, ipſe efficiar reprobus, & mala conuerſatione, aliorum ſcandalizator peruerſus ſi aliis prędicans, propriæ carnis concupiſcentias refrenare, ac mortificare neglexero.

ptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.

a Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertū ſic pugno, nō quaſi aerem verberās, ſed caſtigo corpus meum & in ſeruitutē redigo.

b Ne forte cum aliis prædicauero, ipſe reprobus efficiar.

ELVCIDATIO CAPITIS Decimi.

TEXTVS, CAP. Decimum.

NE vero ſibi quis ſecuritatem putet, quod Chriſti ſit myſteriis initiatus, exemplis priorum patrum oſtendendum eſt nobis, non omnes qui diuinis beneficiis digni ſunt habiti, ſalutē fuiſſe cōſequutos. a Hoc itaq; volo attenddatis, quod ſine delectu patres illi omnes, qui de Aegypto exierūt, & boni & mali, ſub nubis duca-

a Nolo enī vos ignorare fratres, quoniam patres nrī oēs ſub nu-

be fuerũt, & oẽs mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſũt, in nube & in mari.

a Et omnes eandem eſcã ſpiritualem mãducauerunt, & oẽs eundem potum ſpiritalem biberunt.

b Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra.

c Petra autem erat Chriſtus,

d Sed non in pluribus eorum beneplacitum eſt deo Nam proſtrati ſunt in deſerto.

e Hęc autem in figura facta ſunt noſtri, vt non ſimus cõcupiſcentes malorum ſicut & illi concupierunt.

f Neq; idololatrę efficiamini, ſicut quidam ex ipſis quẽadmodum ſcriptum eſt, Sedit populus manducare & bibere & ſurrexerunt ludere.

tu & protectione fuerunt, & omnes per mare ſiccis veſtigijs trãſierunt. Omnes ĩtẽ in Noyſi ducatu, & nubis claritate, atq; protectione, in mare ingreſſi ſunt, in ſignũ futuri baptiſmatis, per quod ab Aegyptiaca conuerſatione ad vitæ nouitatem, tranſire oportet. a Omnes item boni & mali, ſimilem omnino miraculo datam eſcam manducauerunt, & omnes ſimilem, miraculo datum potum, biberunt, quæ erant ſigna ſpiritualis cibi ac potus futuri. b Bibebant vero de largitate petræ illius ſpiritualis, quæ eis vbiq; aderat, & velut comitatur in auxilium. c Hanc autem petram dico Chriſtum, non ſaxũ illud duriſſimum quod de ſe aquas dare non poterat. d Et quãquam aquę omnes diuina percepiſſent beneficia, nõ tamen in eorum multitudine complacuit domino cum ſint ob ſcelera ſua in deſerto plurimi eorum occiſi. e Hęc autẽ Deo diſponẽte, in exemplum nobis pręceſſerũt, vt illorũ exemplis pœniſq; territi caueamus cõcupiſcentes eſſe malorum, quales illos fuiſſe legimus quos etiam ſatis imitari videntur, qui ſe p voracitatẽ idolothytis cũ ſcãdalo ĩgurgitãt. f Neq; efficiamur idololatrę ſicut qdã ipſorum, de qb9 ſcriptũ ẽ q poſt abũdãtes epulas & cõpotatiões ſurrexerũt ad honorẽ vituli ludere, cui vicio

éſtis proximi, ſi ſic pergatis idolorum
menſas frequentare. a Neque forni-
cemur, vt illi cum filiabus Moab quorũ
vno die perierunt gladio vltionis, vigin
tia tria milia. Solet enim hoc vicium eſ-
ſe conſequens ad crapulam. b Neq;
tentemus Chriſtum, ſicut quidem ex il-
lis tentauerũt Deum, qui immiſit in eos
ſerpentes ignitos, At Chriſtum tentat
qui infirmorum conſcientiam ob ſuam
ingluuiam nihili facit. ſimul & ſeipſum
peccatorum diuerſorum periculis expo
nit. c Neq; murmuraueritis, ſicut ex il
lis quidam propter tædium & laborem
itineris, & terram promiſſionis, quos di
uina potentia penitus deleuit in deſer
to. Hoc autem in proximo eſt ſi noſtris
monitis velitis reſiſtere. d Hæc autẽ
omnia illis quidem contingebant in ef-
fectu, ſed nobis ad exẽplũ, atq; ita de
ſcripta ſunt ad acriter ſeuereq; ac diſtri
cte commonefaciẽdos nos, qui (diſpo
nente Deo) in hæc nouiſſima tempora
deuenim⁹. Horũ ergo exẽplis admoni
ti, diſcamus eſſe ſolliciti, nõ ſegnes, aut
ocioſi. e Qui itaque modo ſe ſtare in
Dei gratia confidit, ſollicite proſpiciat,
ne quomodocunque, ab illa in qua ſtat
gratia, excidat. f Cauete vero ne vllã
permittatis in animo tentationem do-
minari, vt fiat inſuperabilis, per veſtrã
incuriam, aut negligentem deſidiam.

a Neq; fornicemur, ſicut quidem ex ipſis fornicati ſunt, & ceci-derunt vna die, viginti tria milia.

b Neque tentemus Chriſtũ, ſicut quidam eorum tentauerunt, et a ſerpẽtibus perierũt.

c Neq; murmuraueritis, ſicut quidã eorũ murmurauerũt, & perierunt ab extermina-tore.

d Hæc autem oĩa in figura contingebãt illis, ſcripta ſunt aũt ad correptionem noſtrã, in quos fines ſeculorũ deuenerunt.

e Itaq; q ſe exiſtimat.

f Tentatio vos nõ apprehẽdat niſi humana

a Fidelis autē de⁹ eſt qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis

b ſed faciet etiam cū tentatione prouentū, vt poſſitis ſuſtinere.

c Propter quod chariſſimi mihi, fugite ab idolorum cultura.

d Vt prudētibus loquor, vosipſi iudicate quod dico.

e Calix benedictiōis cui benedicimus, non ne communicatio ſanguinis Chriſti eſt?

f Et panis quem frangimus, nōne paticipatio corporis dñi eſt.

g Et enim vnus panis & vnum corpus multi ſumus omnes

Nā tentationes humanas & leues prorſus excludere, eſt impoſſibile. a Quod quidem ad Deum pertinet, ipſe fidelis eſt & verax, nec patitur vos ſupra vires tentari. b Quinetiam tentationi vtilem dabit exitum, & cum tentatione virtutis augmētum, vt tam propter diuinę virtutis auxilium quam propter vtilitatē exit⁹, & poſſitis facile & velitis ſuſtinere, ſic vt nō fracti ſuccūbatis, c Propter quod Chariſſimi, ne in vllum peccatum cadatis, neq; vopbiſipſis cauſa ſitis lapſus veſtri, fugite ab idolorum cultura. d Et quoniam hac in re vos ſatis prudentes intelligenteſq; iudico, ecce veſtrum requiro iudicium, Vos ipſi iudicate, ſi non rationabile ſit, quod dico. e Calix ille qui per ſacerdotis viſibilem, & Chriſti inuiſibilem benedictionem conſecratur, & pro quo Deo laudem damus & gratias agimus, nonne eſt participatio Sāguinis domini, ſic vt qui illum bibat, particeps fiat Sāguinis domini, quem percipit, & bibit? f Et panis ille, per ſacerdotis benedictionem in verum corpus Chriſti conſecratum, nonne participatio corporis Chriſti eſt, ſic vt qui de illo manducauerit, particeps efficiatur corporis domini, quem percipit & manducat? g Nihil dubium, quin hoc ita ſit, quandoquidem nos omnes, qui de vno iſto pane

& de vno iſto calice percipimus & participamus, propter vnitatem corporis & ſanguinis domini, quod communitèr ſumimus, & cui communiter incorporamur, tanquam vnus panis efficimur, & vnum corpus, cuius ipſe eſt caput. In quo hanc vnitatem conſequimur, vt quaſi multa grana in vnum panem conſlemur, & quaſi multa membra in vnum corpus, per ſpiritum eius compaginemur. a Rurſum, Iſraelitas attendite, qui ſecundum carnalem ſuã obſeruantiam adhuc vmbris inhærẽt. b Nonne qui hoſtias in altari oblatas edunt, participes eſſe dicuntur altaris? Ad eundem modũ ergo etiam qui mãducãt panem, aut calicẽ benidictionis, corporis & ſanguinis chriſti participes eſſe dicuntur. c Nunc ergo dicat mihi aliquis, Tu cum tam diſtricte nobis, quæ ſunt idolis immolata, prohibes, an dicis: idolis aliquid eſſe immolatum ſicut exiſtimatur, ita vt aliquid ex idolo vel ex illa oblatione contrahat, propter quod ex ſe ſit immundum? Aut idolũ tale aliquid eſſe putas, quale homines infideles exiſtimãt numinis aliquid habens, vt ſic nos ab illis deterreas, quæ ſunt idolis immolata? d Non vtique hoc dico, neque exiſtimo. Dico tamen quod gentes ea quæ immolant quan

ꝙ de vno pane & de vno calice participamus.

a Videte Iſrael ſecundum carnem.
b Nonne qui edunt hoſtias, participes ſũt altaris.

c Quid ergo? dico ꝙ idolis immolatum ſit aliquid aut ꝙ idolũ ſit aliquid.

d Sed ꝙ imolant gentes, dæmonĳs immolant, & non Deo.

tum ex ſua intentione peruerſa, dæmo
nijs immolant, quæ venerantur in ido
lo, & non Deo atque ita participat quo-
dammodo cum demonijs, quæ de ijs
manducat quæ illis ſunt oblata & con-
ſecrata. a Ego autem nolo vos parti
cipationem vllam aut communionem
habere cum dæmonijs, quos ad Chri-
ſtum ab eiuſmodi vanitatibus, magno
labore, aſſiſtente gratia Dei, conuerti.
b Quia fieri nequit, vt ſimul & calicē
domini bibatis, & calicē dęmonijs obla
tum. c Neq; poteſtis ſumere demen
ſa domino conſecrata, & ſimul de ea q̄
eſt apparata dęmonijs. Non poteſt em̄
eſſe vnum, particeps, vel communicās
cum domino, qui velit participare cum
dæmonijs. d An fratres irritare quæ
rimus dominum? An ſperamus nos il-
lo fortiores, vt nihil formidemus eum,
manducantes idolothyta cum ſcanda-
lo infirmorum? e Iam ſupra dixi mi-
hi licere omnia, quęcunq; non ſunt iu-
re prohibita, quemadmodum & ſum-
ptus accipere, & cibos quoſlibet man-
ducare ſine delectu, ſed non omnia in-
differenter expediunt. f Omnia qui-
dē eiuſmodi, licita ſunt per ſeſe, ſed nō
omnia proximos ædificant, quæ pro-
pter ſcandalum vitandum omittenda
ſunt, quanq̄ per ſe ſint licita. g Nemo
ſui tantum habeat rationem, ſed inſu-

a Nolo aūt vos ſoci-os fieri dęmoniorum

b Non poteſtis calicē domini bibere, & calicem dęmoniorum.

c Non poteſtis menſæ domini participes eſſe, & menſæ dęmoniorum.

d An æmulamur dominum? Nūquid fortiores illo ſumus?

e Omnia mihi licent, ſed nō oīa expediunt.

f Omnia mihi licent, ſed non oīa ędificant.

g Nemo quod ſuū eſt quærat, ſed quod alterius.

per & proximorum attendat fragilitatẽ & quid illis expediat conſideret, pro pter charitatem. a Ecce autem totius quęſtionis ſummaria hęc eſt reſolutio. Omne quod in foro publico venundatur, libere audete mãducare nihil prorſus iterrogantes, propter conſcientiæ ſecuritatem. b Nam & terra & omnia quæ in eis ſunt, domini ſunt, bona ſunt: munda ſunt, eo ꝙ creaturæ eius ſunt. c Si vocati ab infidelibus familiaribus aut cognatis, ad priuatum conuiuium ieritis, propter conſcientiæ ſecuritatem, de omni quod apponitur, manducate audacter, nihil interrogantes, an ſint cibi idolis immolati, aut impuri aut ſimile quippiã. d At vero ſi quis dixerit, hoc eſt idolis immolatum, illud ne attigeritis, propter hoc, vt nõ ſcãdalizetur is qui indicauit, ſi te videat ſcientem, manducare idolothytum, atq; vt conſciẽtia fratris, ſine offenſa aut ſcandalo teneatur. e Conſcientiam dico, non tuam, ſed alterius, vel indicantis, vel infirmi aſſidentis. f Cauendũ enim eſt mihi modis omnibus, ne mea libertas, meo abuſu, ab alijs blaſphemetur, aut condemnetur. g Si enim mihi licet ex gratia Euangelicæ libertatis, cum gratiarum actione, quãlibet creaturam bonam percipere, quorſum tamen attinet, aut quid opus eſt, vt cum

a Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam

b Domini eſt terra & plenitudo eius.

c Si quis vocat vos infidelium ad cœnam & vultis ire, omne qđ vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.

d Si quis aũt dixerit, hoc immolatum eſt idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conſcientiam.

e Conſcientiã autem dico, non tuam ſed alterius.

f Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia?

g Si ego cum gratia participo, quid blaſphemor, pro eo quod gratias ago?

ſcandalo id faciẽs, aliorum me blaſphe miis aut malis iudiciis exponam, pro eo quod gratias agendo libere poſſem manducare ſi abſq; ſcandalo id facerẽ

a Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quodcũq; facitis, curate ſem per vt in omnibus glorificetur Deus.

b Nolite offendiculum prębere Iudęis aut gentibus, aut Chriſtifidelibus, At qui dum veſtra libertate abutẽtes, quæ ritis menſas dæmoniorum offendũtur Iudæi, putantes vos idolorum cultores gentiles firmantur in errore, & infirmi fideles, ſcandalum patiuntur in vobis.

c Sim vobis ego in exemplum, qui om nibus cum Deo placere ſtudeo, quan tum ad omnia (q̃tum ſecundum Deum & teſtem licet conſcientiam) non quæ rens meũ ipſius tãtum commodũ, ſed plurimorum, vt q̃tos vtiq; poſſim ſal uem plurimos.

a Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, vel aliud quid facitis, oĩa in gloriam Dei facite

b Sine offenſione eſto te Iudæis, & gentib9 & eccleſiæ dei.

c Sicut & ego per omnia omnibus placeo nõ quærens quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.

❡ELVCIDATIO CAPITIS Vndecimi.

TEXTVS CAP. Vndecimum.

a Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Cr̃i.

b Laudo aũt vos fratres q̃ per omnia mei memores eſtis, & ſicut tradidi vobis præcepta mei, tenetis.

c Volo aũt vos ſcire

a Hortor autem vos fratres, vt tam in hoc q̃ in cęteris, noſtrum exemplũ inſequi non de digne mini, quomodo nos Chriſti domini ve ſtigia, ſtudioſe ſectamur. b Laudo au tẽ vos fratres, quatenus mei per omnia memores eſtis, & traditiones meas, ſi cut p̃cepi vobis obſeruatis. c Volo aũt

voſ ſcire, Chriſtū eſſe caput (id eſt, Dominū, ſuperiorē & rectorē) omnis viri, & virū eſſe caput mulieris. Deus vero caput eſt Chriſti hominis, quatenus homo eſt. Diuinitas enim eſt humanitate ſuperior. a Omnis vir orans orationē publicam, aut prophetiam proloquēs, operto capite, ignominia afficit caput ſuū. b Cōtra, mulier orās aut prophetās apto capite, ignominia afficit caput ſuū, qm̄ ſicut illud viro ita hoc mulieri vicio datur. In oratione enim publica quaſi deo nos repreſentamus, & decorum eſt vt cum ſe miniſtri principi repreſentant, ſuam conditionem habitu profiteantur. Mulieri autem competit, velare caput ſuum, ad ſubiectionis viri lis proteſtationem, quemadmodum vir (propter libertatem & dominium, vt ſignificet inter ſe & deum nihil eſſe medium, ſeq; deo immediate ſubiectum) aperto & nudato debet eſſe capite cum ſe Deo repreſentat. c Tantum eſt eī̄ mulierem aperto eſſe capite, ac ſi ſit decaluata. Nam ſi nolit velari mulier cogatur tōderi. d Quod ſi turpe ducit, velet caput ſuū quoniā ſimilis ē in vtroq; turpitudo. e Vir quidē, non debet coram Deo velare caput ſuū, quoniam ad imaginē Dei, principaliter & primario factus legitur, & ſimiliter gloria dei eſt, cui ſine medio ſubijcitur. f Mu

quod omnis viri caput Chriſt9 eſt, caput autē mulieris vir, caput, vero Chri, deus.
a Omnis vir orans, aut prophetans velato capite deturpat caput ſuum.
b Omnis aūt mulier orans aut prophetās non velato capite, deturpat caput ſuum.

c Vnum eſt enim, ac ſi decaluetur. Nā ſi nō velaī mulier tōdeaī.
d Si vero turpe ē mulieri tonderi aut decaluari, velet caput ſuū.
e Vir quidē nō debet velare caput ſuū, quoniā imago & gloria dei eſt.
f Mulier autem gloria viri eſt.

lier autem gloria viri eſt, quia facta eſt propter virũ tanquam adiutorium illi ſimile. a Nõ enim primũ ex muliere factus eſt vir a domino, ſed ex viri coſta mulier. b Et quidem, non eſt creatus vir propter mulierẽ, ſed mulier propter viri adiutorium. c Ob has ſubiectionis cauſas, debet mulier velamine operire caput ſuum, quo poteſtatem & dominium viri, ſuper ſe agnoſcat & ꝓteſtetur. d Quod etiã debet propter angelorum reuerentiam, quibus gratũ eſt, in ſuo quenq; debito ornatu cõſpicere. e Ne vero horum quæ diximus occaſione, deſpiciant viri vxores ſuas, illud ſcitote, quoniam (quantum ad ſalutem ęternam omnibus propoſitam) pares ſunt vir & fœmina, & apud dominum, vnum eſſe virum atq; mulierẽ ſine ſexus reſpectu atq; differẽtia, neutrumq; ſexũ excludi. f Sicut enim mulier ꝑimũ de viro formata eſt, ita nunc vir per mulierẽ progignitur. g Omnia autem ſimul ex Deo, & in Deo vnum ſunt omnia. h Voſipſos requiro iudices. Nunquid decens eſt, vt non velata mulier oret Deum ipſa profecto natura contrarium docet, i propterea quod viro ad ignominiam reputatur, ſi comã prolixam mulierum more, ſtudeat nutrire. k Mulieri vero ad gloriam reputatur, ſi curet comam enutrire, quoniã

a Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro. b Etenim non eſt creatus vir ꝓpter mulierẽ ſed mulier propter virum.
c Ideo debet mulier velamen habere ſup caput ſuum.
d & propter angelos.

e Verũtamẽ neq; vir ſine muliere, neq; mulier ſine viro, in dño.

f Nam ſicut mulier de viro, ita vir per mulierem.
g Omnia aũt ex deo.

h Voſipſi iudicate, decet mulierẽ nõ velatã orare deum. Nec ipſa natura docet vos.
i Quod vir quidem, ſi comã nutriat, ignominia ẽ illi, k mulier vero ſi comã nutriat, gloria eſt illi, quoniã

capillos ei dedit natura, pro velamine.
a Si quis autem velit contentioſe obſiſtere cum iactantia noſtris traditionib⁹ nouo more hæc volens confundere ſexuum inſignia, ſciat ille, quoniã nos cõſuetudinem nõ habemus, ſiue contentionibus agendi, ſiue in viris caput operiendi, neq; eccleſia vlla, aliis in locis cõſtituta. Quo fit, vt contra communẽ obſeruationẽ omnium, hi ſoli contẽdant, neq; noſtrę ſolum, ſed eccleſiaſticæ obſeruationi ſe opponant. b Hoc ergo dum præcipio, dumq; ſic ordino, illud non laudo, imo vituperandum duco, quod cum merito in dies proficere deberetis, vos tamen in deterius cõgregationes veſtras facitis, & conuentiones habetis ſolito deteriores. Soletis enim ad pauperum refocillationem ſimul cõuenire, qui nunc ad diſſidia & contentiones celebratis conuẽticula. c Nam primum quidem fama narrante audiui cum in vnum conuenitis ex more in eccleſia, ſciſſuras & diuiſiones eſſe in vobis, & adducor ſatis, vt credam rem ita habere. d Nam neceſſario ſemper futuræ ſunt hæreſes at ſchiſmata, & Deo diſponente, eas eſſe eſt vtile, vt manifeſti fiant, qui ſynceri ſunt inter fideles, Frequenter enim qui ante latebant ſecundũ ſpeciem Chriſtianitatis exortis ſchiſmatibus, atq; hęreſibus, quales na

capilli pro velamine ei dati ſunt. a Si quis autem videtur contẽtioſus eſſe nos talẽ cõſuetudinẽ nõ habem⁹ neque eccleſia dei.

b Hoc aũt præcipio, non laudãs, q̧ non in melius ſed in deterius conuenitis.

c Primum quidẽ, cõuenientibus vobis in eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe iter vos & ex parte credo.

d Nã oportet & hereſes eſſe, vt & qui ꝓbati ſunt, manifeſti fiant in vobis.

a Conuenientibus er go vobis in vnum, iã non eſt dominicã cœnam manducare.
b Vnuſquiſque enim ſuam cœnam prǽſumit ad manducandũ
c Et ali9 quidem eſurit alius aũt ebri9 eſt.

te fuerit declarãt a Hic ergo vobis pariter ex more cõueniẽtibus in vnã colle ctionẽ, nõ cõtingit vltra dñi cœnã mãducare, b quia vnuſqſq; diuitũ, priuatim ſuã ſibi cænã p̄ſumit mãducare, pauperibus nihil impartiens. c Atq; ita fit, vt paupere eſuriente, diues ad ebrietatem vſq; & crapulam ſatietur, qui de ſua debuit abuntia, ex veteri cõſuetudine, pauperum ſupplere inopiam, vt eſſet cœna domini per charitatem, & non magis diaboli, per abuſum & pauperum cõtemptum. d Ecce habetis domos ad celebranda priuatim conuiuia, & compotationes, ſi hæc vobis libẽt e Quare hæc in eccleſia com mmuni agentes, veſtraq; priuata conuiuia in ea celebrantes, veſtro iſto fœdo abuſu, eccleſiam Dei inhonoratis? Inſuper & erubeſcere facitis pauperes, qui non habent eſcas, dum vobis epulantibus, ipſi eſurire coguntur. Quid dicam vobis? f Tametſi laudabam vos, & in nonnullis forſan laude ſitis non indigni, hac tamen in re laudare non poſſum. Omni enim reuerentia & charitatis communione, oportuit huiuſmodi conuentus, ad Chriſti memoriam inſtitutos, celebrari, propter tanti ſacramenti reuerentiam. g Ego enim a domino didici, quod & vos edocui fideliter, quoniam dominus Ieſus, ea

d Nunquid domos non habetis ad mãducandũ & bibẽdum.
e Aut eccleſiam dei cõtemnitis?
& cõfunditis eos qui nõ habent?
f Quid dicam vobis laudo vos, in hoc nõ laudo.
g Ego eī accepi a dño quod & tradidi vo

noctequa tradebatur,ſumpſit in manibus panē,& gratias agēs, benedicēſq; patri fregit,& dixit. Accipite, & mānducate,hoc eſt corp⁹ meum,quod ꝓ vobis in paſſionem & mortem tradetur, tanquam hoſtia pro peccatis mundi. Hoc quoties agetis,in meę paſſionis ac mortis agite memoriam. a Sic & calicem poſt cœnam ſumpſit, dicēs. Hic calix eſt,in quo nouum teſtamentū diſpono vobis,in meo ſanguine,qui in eo ineſt,& quo confirmabitur. b Hoc facite in meam cōmemorationem, quotieſcūq; biberitis. c Nam quotieſcunq; panem hunc ſanctum manducaueritis, vel calicem biberitis, mortem debebitis annunciare ,& cōmemorare quā ſuſtinuit Dominus,donec ipſe veniat. Memoriale enim eſt ſacramētum hoc, paſſionis ac mortis domini, d Itaque quicunq; manducauerit nō digne panē hunc,aut calicē biberit non digne, eius talis erit condemnatio,vt qui vere corpus & ſanguinem domini ſui inhonorauerit,indigne ſumēdo. e Quapropter qſquis volet hæc ſacroſancta ſumere myſteria,primum examinet ſe metipſum , num aliquid in eo inſit, quod ipſum communione reddat indignum,& ſi ſe dignum aptumq; poſt examinationē diligentem compererit accedat deinde confidēter,vt de pane

bis:quoniā dn̄s Ieſus,in qua nocte tradebat̄,accepit panē & gratias agēs fregit & dixit: Accipite & manducate. Hoc eſt corp⁹ meū: qđ pro vobis tradetur,hoc facite ī meā commemorationē.

a Similiter & calicē poſtq̄cœnauit dicēs Hic calix nouum teſtamentum eſt ī meo ſanguine.

b Hoc facite,quotienſcunq;, bibetis ī meam commemorationem.

c. Quotieſcunq; enim manducabitis panem hūc, & calicem bibetis, mortem domini annunciabitis, donec veniat.

d Itaq;,quicunque manducauerit panē & biberit calicē dn̄i indigne reus erit corporis & ſanguinis domini.

e Probet autem ſe ipſum homo,& ſic de pane illo edat,& de calice bibat,

a Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit, non dĳudicans corpus dñi.

illo edat, & de calice bibat. a Qui enĩ indigne manducauerit aut biberit indigne (in ſe inueniens, propter quod merito a communione ſacta abſtinere deberet) ſic ſumendo, æternę damnationis iudicium ſibi conciliat, non diſcernens reuerentia debita corpus domini a cæteris cibis.

b Ideo inter vos multi infirmi & imbeciles, & dormiunt multi.

b In huius autem peccati pœnam, quoniam videlicet corpus & ſanguinem domini indigne ſumitis Deus multos in vobis punit in præſenti tempore, vt oſtendat, quam grauiter vlturus ſit in futuro examine, multos infirmitatibus varijs & prolixis languoribus affligẽdo, nõnullos etiam corporali morte, in peccati vltionem, puniendo.

c Quodſi noſmetipſos dĳudicarem⁹, nõ vtiq; iudicaremur,

c Quod ſi noſipſos diligenti probatione atq; examinatione iudicaremus, neq̃quaq̃ a domino ſic iudicaremur. Sed neq; hoc domini iudicium temporale, nobis eſt inutile.

d Dum iudicamur autem, a domino corripimur, vt non cũ hoc mundo dãnemur.

d Dum enim ſic arguimur temporali correctione, a benigno domino corripimur, & ad bonum erudimur, vt non cum huius ſæculi hominibus damnemur, qui ſine omni aduerſitate, frequẽter permittuntur a deo vitam ſuam in finẽ vſque ducere, poſt modum paratam inuenientes, quę eos expectat, æternam damnationem.

e Itaque fratres mei, dum cõuenitis ad mãducandum, inuicem expectate.

e Itaq; fratres mei chariſſimi, cum ex more conuenitis, ad manducandum communiter poſt ſumptam eucharistiam,

inuicē expectate, non contentioſi alius alium præuenire, vt cōmunis ſit cœna quę ad ſimilitudinem dominicæ menſæ inſtituitur, non priuata. a Si quis autem famis impatientem ſe conqueratur, & ideo non poſſe commune conuiuium expectare, domi terreno pane paſcatur, & famem pellat, vt nō ad dānationem vobis, veſtræ conuentiones fiant. b Cætera (ſi quæ ſuperſunt ordinanda) cum venero ad vos, pręſens ipſe diſponam.

a Si quis eſurit, domi manducet, vt nō in iudicium conueniatis.

b Cętera aūt, cū venero diſponam.

ELVCIDATIO CAPITIS Duodecimi.

TEXTVS CAP. duodecimum.

Sa Vper omnia autem fratres ſpiritualium rerum vos conuenit habere cognitionem, b Illud autē experti ſcitis, quomodo olim cum gentes eſſetis, ad ſimulachra muta & oī prorſus ſenſu carentia, ibatis, prout conſuetudine & inſtitutione peſſima patrum veſtrorum, atque ipſo etiam dæmoniis impulſu, agebamini. c Iccirco vobis nunc ad Deum viuum cōuerſis notum facio, ꝙ nemo loquens ſecundum ſpiritum Dei, intra ſe habitantem, dicit vllum maledictum domino Ieſu, vel aſſerens de eo quod eſſet blaſphemię aſſerere, vel negans quod blaſphemiæ eſſet negare, d Et nemo poteſt ex animo profiteri Ieſum dominum, ipſum vere vt dominū agnoſcens corde, quē

a De ſpiritualib⁹ autē nolo vos ignorare fratres

b Scitis aūt, quoniam cum gentes eſſetis, ad ſimulachra muta prout ducebamini eūtes,

c Ideo notum vobis facio ꝙ nemo in ſpiritu Dei loquēs, dicit anathema Ieſu.

d Et nemo poteſt dicere domin⁹ Ieſus, niſi in ſpiritu ſancto.

profitetur niſi ore ſecūdū inhabitantē ſpiritum ſanctum. Hoc autē pſtat gratias gratos nos Deo faciēs, vt & a malo omni declinemus, & bonum faciamus, deniq; vt nec ore nec opere blaſphememus, ſed tam ore quam opere profiteamur. a Cæterū, quātū ad gratias datas, varia donantur a Deo dona hominibus, vnus eſt autē ſpiritus, a quo omnium quantumlibet diuerſarum gratiarum dona procedunt. b Et varia ſunt ſpiritualium miniſtrationū officia, diuerſis commiſſa & credita. Idem vero eſt dominus, cui omnes, in ſua qſq; adminiſtratione, ſeruiunt. c Diuerſa itē exteriorum operationū miniſteria, idē vero eſt deus, cuius virtus operatur in omnibus omnia, id eſt, omnes omnium operationes. d Vnicuiq; vero datur aliqua gratia ſpiritus manifeſtatiua, ad ſuam, atq; communem vtilitatem. e Aliȷ̄ quidē donat ſpūs, ſapiēter de cœleſtibus arcanis eloqui. Aliȷ̄, idē dat ſpiritus, ſcienter loqui de iȷs quæ ad agēda moreſq; pertinent. Aliȷ̄ dat fidei ſublimitatem, feruorem, atq; conſtātiam. Aliȷ̄ donum curandi languores. Aliȷ̄ miraculorum quorumlibet, quæ ſupra naturam ſunt, operationem. f Aliȷ̄ vt futura prædicat, ſiue occulta. Aliȷ̄, vt ſpirituū valeat diſcernere ſuggeſtiones, ſermones, aut conſilia. Aliȷ̄, vt variȷs

a Diuiſiones vero gratiarum ſunt idem autem ſpiritus.

b Et diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem autem dominus.

c Et diuiſiones operationum ſunt, idē vero deꝰ, qui operatur oīa in omnibus.

d Vniculque autem datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem.

e Aliȷ̄ quidē per ſpiritū, datur ſermo ſapientię: aliȷ̄ autē, ſermo ſcientiæ, ſecundū eundem ſpiritum, Alteri fides in eodē ſpiritu, aliȷ̄ gratia ſanitatum, in vno ſpiritu, aliȷ̄ operatio virtutum.

f Aliȷ̄ ꝓphetia, Aliȷ̄ diſcretio ſpirituū, Aliȷ̄ genera linguarum. Aliȷ̄ interpretatio ſermonum.

poſſit loqui linguis. Alij, vt ſermones obſcuros queat patefacere. a Atque hæc omnia, vnus idemque ſpiritus, varie operatur in diuerſis, diſtribuens ſingulis pro ſuo placito. b Sicut enim hominis alicuius corpus, vnum cū ſit, propter membrorum in vnū compaginationem, ex multis tamem membris cōſtat, omnia vero corporis membra, cū ſint multa & diuerſa, vnum tamen corpus componūt, ita eſt de Chriſto & eccleſia. c Sunt enim omnes fideles vnū corpus, per ſpiritum ſanctum compaginati, cuius caput eſt Chriſtus. Nā vnus ille, idemque ſpiritus, per quem omnes in baptiſmo ſumus viuificati, nos in vnum corpus componit. Omnes (inq̄) ſine delectu, tam Iudæos q̄ gentiles, tā ſeruos quam liberos, abſque perſonæ reſpectu, d & eundem omnino ſpiritum, omnes qui credidimus, accepimus, per quem adinuicem conglutinamur, & in vnum corpus componimur. e Nam & corpus non vno conſtat membro, ſed multis. f Si dixerit pes, ideo ſe non eſſe de corpore, quia manus non eſt, vel auris, quia oculus non eſt, num ideo verum erit, ea non eſſe de corpore? g Si enim ſingula mēbra corporis eſſent oculus, non eſſet locus auditui, qui debet in aure cōſiſtere & non in oculis. Et ſi ſingula

a Hæc autem omnia operatur vnus atq; idē ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult.

b Sicut enim corpus vnū eſt & mēbra habet multa, omnia aūt mēbra corporis, cum ſint multa, vnū tamē corpus ſūt, ita & Chriſtus.

c Etenim in vno ſpiritu, oēs nos, in vnū corpus baptizati ſumus, ſiue Iudæi, ſiue gentiles, ſiue ſerui, ſiue liberi.

d & omnes in vno ſpiritu potati ſumus.

e Nam & corpus nō eſt vnum menbrum, ſed multa.

f Si dixerit pes, quoniam non ſum manus non ſum de corpore, num ideo non eſt de corpore?

g Et ſi dixerit auris, quoniam nō ſum oculus, non ſum de corpore, nū ideo nō eſt de corpore? Si totum

corpus ocul9, vbi auditus, vbi odoratus?
a Nunc autē poſuit Deus membra, vnūquodq; eorū in corpore ſicut voluit.

b Quod ſi omnia eſſent vnum membrū, vbi corpus?

c Nūc autem multa quidem mēbra, vnū autem corpus.

d Nō poteſt aūt oculus dicere manui, opera tua nō indigeo, aut iterūcaput pedib9, nō eſtis mihi neceſſarij.
e Sed multo magis, quæ videntur mēbra corporis infirmiora eſſe, neceſſariora ſūt.

f Et q̄ putamus ignobiliora mēbra eſſe corporis, his honorē abūdātiorē circūdamus.
g Et q̄ inhoneſta ſūt noſtra abūdātiorē honeſtatē habēt.

eſſent auris, non eſſet locus odoratui, qui in aure non poteſt, ſed in naribus debet habere locum. a Nūc vero De9 collocauit ſingula membra in corpore, pro ſuo placito, & quemadmodum vnicuiq; nouit pro ſua conditione expedire ac conuenire, ſic vnicuiq; locum dedit. b Si autem eſſet omnia membra vnum membrum, non eſſet corpus (q̄d eſſe debet) ex varijs membris diuerſa habentibus officia, compaginatum. c Secundum veritatem autem, membra quidem ſunt multa & varia in corpore, ex ipſis autem vnum conflatur corpus, d Non poſſunt autem membra ſeinuicem aſpernari, vt dicat ocul9 manui, opera tua non indigeo, aut caput pedibus non eſtis mihi neceſſarij. e Imo vero mēbra quę vidētur eſſe infirmiora, ſūt ampli9 neceſſaria, iis quæ videntur eſſe robuſtiora magiſq; valida quemadmodum de oculis eſt, qui & teneri ſunt, & maxime homini deſeruiūt f Illa etiam quæ ignobiliora reputantur, ſolemus tegumētis honeſtis abſcōdere, atque ita honorare. g Membra vero quæ in nobis ſunt fœdiora ſiue pudenda, his ſecundum conſuetudinem, abūdantiorem cultum atque ornatum ſolent homines ſuperaddere, Id quod tam in viris quam fœminis, promptum eſt conſpicere. Cum hæc quidem, cingu

gulis aureis vētrem ſoleant ornare. Illi ſuos lumbos, baltheis aureis aut ſimilibus. a Honeſtiora autem membra noſtra, nullo egent ſuperaddito cultu exornari, quemadmodum frōtē, in qua decor hominis relucet, & faciem, nemo tegit. b Deus enim ad æqualitatē quādam ita ordinauit de corpore, volens cui ex natura deeſt honeſtas tribui abūdantiorem arte honorem, c vt non ſit inæqualitas in corpore, aut diſcordia (more humano loquēdo) quæ ſolet inter homines ex inæqualitate ꝓcedere, ſed vt cōmuniter ſint pro inuicem mēbro ſollicita. d Et ſi quid patitur aliqđ mēbrorum, condolēt cætera, ſibiq; mutuo ſuccurrere ſtudent. e Siue etiam reficitur aut gaudet aliquod membrorum congaudent illi cætera. f Vt autē hanc membrorum & corporis comparationē propoſito aptemus, dico quod vos (quatenus per vnitatem fidei & ſpiritus, ſimul cum Chriſto capite & vobiſ inuicem vniti) eſtis corpus Chriſti, cuius ipſe eſt caput, & ſinguli mēbra eſtis per charitatis vinculum proximis membris cohęrentia, & ab inuicem membrū a membro pendentia, ſic vt ad inuicem vniamini, inuicemq; deſeruiatis. g Et quoſdam quidem cōſtituit Deus in corpore Eccleſiæ, Apoſtolos, qui ſunt primi ordinis, quibus Eccleſiæ regimen,

a Honeſta aūt noſtra nullius egent.

b Sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abūdātiorem tribuendo honorem,

c vt non ſit ſchiſma corpore ſed in idipſū pro inuicem, ſollicita ſint membra.

d Et ſi quid patitur vnum membrum, cō patiuntur omnia mēbra.

e Siue gloriatur vnū mēbrū, congaudent omnia membra.

f Vos autē eſtis corpus Chriſti. & membra de membro.

g Et quoſdā quidem poſuit Deus in eccleſia, primū Apoſtolos.

a Secundo ꝓphetas.

b tertio doctores.

c deinde virtutes.

exiude gratias curationum opitulationes,

gubernationes,

genera linguarum, īterp̄tatiões ſermonū

d Nunquid oēs apoſtoli? Nūquid omnes prophetę? Nunquid oēs virtutes? Nūquid oēs gratiā habent curationū? Nūquid oēs linguis loquūtur? Nūquid omnes interpretantur?

e Aemulamini autem chariſmata meliora.

f Et adhuc excellētiorem viam vobis demonſtro.

a Deo eſt commiſſum. a Secundo loco Prophetas, cœleſtium reuelationum immediate capaces. b Tertio doctores populorum, qui inſtituti ſunt, vt ſuos ſermones auditoribus aptantes, doceant paſcantq; populum, tam verbo quam exemplo. c Deinde, ſignorum ac prodigiorū mirabilium operatores. Deinde habentes gratiam curationum. Quoſdam item dedit, qui poſſint opē ferre aliorum miſerijs quoſdam potentes recte gubernando, ſanctorum prodeſſe neceſſitatibus, quoſdam varijs linguis valentes loqui, quoſdam potentes abditos ſermones explicare. Non donat aūt Deus ſimul oībus oīa. d Non enim omnes ſunt apoſtoli, neque omnes prophetæ, neque omnes doctores, neq; omnes operatores virtutum ſunt, neq; oēs curare valēt neq; oēs linguis loq, neq; omnes interpretari. e Et quia non poteſtis ſinguli habere omnia, ſectamini atq; deſiderate habere q̄ ſunt ex his donis potiora. f Super hæc autem omnia adhuc excellentiorem vobis vitæ viam (nempe charitatem) demonſtrare propono, de cuius virtute, latiorem aliquanto & altiorem, nunc ordimur ſermonem.

TEXTVS CAP. Decimūtertium

ELVCIDATIO CAPITIS Decimitertij.

CAPVT. XIII.

Sa I ſecundũ angelorũ intelligentiã pariter aque hominũ linguas diuerſas, magnificos ſermones nouerim loqui, ex dono Dei gratuito, & ipſe non habeã charitatẽ, factus ſum velut æs ſonitũ emittẽs, aut cymbalũ tynniẽs qđ aliis quidẽ proficit ſuo ſono, ſibi nihil. b Et ſi per prophetię donũ, abdita omnia nouerim myſteria, & omnem agẽdarum rerũ habeam ſciẽtiam, fidẽ q; tam validam, vt maxima valeã eius virtute miracula ædere, cuiuſmodi eſt (exẽpli gratia) montes de loco in locum transferre, hęc aũt habẽs, ſolam nõ habeã charitatẽ, nihil mihi prodeſſe poſſunt hęc oĩa. c Et ſi per miſericordiã viſcerõſã, opitulando pauperibus, erogauero oẽs facultates meas in vſ⁹ pauperũ neceſſarios. d Si deniq; corpus meum tradidero, vel ad ignẽ, ꝓ fideli gubernatione creditorũ, vel alia quauis de cauſa, niſi in his oĩbus adſit charitas, nihil mihi prodeſſe valebũt iſta, quãtũuis magna, & mirãdæ virtutis opera, videanť. e Hęc ipſa charitas, patiẽtes reddit atq; benignos, nec iuidere ſinit, neq; ꝓcaciter aut pueřſę agere, nec itumeſcere, itra ſe, neq; ãbire honores f Nõ patiť eũ i quo eſt, ſuitãtũ rationẽ habere, ſed etiam q̃ vtilitatis ſunt aliorũ, nempe proximorũ, facit attẽdere g Neq; ꝑmittit ad irã concitari, neque

a Si linguis hoĩm' loquar et angelorum charitatẽ autem nõ habeam factus ſum velut ęs ſonans, aut cymbalum tinniẽs.

b Et ſi habuero prophetiam, & nouerĩ myſteria oĩa, & omnẽ ſcientiã: & ſi habuero oẽm fidẽ, ita vt mõtes transferã, charitatẽ aũt nõ habuero, nihil ſum.

c Et ſi diſtribuero in cibos pauperum oẽs facultates meas.

d & ſi tradidero corpus meum ita vt ardeã, charitatẽ aũt non habuero, nihil mihi prodeſt.

e Charitas patiens eſt, benigna eſt. Charitas non æmulatur nõ agit perperã, nõ inflatur, non eſt ambitioſa.

f non quærit quæ ſua ſunt.

g Nõ irritatur, nõ

cogitat malum, non gaudet ſup iniquitate, congaudet autem veritati.

malum ſuſpicari, aut meditari dolos. Neq; poteſt lætari de peccato, ſed in veritate vitę exultat, cum proximos videt in veritate ambulantes.

a Omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet

a Omnia ſufferenda facile perpeti facit, et cuncta credere credenda, & ſperanda ſperare, atq; per patientiam expectare.

b Charitas nunquā excidit.

b Charitas, vt hic incipitur, ſic nec in futuro nos deſeret, ſed nobiſcum pmanebit in patria.

c Siue prophetię euacuabuntur, ſiue linguę ceſſabūt ſiue ſciētia deſtruetur.

c Veniet enī qn̄ nec ꝓphetiæ donum erit, vtpote in patria, vbi omnia clare videbimus, quando & linguarum donum ceſſabit, & ſcientia iſta quæ nūc eſt p ſpeculū, de creaturis & corporeis actionibus, nullum habebit vſum. Charitas autē de ſe nunq̄ nos deſeret, nunquam deficiet, ſed in futuro eadē ipſa, etiam perfectior in nobis erit, & validior ad act⁹ ſui executionem.

d Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus.

d Pro hoc ſiquidē rerum ſtatu cognoſcimus tantum impfecte, per ſcientiam iſtam quam modo habemus, & impfecta eſt, etiam prophetica cognitio, quam per ænigmata habemus.

e Cum autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur qd' ex parte eſt.

e Neceſſe eſt autem vt adueniente eo quod pfectū eſt, id quod impfectum eſt cedat, detq; locū perfectiori. Vnde patet, & ſciētiam iſtam, & prophetiam quæ modo eſt, propter ſuam imperfectionē, in futuro cedere debere illi clariſſimæ viſioni & cognitioni pfęctæ, quæ ſubſequetur. Ecce analogiam vo

bis propono. a Cum eſſem paruulus vt paruulus loquebar, vt paruulus iudicabã, quę puerorum erãt, & quæ illi ſolent, cogitabam. b Factus autem vir reliqui quę puerorum erant. Ita vt nec illorũ more iudicarẽ, nec cogitarẽ, nec loquerer. c Ad eundem modũ videmus nunc diuina, imperfecta cognitione, velut per ſpeculum per creaturas in ænigmate, in ſpeciebus quas ſibi intellectus format, tunc autem videbim⁹ Deum aperte, velut facie ad faciem, ſine vllo ęnigmate aut medio. d Nunc imperfecte cognoſcimus, tũc autẽ manifeſte ac ſine ęnigmate Deum cognoſcemus, ſicut ipſe nos aperte nunc, ſine intermedio, conſpicit. e Pro hoc autem ſtatu manent hęc tria, fides, ſpes, charitas. Inter quę tria, charitas eſt maior, & pręcellẽtiſſima omnium virtutũ.

a Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus.

b Quando autem factus ſum vir, euacuaui quæ erant paruuli.

c Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tũc autem facie ad faciem.

d Nũc cognoſco ex parte, tunc autem cognoſcã, ſicut & cognitus ſum.

e Nũc aũt manent, fides, ſpes, charitas, tria hæc. Maior autem horũ eſt charitas.

ELVCIDATIO CAPITIS, Decimiquarti.

TEXTVS CA. Decimumquartum.

Omni ergo ſtudio quęrite charitatem, Nihilomin⁹ & ſpirituales gratias reliquas deſiderate, & habere conemini. Præ cęteris vero, prophetiæ donum, quod multo eſt potius, dono linguarũ. b Nam qui ligua loquitur auditoribus peregrina, nõ ad hominũ proficit ędificationem, ſed ad Dei tantum gloriam, cuius laudes prędi

a Sectamini charitatẽ ęmulamini ſpiritualia magis aũt vt ꝓphetetis.

b Qui enim loquitur lingua, non hominib⁹ loquitur ſed Deo.

a Nemo enim audit. Spūs aūt loquitur myſteria.

cat. a Nam auditorum nemo intelligit, quid ille peregrina lingua dicat, & tamē ſpirituali dono, coram Deo, loqui contingit magna myſteria.

b Nā q̄ ꝓphetat, hoī bus loquitur ad ędificationē, & exhortationē, & cōſolationē.

b Item qui per prophetiam occulta explicat myſteria, loquitur hominibus, ſiue ædificando & inſtruendo indoctos, ſiue excitādo torpētes, ſiue conſolando deiectos

c Qui loquiť lingua, ſemetipſum ædificat, qui aūt prophetat, eccleſiam dei ędificat.

c Volo aūt oīs vos loqui līguis, magis autem ꝓphetare.

c dum interim linguis peregrinis loquens, ſibi ſoli prodeſt. d Ne autem me exiſtimetis hæc dicere in derogationem ac vilipenſionem linguarum, optarem ſane, ſingulos veſtrum donū ſuſcepiſſe linguarū non enim mihi hoc donum diſplicet, ſed quod melius eſt præfero, nempe prophetiæ donum, & tanquam vtilius, ſuadeo magis deſiderandum.

e Nā maior ē qui ꝓphetat, q̄ qui loquitur linguis, niſi forte interpreteť vt eccleſia ędificationem accipiat.

e Præcellit enim linguis loquētem, qui prophetiam habet, niſi cū dono linguarum, iunctum ſit interpretationis donum. Magni enim ęſtimandum foret linguarum donum, ſi coniūctam haberet interprætandi gratiam.

f Nūc aūt, fratres, ſi venero ad vos līguis loquens, quid vobis ꝓdero, niſi vobis loquar, aut in reuelatione, aut in ſcientia, aut in prophetia, aut in doctrina.

f Et nūc fratres mei, ego ipſe ſi ad vos veniens cœpero linguis peregrinis inter vos eloqui magnalia, in nulla re ero vobis vtilis. Secus, ſi reuelationes diuinorum miſteriorum, aut agēdorum cognitionē, aut futurorum euentum', aut doctrinam quālibet aliā, q̄ vel ad morū vel ad fidei rectitudinē faciat, loquar.

g Tamen q̄ ſunt ſine

g Imo vero vel in reb⁹ ianimatis: perq̄

facile eſt videre, qđ dixim⁹. Huiuſmodi enim ſonũ dantia. veluti tibia aut cithara, cũ per ſtatũ canẽtis, aut pulſũ feriẽtis ſonũ emittũt, nunq̃ intelligẽt audiẽtes qđ tibia canatur, aut quid cythara pulſetur, niſi diſtinctio ad ſit ſonorũ & vocis, ſcđm qđ q̃ canitur aut pulſat, poſſit intelligi & diſcerni. a Itẽ tuba, ſi ſonitu indiſtincto clangat, abſq; certa clãgoris modificatione, nemo ſe armabit ad pliũ, ꝓpterea quod nõ intelligãt milites qđ velit illa ſonitus cõfuſio. b Ad eundẽ modum vos quoq;, niſi plinguã ſermonẽ loquamini auditorib⁹ notũ, qui mẽtis cõceptum poſſit apud audiẽtes facere manifeſtũ, quis intelliget Sic enim loquentes ſine fructu, inuanũ aerẽ tm̃ ferietis, c Sane, plurima ſũt idiomata in mũdo, nullũ vero ſine vocũ diſtĩctiõe, articulatiõeq; certa ſermonis, fieri cõſtat. d Ergo ſi virtutẽ ſignificatiõis vocabulorum neſciero aptare auditoribus, ero auditori cui loquor lingua peregrina. velut barbar⁹, & qui mihi loquitur eo pacto, mihi erit, quantum ad ſermonem peregrinus, atq; extraneus, & prorſus incognit⁹. e Vos itaque qui omnino deſideranter quæritis ſpiritus dona videte vt ea potiſſimũ ſectemini, quę abundantiorem eccleſiæ afferunt fructum & ædificationem vt fructũ abundantiorẽ facere valeatis.

ala ſunt vocem dantia ſiue tibia, ſiue cythara niſi diſtinctionẽ ſonituũ dederint, quomodo ſcietur id quod canitur. aut quod cithar izatur.

a Et enim ſi incertã vocẽ det tuba quis parabit ſe ad bellũ?

b Ita & vos, per linguã, niſi manifeſtũ ſermonẽ dederitis, quomodo ſcietur in quod dicitur? Eritis enim in aera loquentes.

c Tã multa, vt puta genera linguarũ ſunt in hoc mundo, & nihil ſine voce eſt,

d Si ergo neſciero virtutẽ vocis ero ei cui loquar barbarus, & q loquitur, mihi barbarus.

e Sic & vos, qm̃ ęmulatores eſtis ſpirituũ, ad ędificationem eccleſię quærite, vt abũdetis.

a Et ideo q̃ loquitur lingua,oret vt interp̃tetur.

a Ideoq;,qui iam linguarũ donum habet,poſtulet vt ſimul & interprętatiõis donum acquirat, Loqui enim lingua,ſine intelligentię atque interpretationis gratia non multum eſt ad ędificationẽ eccleſiæ. b Nam ſi per linguarum donum eloquar orationem,ſpiritus quidẽ donum(quod in orante eſt)facit me orare c ſed manet ſine fructu mẽs,quę ea non intelligit,que ſpiritus dono lingua orat.Nam qui linguis tãtum loquẽdi,donum acceperũt,ſine prophetia atque interp̃tatione,ſubinde,cũ vel orationem,vel pſalmum, vel alia Dei magnalia proferunt,nihil eorum ipſi intelligunt mente . Spiritus enim dono, ad hæc eloquenda aſpirantur atq; impellunt. d Quid ergo eſt his in reb9 deſiderãdũ,&ꝓferẽdũ?Nimirum, vt & ore p linguæ donũ , pariter & mente p prophetiã,oremus, Item,vt ore pſallemus pariter & mente. e Cæterum, ſi ſpiritus tantum aſpiratus dono lingua peregrina gratias agas ac benedicas, quis erit tibi idiota reſpõdens ? Aut quis ad benedictionem tuã reſpondere poterit Amen. f Cum non intelligant auditores, quicq̃ eorum quę tu dicis? g Nõ quod tu male benedicas, ſed quia non ædificantur aſtantes ,eorum quę tu ꝓfers prorſus nihil intelligẽtes. h Ego quod ꝓ magno reputo , & gratias ago

b Nam ſi orẽ lingua ſpiritus meus orat.

c mens autem mea ſine fructu eſt.

d Quid ergo eſt? orabo ſpiritu, orabo & mẽte.Pſallam ſpiritu, pſallam & mente.

e Cęterum,ſi benedixeris ſpiritu,quis ſuplet locũ idiotę?quo modo dicet amen,ſuper tuã benedictionẽ?

f Quoniã quid dicas neſcit.

g Nam tu quidẽ bene gratias agis, ſed alter non ædificatur.

h Gr̃as ago deo meo

Deo, quod omnium veſtrum linguis lo
qui poſſum, a Sed in congregatione
fidelium, malo paucula aliquot verba,
cum mentis intelligentia proloqui, vt
& ipſe ea intelligam, & ſimiliter cæteri
quos adeſſe contigerit, q̃ per linguam
ſolam abſq; intellectu, plurima verbo⸗
rũ milia. b Fratres mei, nolite pueros
vos exhibere iudicio & diſcretione, vt
ea magis miremini q̃ magis noua ſunt,
cuiuſmodi eſt donũ lĩguarũ, ea vero mi
n⁹, quæ licet vtiliora tñ min⁹ noua ſũt
minuſq; ſpectabilia, cuiuſmodi eſt do⸗
num prophętiæ. Nam puerorũ eſt hoc
iudicium, vt non quę vtiliora ſunt, ſed
q̃ magis noua aut magis delectabilia,
præeligant. c Sed in malo ſimplices,
& innocentes, atq; ita pueros, vos eſſe
deſidero, d Iudicio tamen & diſcre⸗
tiõe electiõis, viros, vt q̃ magis ſunt v⸗
tilia, magis miremini, & deſideretis ma
gis. e De linguarum aũt dono, apud
prophetam legimus ex ore domini ita
dictum, quoniam in varijs linguis, &
ĩ varijs loquẽdi modis, loquar obſtina
to iſti Iudaico populo, & ne ſic quidem
ad me conuertẽtur. f Vnde claret lin
guas non eſſe datas, ad eorum qui iam
crediderũt ædificationem, ſed magis
tanq̃ prodigia dari, ad infidelium con⸗
uerſionem. Contra vero, prophetiæ
donum, potiùs ad fidelium ædificatio

ꝙ omnium veſtrũ lin⸗
gua loquor.
a Sed in eccleſia volo
quĩq; verba ſẽſu meo
loq, vt & alios inſtruã
q̃ decem milia verbo
rũ in lingua.

b Fratres, nolite pue
ri effici ſenſibus.

c ſed malicia paruli
eſtote.
d ſenſibus autem per
fecti eſtote.

e In lege eni ſcriptũ
eſt. Quoniã in alijs lĩ
guis, & ĩ alijs labijs lo
quar populo huic, &
nec ſic audient me di
cit dominus.

f Itaq; linguę ĩ ſignũ
ſunt, nõ fidelibus, ſed
infidelibus, ꝓphetiæ
aũt, nõ infidelib⁹, ſed
fidelibus.

a Si ergo conueniat vniuerſa eccleſia in vnū, & omnes lĩguis loquantur, intrẽt autẽ idiotæ, aut, infideles.

nonne dicent, quid in ſanitis?

nem, quam infidelium cõuerſionem, datur. a Ecce enim vniuerſa eccleſia conueniente in vnum, ſi cœperint congregati omnes fideles linguis varijs loqui, & introire contingat infideles, aut idiomata illa peregrina ignorantes, qui nihil eorum quę illi dicũt intelligũt, nõ modo nihil ędificabũtur, verum etiam turbabuntur magis, exiſtimantes illos quaſi inſanos & arrepticios loqui & mẽtis non eſſe compotes.

b Si aũt oẽs ꝓphetẽt, intret aũt quis infidelis vel idiota, conuincitur ab oĩbus dijudicatur ab oĩbus.

b Si vero omnibus viciſſim & bono ordine prophetantibus, & occulta idiomate noto reuelantibus, ingredi contingat infidelem aut idiotã quempiam, cõuincitur ab omnibus,

c Occulta enĩ cordis eius manifeſta ſint, & ita cadens in faciẽ adorabit deũ ꝓnuncians quod vere deus in vobis ſit.

c & de occultiſſimis quoq; cordis ſui dijudicabitur, & fiẽt manifeſta quę nemini fuerãt hominũ cognita, niſi ſoli Deo, atq; proinde cum omni reuerẽtia, procidens in faciẽ ſuã, Deum adorabit proclamans Deũ in fidelibus ſuis vere inhabitare.

d Quid ergo eſt fr̃es.

d Vultis ergo fratres mei cognoſcere, q̃d his in reb⁹ ſit faciẽdũ? Audite me Apoſtolũ veſtrũ

e Cũ cõuenitis, vnuſquiſq; veſtrũ pſalmũ habet, doctrinam habet, apocalypſim habet lĩguã habet, ĩterp̃tationem habet oĩa ad ædificationẽ fiant.

e Quoties in vnũ cõuenitis, q̃ſq; ſiue pſalmũ a deo accepit, ſiue morũ doctrinã, ſiue occultorũ reuelationẽ, ſiue linguarũ, ſiue interpretatiõis gratiã, ſtudeat ad id quod accepit, ad communem eccleſiæ vtilitatem, ordine & modo congruis proferre, vt modo & ordine ſeruato, fiat ædificatio, non confuſio.

f Siue lingua quis

f Ita vt

ſi lingua loqui contingat, permittantur duo, aut vt multum tres linguis loqui, & alius poſt alium, a Si autem vnuſ quiſpiam, qui interpretetur ea quę lingua peregrina pronũciantur. b Si autẽm forte deeſſe contingat qui poſſit interpretari, in conuentu fidelium ſileat, qui linguas tantum habet, abſque interpretatione. Secreto autem ſibi, & Deo ad gloriã loqui poſſit. c Inter Prophetas quoque ſit hic ordo, vt duobus aut tribus alio poſt alium loquentibus, cæteri Prophetæ dijudicẽt, eorum quę prophętantur veritatem. d Cum autem contigerit alterius qui tacebat mẽtem, ſpecialiter diuino dono ſuper propoſitis illuminari, qui prior loquebatur patiẽter cedat poſteriori. e Nã fieri poteſt, vt ꝓphetarũ ſinguli p partes prophetẽt, vt vniuerſi diſcant dũ alios audiunt, atq; item vniuerſi ſuo ordine exhortẽtur dum ipſi prophetãt f Et omnino in volũtate eſt prophetarũ vt libere poſſint, quando oportunũ eſt ſuę ꝓphetiæ illuminationẽ loqui, & quando oportunũ tacere neq; vt arrepticij omino cogũtur g Alioqui Deꝰ ſæpenumero diſſenſionis forec author qui tamen eſt Deus pacis quemadmodum & in alijs oibus ſanctorum eccleſijs ꝑdico. h Quantũ ad ſexũ muliebrẽ attinet in conuentu fidelium ſolenni ybi adſunt

loquitur, ſcdm duos aut vt multũ tres, & per partes.

a & vnus interpretetur.

b Si aũt nõ fuerit interpres, taceat in eccleſia, ſibi aũt loquaẽ, & deus.

c Prophetæ aũt duo aut tres dicãt, & cęteri dijudicent.

d Quod ſi alij reuelatũ fuerit ſedenti prior taceat.

e Poteſtis enĩ oẽs per ſingulos prophetare, vt oẽs diſcant, & omnes exhortentur.

f Et ſpũs ꝓphetarũ, ꝓphetis ſubiectꝰ eſt.

g Nõ enim diſſenſionis eſt deus, ſed pacis, ſicut & in omnibus eccleſijs ſanctorũ doceo.

h Mulieres in eccleſijs taceant.

viri fideles, mulieres non loquantur aliquo pacto. a Non enim propter verecũdiam ſubiectionis permittitur eis loqui in eccleſia, queẽadmodum in libris Moyſi in ipſo Geneſis initio de mulieris ſubiectione legim⁹, cum ſub viri poteſtate conſtituitur. b Neq; interrogare phas eſt eis publice in eccleſia. Domi viros ſuos interrogẽt, ſi quid volunt diſcere. c Omnino enim turpe eſt mulieri (vtpote perſonę ſubiectę) in eccleſia fidelium loqui, ſed propter verecundiam, in publicis conuentibus, magis conuenit ſilere. Quid vero audent quidam obſiſtere ordinationibus Apoſtolicis propter tumorem mundanæ ſcientiæ? d An a vobis primitus verbum Dei cœpit, aut ad ſolos vos puenit, vt velitis vos reſpuere, quę cæteræ omnes fideles tenent eccleſiæ? e Quod ſi quis habetur inter vos, aut propheta, aut ſpiritualis, in diuinis reb⁹ edoctus, diſpiciat & conſideret, Quoniam ſecũdum Deum & a Deo ſunt mãdata hęc quę trado vobis. f Si quis autem per craſſam ſuam negligentiam, aut contẽptum, ignorat quę non ſunt ignoranda illum quoq; non agnoſcet Deus, vt ad mittat eum in gloriam ſuam. g Itaq; (vt hanc materiam, concludẽdo, finiã) prophetiæ donum, tanquam ſimpliciter melius & vtilius, ſuadeo magis deſi

a Non eni pmittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit.

b Si quid aũt volunt diſcere, domi viros ſuos interrogent.

c Turpe eſt eni mulieri, loqui in eccleſia.

d An a vobis verbũ dei proceſſit, aut in vos ſolos peruenit?

e Si quis videtur propheta eſſe aut ſpiritualis, cognoſcat quę ſcribo vobis, quod domini ſunt mandata

f Si quis autem ignorat ignorabitur.

g Itaq; fratres, æmulamini prophetare.

derandum, magiſq; pro eo aſſequẽdo elaborandum. a Verumtamen neque prohibendum eſt linguarum donum, cum & ipſum ſit bonum. b Tantum, vt omnia decenter & bono ordine, abſq; confuſione fiant inter vos.

a & loqui linguis no lite prohibere,
b Omnia autẽ honeſte & ſecundum ordinem fiant in vobis.

ELVCIDATIO CAPITIS Decimiquinti.

His itaq; prioribus diſſolutis quæſtionibus, & factis ordinationibus ad magnum reſurrectionis myſterium volumus accedere. a Ac primum quidẽ, pro huius dogmatis cõſtabilitione, notũ facio vobis de prędicatione Euangelij q̃d prædicaui vobis quod per fidem accepraſtis credentes, in qua etiam nunc perſeueratis, in ſuſcepta ſemel fide ſtabiles, & per cuius fidẽ ſpẽ habetis ſalutis veſtrę, b Notũ inquam, vobis facio, qua ratione Euangelium illud prędicauerim vobis quoniam non rationibus humanis, ſed virtute diuina, ſi modo ea adhuc tenetis, & in eis perſeueratis, quę per me ex Deo vobis ſunt annunciata. Fruſtra enim eſſet, ſemel fidem Chriſti ſuſcepiſſe, ſi ſemel credita iã reſpueritis. c Inter prima enim & præcipua edocui vos, quẽadmodũ & ego a Deo fui edoctꝰ, quoniam Chriſtus iuxta ſcripturarum veterum teſtimonia, pro peccatis noſtris

TEXTVS CAP. Decimũquintum.

a Notũ autem vobis facio fratres, Euangelium quod prędicaui in vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſaluamini.

b qua ratione prædicauerim vobis, ſi tenetis, niſi fruſtra credidiſtis.

c Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quoniã Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris, ſecundũ ſcripturas, & quia ſepultus eſt, & quia reſurrexit tertia die ſecũdum ſcripturas.

mortuus eſt, ac deinde ſepultus, poſt quę, tertia die, reſurrexit a mortuis, iuxta ſcripturarum ſanctarum de eo prædicta teſtimonia. a Et in fidei confirmationem, apparuit Petro & vndecim diſcipulis in vnũ congregatis, propter metũ Iudæorum, b & deinceps ſimul congregatis fidelibus, in Galilęa, pluſq̃ quingentis. Quorũ multi, etiã nunc ſunt ſuperſtites, multi vero obdormierunt in domino. c Viſus eſt inſuper Iacobo. Itẽ Diſcipulis atq; Aplis om̃ibus in aſcenſione ſua. d Poſtremo & ego poſt aſcẽſionem, velut intempeſtiue vidi dominum, quẽadmodum ſolet abortiuus fœtus tẽpore non cõgruo emitti. e Ego ſiquidem, hac conſideratione, infimus ſum Apoſtolorũ, indignus Apoſtoli nomine, quantum ex me quidem fuit propterea ꝙ perſequutus ſim eccleſiam Dei. f Attamen qui ex me nihil ſum, per Dei gratiã ſum id quod ſum, nempe Chriſto nunc credens, & Apoſtolus, & gratia eius in me nõ fuit ocioſa ſine operibus, ſed pl⁹ cæteris omnibus, eam laboraui in opus expendere. g Non aũt ego hos labores, quaſi ex me peregi, ſed per me Dei gratia, cui ego per cõceſſam mihi arbitrij liberi poteſtatem, viriliter cooperor. h At vero, his omiſſis, parũ refert, ſiue nos ſiue cæteri Apoſtoli plus prædicaueri

a & quia viſus eſt Cephę, & poſt hoc vndecim.

b Deide viſ⁹ eſt pluſquã quingentis fratribus ſimul, ex quibus multi manent vſq; ad huc, quidam autẽ dormierunt,

c Deinde viſus eſt Iacobo, deinde Apoſtolis omnibus.

d Nouiſſime autẽ omnium, tanquã abortiuo, viſus eſt & mihi.

e Ego enim ſum minimus Apoſtolorum, qui nõ ſum dignus vocari Apoſtol⁹, quoniam perſequutus ſum eccleſiam dei.

f Gratia autem Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboraui,

g Non ego autẽ, ſed gratia Dei mecum.

h Siue enim ego, ſiue illi, ſic prædicauimus & ſic crediditis.

mus certū eſt, qđ ſic nos vt veri Apoſtoli prędicauim⁹, vti ſupra notū feci m⁹ vobis, & vos illa recte credidiſtis .a Si aūt prędicamus Chriſtū, nos Apoſtoli, a mortuis reſurrexiſſe, quæ eſt hęc quorūdā audacia, vt audeant inter vos fideles aſſerere, nō futurā reſurrectionē mortuorū hominū cæterorum. b Ablata enim mortuorū reſuſcitatione, aufertur & Chriſti reſurrectio. Quoniam Chri reſurrectio, effic'ens cauſa eſt reſuſcitationis mortuorū. c Atſi chrs concedaƭ nō reſurrex'ſſe, conſequitur ſtultā & vanam fuiſſe p̄dicationem noſtrā, ac proinde et falſam fuiſſe fidem veſtrā, vtpote qua falſæ noſtræ prædicationi aſſenſeritis .d Inſuper & nos demonſtramur falſū teſtimoniū dixiſſe aduerſus Deum, p̄dicantes de eo et attribuētes illi quod veritatis non eſſet Prædicauim⁹ enī, Chriſtū a patre ſuo ſuſcitatum, quod falſum cō probatur ſi mortuorum negetur reſurrectio. e Nam conſequiƭ optime, ſi nec reſurgāt nec ſint reſurrecturi aliquando mortui neque ipſe quidem Chriſtus olim ſurrexit. f Hoc autem ſi admiſeritis colligitur nullum vos e fide veſtra fructum percepiſſe . g Nondum enim dimiſſa ſunt vobis per fidem veſtram peccata veſtra, ſi fides veſtra vera non ſit h Rurſum conſequitur, fideles qui

a Si aūt Chřs prædicatur, quod reſurrexit a mortuis, quo modo quidā dicunƭ in vobis, q̄m reſurrectio mortuorum non eſt?

b Si aūt reſurrectio mortuorū non eſt, neq3 Chriſtus reſurrexit.

c Si aūt Chriſtus nō reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra.

d Inuenimur autem & falſi teſtes dei, q̄m teſtimoniū diximus aduerſus deum, qđ ſuſcitauit Chriſtum quē nō ſuſcitauit, ſi mortui nō reſurgūƭ

e Nam ſi mortui nō reſurgunt, neq3 xp̄s reſurrexit.

f Quod ſi Chriſtus non reſurrexit, vana eſt fides veſtra,

g Adhuc enim eſtis in pc̄tis veſtris.

h Ergo & qui dormierunt in Chriſto, perierunt.

in fide Chriſti dormierũt, prorſus periiſ ſe, ſicut beluas, nullam vltra bonorũ operum mercedem expectantes. Quę omnia fideles vos, quomodo tã abſurda ferretis? a Profecto, ſi nos q quotidie propter fidẽ Chriſti affligimur & mortificamur, ſperãtes eſſemus in Chriſto ſolum in hac vita, in ea expectantes retributionem, ex iis quæ in hac vita exiſtunt, non expectando futura cœleſtia bona, eſſemus plane omnibus hominibus miſerabiliores, & infœliciores, vtpote, qui & pręſentibus & futuris gaudiis priuaremur. b Nunc autem vera fides hæc eſt, quod Chriſtus ſurrexit, morte deuicta, c inter omnes mortuos primus ipſe & pręcipuus, tanq̃ primogenitus in multis fratribus. d Ita enim decebat, per vnum hominem reſurrectionem fieri mortuorum, quomodo per vnum hominem cæteri omnes facti ſũt mortis debitores. e Et ſicut in Adam omnes mortui ſumus, ita in Chriſto vitam reſumemus ęternam. f Vnuſquiſque tamen in ſuo reſurget ordine, ſtatus cõditionis, atque meriti. Primitiuus Chriſtus, qui ſingulari gloria prę omnibus, tanq̃ primogenitus, reſurget glorioſus. Deinde fideles eius, qui eius aduẽtum credentes expectauerũt, cum ſpei deſiderio, ac ſtudio bonarum operationũ, g Poſt reſurrectionem autem comple-

a Si in hac vita tantũ in Chriſto ſperãtes ſumus.

miſerabiliores ſumus omnibus hominibus
b Nunc aũt Chriſtus reſurrexit a mortuis.

c primitię dormiẽtiũ
d quoniã quidem p hominẽ mors, & per hominem reſurrectio mortuorum.

e Et ſicut in Adã oẽs moriuntur, ita & in Chr̃o oẽs viuificabũt
f Vnuſquiſque autẽ in ſuo ordine.
Primitiæ Chriſtus, deide hi qui ſunt Chriſti qui in aduentũ ei9 crediderunt.

g Deinde finis,

tam mortuorũ, erit mundanæ mutabilitatis & ſæculi cõſummatio, quando penitus hoſte ſubacto, filius patri regnum beatorum pacatum reddet, plenum atq; quietũ. a euacuatis ommibus officijs, principatuũ poteſtatum, virtutum (tam quo ad bonos, q̃ quo ad malos angelos) quandoquidem nullis eiuſmodi miniſterijs vltra opus erit. b Oportebat autem illius regnum perdurare eo vſq;, vt tandem perfecta ſubiectione, omnes inimicos ſuæ ditioni & poteſtati, ſiue voluntarios, ſiue coactos, perfecte ſubijciat. c Omnium vero poſtrema, deſtruetur terribilis mors, ita vt ſanctorum nulli deinceps noceat. d Omnia enim pater (iuxta ſcripturam) ſubiecit ditioni filij ſui. e Conſtat vero cum omnia dicit, excipi a ſubiectione, patrẽ qui filio ſubiecit omnia f Cum autem cętera omnia fuerint filio a patre ſubiecta, erit tunc & ipſe filius, (quatenus ſecundum humanitatem minor eſt) ſubiect⁹ patri ſuo, vt ſit Deus vnus oĩa implens, & omnia in omnibus, quod non eſſet, ſi filij regnum, diuiſum a patris fingeremus imperio, & diuerſos Deos confingeremus, patrem atque filium, g Rurſum, ſi reſurrectionem non creditis, vel illorũ vos fiducia confundat, qui tantũ reſurrectioni tribuũt, vt eius ſpe etiam pro mortuis olim ſine baptiſ

cum tradiderit regnũ deo & patri.

a Cum euacuauerit omnẽ pricipatum, & poteſtatem, & virtutẽ

b Oportet aũt illum regnare, donec ponat omnes inimicos, ſub pedibus eius.

c Nouiſſime aũt inimicꝰ deſtruet̃ mors.

d Omnia enim ſubiecit ſub pedibus eius,

e Cum aũt dicat, Omnia ſubiecta ſunt ei, ſine dubio, præter eũ qui ſubiecit ei omnia,

f Cum autẽ ſubiecta fuerint illi omnia, tũc & ipſe filius ſubiectus erit illi qui ſubiecit ſibi omnia, vt ſit deus omnia in omnibus.

g Alioquin quid facient qui baptizantur ꝑ mortuis.

mo amicis, iudicauerit viuos baptizan
dos. a Quorſum vero hoc facerêt,
ſi reſurrectionis ſpem non haberêt? Li
cet enim in parte aliqua errent, exiſti
mantes poſt mortem baptiſma prodeſ
ſe, tamen oſtenditur liquido, quantam
illi fidê reſurrectioni habeât. b Quod
ſi horum errantiũ nihil vos mouet exê
plum, ecce noſipſi, putatis, tanta peri
cula per ſingulos dies vellemus perpe
ti? c Nam per ſingulos pene dies, in
mortis periculis atq; afflictionibus ver
ſamur, propter gloriam quam habeo,
quæro, & ſpero de veſtro profectu, in
Chriſto Ieſu domino noſtro, d Ite
rum, quod ſecundum rationem virili
ter agens, metu ſenſus poſtpoſito, etiã
cũ beſtijs pugnare, apud Epheſum ni
hil formidaui, quid mihi prodeſt, ſi nõ
eſt futura mortuorum reſurrectio? e
Potius dicêdum cũ cæteris mihi eſſet,
Mãducemus & bibamus fruêtes deli
cijs huius ſæculi, donec viuimus, quo
niam nobis inſtat mors, poſtq̃ nulla re
ſtat voluptas. f Attendite vobis fra
tres mei & ne vos ſinatis ab eiuſmodi
ſeductoribus ſeduci. Bonos enim mo
res: facile praua euertunt colloquia. g
Magis autê exurgite ad iuſtitiam, nec
vlli deinceps peccato ſubijciamini. h
Sunt qdam inter vos qui ignorant quę
de deo ſcire debêt, quos mea iſta reſpi

a Si omnino mortui non reſurgũt, vt quid & baptizãtur ꝓ illis?

b Vt quid & nos periclitamur omni hora?

c Quotidie morior, propter veſtram gloriã fratres, quã habeo in Chriſto Ieſu domino noſtro.

d Si ſecundum hominem ad beſtias pugnaui Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mortui nõ reſurgunt?

e Manducemus & bibamus, cras enim moriemur.

f Nolite ſeduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala

g Euigilate iuſti, & nolite peccare.

h Ignorantiam enim Dei habent.

cit admonitio, vt euigilent. a Loquor hæc vobis, vt vel p verecundiam emẽdemini, q eiuſmodi eſtis. At dicat forte quiſpiã. b Quoniã modo reſurgent mortui, & quali in corpore redibũt, eodẽne an alio? c Vel ex iis quæ in natura fiũt, diſce o inſipiẽs, diuina ſapere. Ecce, quod tu ſeminas, non reuiuiſcet fructificando, niſi p putrefactionẽ fuerit mortuũ. d Cũ aũt ſeminas nõ corpus illud quod futurum eſt naſciturũq; ex grano ſeminas, ſed ſimplex tantum granũ, vel tritici vel alicuius aliorũ granorum ſiue ſeminum. e Pro ſuo autẽ arbitrio donat Deus ſeminato atq; in terra poſito grano illi corpus, quod ex ipſo enaſcat, & vnicuiq; ſemini, iuxta ſuæ naturæ conditionẽ. Sic neq; mirũ, ſi p virtutẽ Dei, corpora reſurgant alia q̃ fuerint ſeminata f Rurſũ, nõ oĩs caro alteri eſt ſpecie ſimilis, ſed diuerſæ ſũt, & ſpecie & qualitatib⁹, carnes hominũ, pecorũ, volucrũ, atq; quadrupedũ. g Et diuerſa ſunt corpa cœleſtia, a terreſtribus. Et ſingularẽ hñt admirabilẽq; gloriã corpora cœleſtia, quã terreſtria nõ habẽt, Rurſum, ſol luna & ſtellæ, Imo ſtellę ab inuicẽ differũt, alia ab alia, in claritate. h Proportionaliter eſt cõſiderãda in reſurrectiõe corporũ differẽtia non ſolum ſeminati ad reſurgens, ſed etiam reſurgẽtium ad inuicẽ.

a Ad reuerentiam vobis loquor, Sed dicet aliquis, b Quomodo reſurgẽt mortui? Quali aũt corpore venient? c Inſipiẽs tu, quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur.

d Et quid ſeminas? non corpus quod futurum eſt ſeminas, ſed nudum granũ, vt puta tritici, aut alicui⁹ cęterorum.

e Deus autem dat illi corpus ſicut vult & vnicuiq; ſeminũ proprium corpus.

f Non omnis caro, eadem caro, ſed alia hominum, alia pecorum alia volucrum, alia autem piſcium.

g Et corpora cœleſtia, & corpora terreſtria, Sed alia quidem cœleſtium gloria, alia aũt terreſtriũ, alia claritas ſolis, alia claritas lunæ & alia claritas ſtellarum. Stella enim a ſtella differt, in claritate.

h Sic & reſurrectio mortuorum.

a Sepelitur quidem & terræ commendatur, corruptioni obnoxium cadauer, reſurget vero idem illud, in immortalitate, & omnimoda impaſſibilitate. b Seminatur obſcurum & vile. Reſurget in gloria, & claritate nimia. c Seminatur tardum & impotens, a quibuſlibet facile patiēs, reſurget autem agile & potens, ſic vt a nullo deinceps nocumentū pati queat. d Seminatur corpus animale, cibis & potibus nutriri indigens. Reſurget autē ſubtile & ſpirituale, nullis eiuſmodi indigens. e Sicut enim eſt corpus modo animale, ſic eſt & ſpirituale, quod ſuo tempore apparebit in gloria. f Ac de animali quidem corpore legimus in Geneſi, quēadmodum primus homo factus ſit per animam, & vitam a Deo participantem, & corpori vitam dantem, atq; hæc quidem vita, animalis eſt. g Quo contra, de ſecundo Adam ac nouiſſimo, nempe Chriſto, dici poteſt quod natus ſit ſecundum ſpiritum, omnes credentes (qui ſunt corporis eius mēbra) viuificantem. h Verumtamen non prius ſpirituale corpus debeat eſſe quam animale. Sed ab imperfecto animali (vt nunc eſt) perueniri debet ad perfectum, quod eſt ſpirituale. i Primus homo, de terra, terrenus fuit, ſecūdus homo, cœleſti operatione miraculoſe genitus, cœleſtis, quia de

a Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione.

b ſeminatur in ignobilitate ſurget in gloria.

c Seminatur ĩ infirmitate, ſurget in virtute.

d ſeminatur corpꝰ animale. ſurget corpꝰ ſpūale.

e ſi eſt corpꝰ aiale, eſt & ſpūale, ſicut ſcriptum eſt.

f Factus eſt primus homo Adam, in aiam viuentem.

g nouiſſimus Adã, ĩ ſpiritum viuificantē,

h Sed nō prius, qđ ſprituale eſt, ſed qđ animale eſt, deĩde qđ ſpirituale.

i Primꝰ homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœleſtis,

cœlo. a Illi primo terreno conformes ſunt, omnes terreni. Cœleſti huic, nempe Chriſto, adſimilabuntur omnes cœleſtes, qui ſunt de cœlo regenerati, ſpiritu eodem b Quo vt pertingere valeamus fratres mei, certemus nunc, Chriſti imaginem & ſimilitudinem bonis actibus exprimere, quemadmodum hactenus vita mala, veteris Adę imaginem, in nobiſipſis portauimus, illiq; ſecundum animalem & carnalem vitam concupiſcentiæ noſtræ, aſſimilati ſumus.

c Hoc autem iccirco dixerim, quoniã qui ſecundum carnem, & deſideria mala concupiſcentię viuunt, regnum Dei non poſſidebunt, neq; qui corrupte vixerit, poterit immortalitatẽ glorioſam adipiſci. d Ecce altiꝰ vobis, ſuper modo & ordine reſurrectionis, pando myſteriũ. e Omnes quidẽ omnino reſuſcitabimur, boni atq; mali, & ad vitã vniuerſi reuocabimur, ſine exceptione, at non itẽ omnes, per gloriam immutabimur. f Complebuntur omnia in momento, in oculi ictu, tubę nouiſſimę ſonitus miniſterio. g Facto nãq; tubę ſigno mortui reſurgẽt integri, & in membris completi, nullam poſt hac mortem viſuri. h Specialiter autem iuſti ac boni de quorũ numero etiam me eſſe cõfido) ad gloriam immortalitatis atq; impaſſibilitatis immutabimur. i Oportet

a Qualis terrenis, tales & terreni. Et qualis cœleſtis, tales & cœleſtes.

b Igitur ſicut portauimus imaginem terreni, portemꝰ & imaginem cœleſtis.

c Hoc autẽ dico fratres, quia caro & ſanguis regnũ Dei poſſidere non poſſũt, neq; corruptio, incorruptelam poſſidebit.

d Ecce myſteriũ vobis dico.

e Omnes quidem reſurgemus.

ſed nõ oẽs immutabimur.

f In momẽto, in ictu oculi. in nouiſſima tuba.

g Canet enim tuba, & mortui reſurgẽt incorrupti.

h & nos immutabimur.

i Oportet enĩ corru

ptibile hoc induere i- corruptionē, & mortale hoc induere imortalitatem.

a Cum autē mortale hoc induerit immortalitatem tūc fiet ſermo qui ſcript⁹ eſt, Abſorpta eſt mors in victoria.

b Vbi eſt mors, victoria tua? Vbi mors, ſtimulus tuus?

c Stimul⁹ aūt mortis peccatum eſt.

d Virtus vero peccati, lex.

e Deo aūt gratias, q̃ dedit nobis victoriā, per dominum nſm Ieſum Chriſtum.

f Itaq; fratres mei dilecti. ſtabiles eſtote & immobiles, abūdātes ī omni opere domini.

g ſemp ſciētes, q̃d labor veſter nō eſt inanis in domino.

tet enim corpus hoc, quod nūc eſt corruptibile, ornari tūc incorruptibilitate, & quod nūc eſt mortale, veſtiri immortalitate. a Cū vero mortalitate exuta corpus hoc factū fuerit immortale, tūc impletus erit ſcripturę ſermo, qui dicit mortem per Chriſti victoriā deuictam atq; contritā. b Nūc igitur o mors tu quæ ſoles dominari omnibus, vbi nūc eſt tua illa victoria, qua ſoles ſuper omnes triūphare? vbi eſt nunc o mors, gladi⁹ ille quo ſoles occidere animas? Certe Chriſt⁹ vtrūq; deſtruxit, per mortē ſuā. c Gladi⁹ eni quo iterficit aīa eiq; vita auferr pc̄m ē d Lex vero adeo nō abſtulit, neq; mortem neq; peccatū ſtimulum eius, vt ipſa etiam per occaſionem increſcere fecerit peccata. e Iuxta veritatē ergo. Deo agamus gratias, qui per dominū noſtrū Ieſum Chriſtū filiū ſuum, nobis perfectam fecit victoriā, a peccato & eis pœna morte æterna, nos liberans. f Tandem igitur cōcludēs, moneo vos fratres mei dilecti, vt ſtabiles in fide ſancta permaneatis, neq; vllo pacto amoueamini ab eo in quo ſtatis firmo fidei fundamēto, proficiētes ſemper in oīni opere quod placitū eſt domino. g Iam enim comprobatū eſt, & ſcitis ipſi, quia labor veſter, quem in bonis operib⁹ impenditis, nō erit ſine mercede, ī nouiſſimo die. Q đ

cõſequeretur indubie, ſi reſurrectionis fidem negaremus, quam nos confir-mauimus.

ELVCIDATIO CAPITIS. Decimiſexti.

Da F. collectiõe aũt pecuniarũ, q̃ fit pro ſanctorũ neceſſitatibus, ſicut ordinaui in eccleſijs Galatiæ, ſic etiã inter vos facite, prima die ſeptimanæ, id eſt, dominica die, quę eſt prima poſt ſabbatum. b Et vt omnis tollatur ſuſpitio male conſeruationis, ſinguli apud ſe reponant, qđ ſibi iuxta Deum fuerit viſum diſtribuere in pauperes, ne tunc ſit colligẽda adhuc eleemoſyna, quando præſens adero vobis, quę res & in grauamen veſtrũ cederet, & Pſeudapoſtolis calumniandi occaſionem maiorem daret. c Cũ vero ad vos venero, epiſtolis datis ad Apoſtolos in Hieruſalem, mittam viros quos mihi probatos iudicabitis ad perferendam hanc eleemoſynam. d Quod ſi dignum viſum fuerit atq; conſultum, vt ego ipſe deferam, ibunt mecum illi fide digni, vt pariter ęleemoſynam iſtam deferamus in Hieruſalem, e Veniam autem ad vos, vbi Macedoniam pertranſiens viſitauero. Nam ſtatui Macedoniam pertranſire. f Cũ aũt ad vos venero, decreui apud

TEXTVS CAP. Decimumſextum.

a De collectis autẽ q̃ ſunt in ſanctos: ſicut ordinaui in eccleſijs Galatiæ, ita & vos facite, p vnã ſabbati.

b Vnuſquiſq; veſtrũ apud ſe reponat, recõdẽs qđ ei beneplacuerit, vt nõ cũ venero, tũc collectę fiant.

c Cũ aũt p̃ſens fuero, quos probaueritis, p epiſtolas, hos mittã perferre gratiã vr̃am in Hieruſalẽ.

d Qđ ſi dignũ fuerit vt ego eã, mecũ ibũt.

e Veniã aũt ad vos, cũ Macedoniã ptranſiero. Nam Macedoniam pertranſibo.

f Apud vos aũt forſitã manebo, vel etiam,

vos aliquantū tempus commorari, aut etiam prorſus hyemare, vt vobis comitantibus, pergam, quocunq; mihi fuerit eundum. a Non enim volo vos hac vice, tranſeundo tantum videre, ſed ſpero me aliquantulum temporis vobiſcū commoraturum, ſi ſic domini fuerit volūtas. Permanebo autē Epheſi, vſq; ad Pentecoſten. b Multorum enim animos, hoc in loco, ad Euangelij ſuſceptionē paratos inuenio, & clara videtur ac certa ſpes fructus, quem illic poſſum efficere, & aduerſarij multi ſunt, qui profectū noſtrum & illorū impedire conātur, quibus omnino neceſſe erit reſiſtere. c Interim, ſi Timotheus ad vos venerit, videte, vt ab iniurijs ſeruetis eum ſecurū. d In Dei eī opere ſollicite laborat, ſicuti & ego. Propter quod, ne quis eum parui æſtimet, reijciat aut condemnat. Magis autem, honeſto ac tuto comitatu, e propter honorē Euangelij quod prædicat illū deducite, vt ad me veniat. f Expectō enim aduētum eius, vna cum fratribus. g De Apollo autem fratre, ſcitote me plurimum rogaſſe eum, vt vna cum alijs fratribus ad vos pergeret. Hac autē in parte, nō acquieuit petitioni meæ, vt modo ad vos pergeret. Venturum aūt ſe eſt pollicitus, cū ſibi oportunum videbitur, & magis expediens.

hyemabo: vt vos me ducatis, quocunq; iero.

a Nolo enim vos modo in tranſitu videre.
Spero enim me aliquantulū manere apud vos, ſi dominus permiſerit. Permanebo aūt Epheſi, vſq; ad Pentecoſten.
b Oſtiū em̄ mihi apertū eſt magnū & euidēs, & aduerſarij multi ſunt.

c Si aūt venerit Timotheus, videte, vt ſine timore, ſit apud vos.
d Opus em̄ dñi operaī, ſicut & ego, ne quis ergo illum ſpernat.
e deducite aūt illū in pace, vt veniat ad me. f Expecto enim illū cū fratribus.
g de Apollo autem fratre vobis notū facio, qm̄ multū rogaui eū, vt veniret ad vos cū fratribus et vtiq; nō fuit voluntas eius, vt nūc veniret. Veniet aūt cū ei vacuum fuerit.

a Vos interim vigilantes & attenti eſto
te, firmi ſtate in fide recta, viriliter ope
remini quę bona ſunt, & in omni bono
corroboremini. b Super omnia autē,
quæcunq; facitis, in Dei amore, & paci
fica ad inuicē charitate, facite, c Oro
autem vos fratres, quoniam noſtis fami
liam Stephanę fideliſſimæ matronæ &
Fortunati, & Achaici, quod ſint præci
cipui & primi inter Chriſtianos vniuer
ſæ Achaiæ, & vitronei ſeipſos obtu
lerunt, ad miniſtrandum ſanctorum ne
ceſſitatibus, vt eiuſmodi hominibus de
feratis, & eos reuereamini. Neque his
modo, verumetiam omnibus qui inter
vos zelo fidei, nobis cooperantur, & la
borant in negocio Euangelij. d Gau
dium vero magnum & conſolationem,
mihi adfert iſtorum præſentia, nempe
Stephanæ, Fortunati, & Achaici, quo
niam veſtrum omnium loco, quod mi
hi deerat ſuppleuerunt. e Meum eñ
ſpiritū, preſentia humanitatis ſuę pluri
mum recrearūt, & (quia meum gaudi
um veſtrum eſt) ſimul etiā refocillarunt
ſpiritum veſtrum. f Eos ergo qui ta
les ſunt, agnoſcite, vt eos in omni reue
rentia & honore, habeatis. g Saluto
vos ego Paulus, omnium eccleſiarū no
mine, quę ſunt in Aſia. Salutant vos in
domino multum Aquila & Priſcilla, cū
domeſtica eorum familia, apud quos

a Vigilate, ſtate in fide viriliter agite, & cō fortamini. b Omia enim veſtra, in charitate fiant.

c Obſecro autē vos fratres (noſtis domū Stephanę & Fortunati, & Achaici, quoniā ſunt primitiæ Achaię & in miniſterium ſanctorum ordinauerūt ſeipſos) vt & vos ſubditi ſitis eiuſmodi, & omni cooperanti & laboranti.

d Gaudeo aūt in præſentia Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipſi ſuppleuerunt.

e Refecerūt eni & meum ſpm̄, & veſtrum

f Cognoſcite ergo q̄ eiuſmodi ſunt.

g Salutant vos eccleſiæ Aſiæ. Salutāt vos in dn̄o multū Aquila & Priſca cū domeſtica ſua eccleſia apud quos & hoſpitor. Salu

tant vos oẽs fratres. a Salutate inuicem, I oſculo ſancto .·aluta tio mea manu Pauli.

b Si quis nõ amat do minũ nr̃m Ieſũ Chri ſtũ, ſit anathema, ma ranatha. c Gr̃a dñi nr̃i Ieſu Chriſti, vobiſ cũ. d Charitas mea, cũ oĩbus vobis, in chri ſto Ieſu. Amen.

ego hoſpitor. Salutant vos, oẽs qui me cum ſunt fratres. a Salutate vos inui cem, in ſpiritu veritatis & pacis, ĩ oſcu lo ſancto, & amore ſyncero, atq; imma culato. Salutatio mea, manu Pauli. b Si quis non amat dominũ Ieſum Chri ſtum, ſit execratus in aduentu domini c Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, vobiſcum. d Charitas, qualẽ ego ad Deũ & erga vos habeo, ſit cum omni bus etiam vobis, vt inuicem diligatis, quõ ego vos diligo, in veritate, in Chri ſto Ieſu. Amen.

¶ Finit Textus Epiſto ſtolæ ad Corinthios prioris, Beati Pauli Apoſtoli.

¶ Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Chorinthios priorem Beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolam ad Corinthios Poſteriorẽ B. Pauli Apoſtoli.

SCripſerat Apoſtolus, ſuis quos ad Chri ſtum conuerterat Corinthijs, obiurgato riam Epiſtolam in qua multa illorum vi cia, ſeuera ſatis increpatiõe redarguerat Corinthij vero quaſi bonæ obedientiæ filij, accepta Apoſtoli ſui epiſtola, ad pœ nitentiam compuncti, quæcũq; ille corri puiſſet, ſtudioſe emendabãt. Ita vt (iuxta Apoſtoli præce ptũ) fornicarium illũ ab eccleſia eijcerẽt, & cætera itẽ de qui bus inſtructi erãt, iuxta quod oportebat, corrigerẽt. Gaudẽs ergo de illorũ pœnitẽtia Apoſtolus, conſolatoriam eis ſcri

bit hanc ſecundam epiſtolam. Ac primum quidem, ſuarũ tribulationum magnitudine enarrata, & diuina protectione annexa, ad ſui excuſationem procedit rationem reddẽs cur ſicuti pollicitus fuerat, ad eos nondum veniſſet, neq; leuitati hoc neq; inſtabilitati aſſcribendũ declarans, ſed ad parcendum ipſis id eſt, ne ſeuerius in eos agere cogeretur, ſi pręſens illis nondũ emẽdatis aduenisſet. Optabat aũt magis, vt cum ad eos adueniret, in Gaudio id fieret, nõ in triſtitia, qua ſe tũ afflictũ fuiſſe plurimũ narrat, cũ poſt audita Corinthiorum peccata, priorẽ deſcriberet epiſtolam. Quõ autem ſeueritate iuſticię peccatorem illum fornicarium iuſſerat Satanæ tradi in carnis interitum. Ita ex aduerſo emẽdatum & pœnitẽtẽ, modo recipi iubet, in gremium & vnitatẽ Eccleſiæ, ne forte p aſtutias Satanę, illius ſpiritũ cõtingat per deſperationẽ, in damnationẽ pertrahi. Deinde fructum adiungit multiplicem & copioſum, verę ſyncerǽque prædicationis ſuæ, per quã, Chriſtiani nominis odorem Deus faciebat in omni loco manifeſtum, Atq; hæc quidẽ, prioribus duobus capitulis. Mox aduerſum Pſeudapoſtolos ſuam gloriationẽ inſtituit gloriam noui teſtamenti & miniſtrorum eius glorię veteris teſtamẽti (quod erat tanquã imperfectum ſuo tempore euacuandum) pæponens. Cuius rei occaſione, de Moyſi velamine & Iudæorum obtuſitate atq; cęcitate quædam interſerit. Atq; hæc capite tertio. Propter huius aũt tã glorioſæ adminiſtrationis munus ſibi cræditũ, ex miſericordia Dei, oĩ ſe cura dicit, etiã ex occultiſſimis cordis, fœda q̃q; abijcere. Ita vt nec in corde quicq̃ ſit aſtutiæ aut calliditatis, & in conuerſatione omnium ſe conſciẽtijs reddat commendatum. Neq; quicquam ſe cõmoueri, ijs quas pro Chriſto patitur corporis miſerijs & afflictionibus (quas etiam cum gloria recitat) propter Chriſti adiutorium, & interioris hominis profęctum, ſciens quoniam

quanto externus homo (id eſt caro paſſibilis) perſecutioni bus corrumpitur, tanto ſpiritus amplius vireſcit interius, prӕterea quæ ex paſſionib⁹ iſtis exepectat, venturæ retributionis ſempiterna præmia Ad quӕ ſuſpirans quinto capite ſpei ſuӕ confeſſionem profitetur, glorificationis quoq; beatorum, tã in anima, q̃ in corpore, aſtruit myſterium. Cuius ſpe & expectatione, ſe dicit, etiam dum in corpore peregrinatur, licet abſens ſit ſecundum corporis conuerſationem a domino, ſemper tamen conari ad placendum illi, vt cum exhibitus fuerit ante tribunal Chriſti (ad quod omnes aſſerit manifeſtandos) beatitudinis tunc gloria dignus inueniatur ſuperueſtiri, Ad quod etiam, quantum in ſe eſt, omnes cupit propter charitatem Chriſti, quæ illum vrgebat, adducere. Ob quod, ſexto capite, quaſi Dei cooperator, legatione fungens pro Deo, omnes hortatur, vt tempus ſalutis modo propoſitum, fidei deuotione acceptare velint. Se vero, ne forte prӕdicationi huic vllum præbeat impedimẽtum ab omni eo cauere aſſetit, in quo vituperari poſſit prædicationis miniſterium, imo propter eius fidelem adimpletionem, omnia ſe ſuſtinere corporis incommoda libentiſſimo animo profitetur, quæ & particulatim enumerat, veluti per catalogum recenſens, & quanta patiatur, & quibus modis quibuſue armis aduerſus ea ſe defendat. Atq; hinc, in fine ſexti capitis ad affectuoſam exhortationem ſe cõuertens, eos vt ſibi chariſſimos obteſtatur, ne cum infidelibus participent, in ijs quӕ ſunt erroris aut periculi eo quod populus Dei ſint inter quos Deus inhabitet atq; inambulet. Propter quod etiam ſexto capitulo ſermonem exhortationis continuãs omni cura eos iubet cordis munditiam quærerӕ quam Pſeudapoſtoli prorſus negligebant exteriori ſimulatione ſanctitatis contenti. Mox autẽ poſt ſeptimi capitis principium, poſt breuiter expoſitã quam paſſus fuit in

Macedonia tribulationem, conſolationẽ aperit, qua ſe con ſolatum fuiſſe commemorat ex aduentu Titi, qui ab illis ad Apoſtolum iam redierat. Qui Apoſtolo narrãs illorum pœ nitẽtiam, & promptiſſimum ad obediendum in omnibus animum ſummum quoq; erga Paulum præceptorem amo ris affectum, miro gaudio eum lætificauerat. Atq; etiam in eo, quod Titum a ſe miſſum, multa humanitate & benigni tate, in præceptoris reuerẽtiã & gloriam, excepiſſent. Poſt hęc. 8 capite exemplo Macedonum (quorum in ſumma pe nuria & tribulatione maxima, miram liberalitatẽ cõmemo- rat) Achaicos ipſos prouocat, ad faciendam ſanctis Hiero- ſolymitanis eleemoſynã, cuius rei gratia, ſe Titum atq; ali- os duos probatę fidei fratres, dicit miſiſſe. Neq; vero id fa- cit Paulus, quaſi per imperium quẽquam cogere volẽs, ſed quaſi conſulens quod illis eſt vtile, vt exemplo Chriſti miſe ricordiam præſtent, ijs qui miſericordia opus habent. Atq; quidem conſulit ſuadetq;, octauo & nono capitulis. Quo- niam vero licet emendati eſſent in pluribus Corinthij, vide bantur tamen doctores adhuc inter ſe tolerare, non ſyn- ceros, & Pſeudapoſtolos, qui quæſtus gratia vel ſecun- dum ſæculi ſapientiam, vel ſecundum legis obſeruanti- am docebant, ex quibus eis periculum erat corruptionis a ſynceritate fidei, qui Paulo eiuſq; authoritati multis mo- dis derogabant, ſeipſos vero mire iactitabãt, iccirco aduer- ſum hos, ad retundẽdam illorum ſuperbiam, in ſequẽtibus fortiter agit. Ac primum quidẽ capite decimo, per Chriſti modeſtiam eos obſecrat, in ſancta fide & obediẽtia ſic per ſiſtere, vt non cogatur ſuæ vltionis ſeueritatem in eos ex- ercere quam vltionis poteſtatem, nonnulli in eo falſo calũ niabantur audaciam, dicentes illum vt carnalem hominem gloriam quærere, & nihil niſi audaciam prætendere abſen tem, cum præſens totus eſſet vilis & contemptibilis. Contra

quos agẽs, proteſtatur ſe coram Deo ambulantem, & præ
ſentem & abſentem ſemper ſui ſimilem eſſe ſpiritualem,
quoque ſe eſſe non carnalem , & armis ſpiritualibus, non
carnalibus , omnia agere, quãquam & poſſet(ſi vellet) eti-
am ſecundum carnem,gloriari,cum illis ſuis obtrectatori-
bus Pſeudapoſtolis , qui & in illis gloriari non erubeſce-
bant,quæ extra ipſorum eſſent regulam,quod a ſe Paulus
dicit alienũ,qui i ſolo domino ſe fatet̃ gloriari. Poſt hoc ca
pite vndecimo,compulſus neceſſitate,propter Pſeudapo-
ſtolos,aduerſus illorum inſipientiam, ſuam opponit gloriã
Primum quidem ſe excuſans , de eo quod forſan illos po-
tuiſſet offendere,quoniam videlicet ab Achaicis ſtipendia
noluiſſet accipere,quod ſe dicit propter Pſeudapoſtolorũ
maliciam,non propter diſcipulorum odium omiſiſſe,dein
de , neceſſitatem gloriationis ſuæ iterum proteſtatus , pri-
mum quidem in ijs quę carnis ſunt gloriatur,de genere,de
lege,ac ſimilibꝰ,deinde in ijs quas pro Chriſto pertulit,paſ-
ſionibus,quum illi nihil pro Chriſto, vel minimum,aliquan
do paſſi fuiſſent . Duodecimo vero capite,etiam ad altiora
priuilegia, per gloriam (ſub aliena tamen perſona) peregit
recitanda , & de ſtimulo carnis ſibi ad humilitatis cuſtodi-
diam,Dei prouidentia dato, commemorat , rurſumque in
infirmitatibus ſibi complacet . Poſt quæ omnia (ne forte
quis ſcandalizetur ex eius gloriatione,ſuæ gloriationis ne-
ceſſitatẽ iterum replicat,eo ꝙ ſuum præceptorem & Apo-
ſtolum illi non defenderent,contra Pſeudapoſtolos , vt de
bebant. Poſtremo,circa finem capitis duodecimi,& capite
toto decimotertio, timens ne non omnes adhuc emendati
ſeuere edicit,vt ſi adhuc emẽdati non ſunt,quantocius cor
rigere ſe ſtudeant,antequam ipſe præſens adueniat,& ſuę
vltionis ſeueritatem in eos exercere cogatur,id quod ſe mi
nime petere declarat, modo ipſi coram Deo probati appa

ſeant. Ait enim ſe non tyranni more quærere vlciſcendi oc-caſionem, ſed patris affectu illorum bonam & probatam cōuerſationē, pro qua etiam ſedulo orare Deū ſe teſtatur, ſeq; ob hoc nunc abſentē ſcribere durius, vt nō pręſens ſe-uerū ſe in viciſcēdo exhibere cogeretur. Poſt oīa, gaudere eos ſemp iubēs, & pacē ſectari, ita claudit Epiſtolam.

¶FINIT. ARGVMENTVM IN EPIſtolam ad Corinthios Secundam.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Corinthios poſteriorem Beati Pauli Apoſtoli.

¶Text⁹ Epiſtolæ ad Corinthios poſterioris Beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO CAPITIS Primi.

PAul⁹ apoſtol⁹ Chrī Ieſu, ſecundū volūtatem Dei, & Timotheus frater ſalutē dicūt eccleſię dei q̄ eſt Corinthi cōgregata, pariter & oīb⁹ in vniuerſa Achaia fidelibus. b Sit vobis gratia, & comes illi pax, a Deo patre omnium noſtrum, & domino Ieſu Chriſto, c Benedictus ſit Deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater ille a quo omnis miſericordia & Deus a quo omnis vera

TEXTVS CAP. Primum.

a PAulus Apoſtol⁹ Ieſu Chrī p volūtatē dei & Timotheus frater eccleſiæ Dei q̄ eſt Corinthi, cū oīb⁹ ſanctis qui ſunt in vniuerſa Achaia.

b Grā vobis & pax a Deo patre noſtro, & dn̄o Ieſu Chriſto.

c Benedictus de⁹ & pater dn̄i noſtri Ieſu Chriſti pater miſericordiarum, & De⁹

totius conſolationis.
a qui conſolatur nos in omni tribulatiōe noſtra, vt poſſimus & ipſi conſolari eos qui ī omni preſſura ſunt, ꝑ exhortationē qua exhortamur et ipſi a deo
b Quoniā ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat cōſolatio noſtra.
c Siue tribulamur, ꝑ veſtra exhortatiōe & ſalute.

d Siue cōſolamur, ꝑ veſtra cōſolatione, ſiue exhortamur, ꝑ veſtra exhortatione, & ſalute.
e quæ operatur tollerantiam earundē paſſionum, quas & nos patimur,

f vt ſpes noſtra firma ſit pro vobis, ſcientes quod ſicut ſocij paſſionū eſtis, ſic eritis & conſolationis.

g Nō enim volumus ignorare vos fratres, de tribulatione noſtra quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra mo-

conſolatio, a qui cōſolatur nos in omni tribulatione nobis obueniēte, in hoc vt nos item conſolari valeamus quoſlibet in preſſura conſtitutos, per exhortationem conſolationis eius, quam ipſi a Deo accepimus. b Quoniam ſicut ob amorem Chriſti, paſſionibus aggrauamur in corpore, ſic & abundantius conſolationem ſpiritus, per Chriſtum accipimus. Quicquid autem de nobis agitur, Deo diſpēſante, ad veſtram agitur vtilitatem. c Nēpe ſi tribulamur, ad veſtram id exhortationē atq; ſalutē permittit Deus, vt noſtro exemplo exhortemini & confirmemini ad patientiam. d Siue conſolationē accipimus, & hoc ipſum ad veſtram conſolationē ſiue exhortationē a Deo internam accepimꝰ, & illud quoq; ad veſtrā fit exhortationē & ſalutē. e Quæ quidē conſolatio atq; exhortatio vos facit valētes, ad eaſdē paſſiones tolerandas, quibus & nos premimur, f vt hac de cauſa merito firmam ſpē de vobis concipiam, quod conſolationis ſpiritualis aliquando eritis participes ſicut nunc mihi eſtis in tribulationibus ſocij. Quibus enim communis eſt afflictio, eiſdē eſt & communis poſt afflictionem conſolatio. g Volo autem ſcire vos, quantam in aſia tribulationē ſuſtinuerimus, vbi exceſſiue admodum, onus graue tribulationis ſu

ſuſtinuim⁹,ſupra humanas vires,adeo vt nec libeat vltra viuere,atq; etiã ſi li buiſſet)ſpes nulla videret rel q̃ a Qui &ipſi intra noſmetipſos exiſtimaui mus,mortẽ nos humanitus non poſſe euadere,quaſi mortẽ videntes in pro ximo. b Atq; in illud tantum diſcri men venire nos permiſit Deus, vt diſca mus nobiſipſis (id eſt noſtris viribus & conſilijs) nihil fidere,ſed ſpem omnẽ in Deo habeamus,qui & mortuos ſuſci tare potẽs eſt, c qui ipſe de tãtis nos mortalibus periculis,& liberauit, & li berat,& quemadmodum ſperamus, in poſterum liberabit,adiutorio precũ veſtrarum,quas pro nobis ad Deum effunditis. d vt de dono gratiæ ſuæ quam in nos confert, per multos, & a multis perſonis diuerſarũ conditionũ atq; ſtatuum,agantur gratiæ Deo,pro nobis.Orationum autẽ veſtrarum ſuf fragia fidenter depoſcimus & apud Deum exaudiri confidimus, e quoni am gloriamur in teſtimonio bono, qđ nobis perhibet conſcientia in ſpiritu ſancto,in eo qđ ſimplici & integro cor de,coram Deo,& non per carnalem ſa pientiã,ſed iuxta gratiã dei ,conuerſa ti ſumus erga omnes.Peculiariter dico ad vos ,a quibus nec ſtipendium vnq̃ accepimus laborum.quod ab alijs ec cleſijs accepimus. f Quæ autẽ ſcribi

dum grauati ſumus ſupra virtutẽ,ita vt tęderet nos etiam viuere. a Sed ipſi in nobiſmetipſis re ſponſum mortis ha buimus.

b vt non ſimus fi dentes in nobis,ſed in deo,qui ſuſcitat mortuos.

c qui de tantis peri culis nos eripuit, & eruit, in quẽ ſpera mus quoniã & ad huc eripiet, adiu uantibus & vobis in oratione, pro no bis.d vt ex multa rũ perſonis facierũ eius quæ in nobis eſt donationis per multos gratiæag a ntur pro nobis.

e Nã gloria noſtra hæc eſt,teſtimoniũ conſcientię noſtræ, quod in ſimplicita te cordis,& ſinceri tate dei,& nõ in ſa pientia carnali, ſed in gratia dei conuer ſati ſumus in hoc mũdo,abũdãti⁹ au tem ad vos.

f Nõ enim alia ſcribi

mus vobis, q̃ q̃ legiſtis & cognouiſtis. i

a Spero autẽ ꝙ vſq; in finẽ cognoſcetis, ſicut & cognouiſtis nos ex parte.
b quia gloria vr̃a, ſum⁹, ſicut & vos i noſtra in die dñi nr̃i Ieſu Chriſti.

c Et hac cõfidẽtia volui prius venire ad vos, vt ſecũdam gratiam haberetis.

d & p vos tranſirẽ in Macedoniã, et iterũ a Macedonia venire ad vos, & a vobis deduci in iudęã.
e Cũ ergo hoc voluiſſem, nunquid leuitate vſus ſũ? Aut quę cogito, ſecũdũ carnẽ cogito, vt ſit apud me eſt & non.
f Fidelis aũt deus, quia ſermo noſter q fuit apud vos, non eſt in illo eſt & non, ſed eſt in illo eſt.
g Dei em̃ filius eſt: Ieſus Chr̃s q in vobis p nos prędicat⁹ eſt, p me & Syluanum & Timotheũ

mus vobis, & ex literis noſtris olim acceptis, & ex conuerſatione præſenti cognouiſtis. a Spero autẽ, ꝙ & vſq; in finẽ eoſdẽ nos cognoſcetis, queadmodũ hactenus, ex parte cœpiſtis noſtrã cõuerſationẽ habere probatã. b Idq; ita conuenit, quoniã nos ſumus, de quib⁹ erit vobis gloriatio in nouiſſimo die domini nr̃i Ieſu Chriſti, ſicut et nos de vobis gloriabimur. Nos de vobis, quos in fide genuim⁹, vos ĩ nobis, quos veſtrę ſalutis primos poſt Deũ authores habuiſtis. c Et hac confidentia ſtatuerã mecum, priuſquã intrarẽ in Macedoniam, venire ad inuiſendũ vos, vt ſecũdã viſitationis gratiã haberetis, & ĩ aduentu noſtro conſolationem, d & per vos tranſirẽ in Macedoniam, & ſic reuertẽs, deliberauerã deduci velle in Iudęam. e Hoc ergo cũ prius ſtatuiſſem nũquid leuiter egi mutato cõſilio? Aut quæ ego ſtatuo, ſcdm carnem me putatis definire, vt ſit in me duplicitas aut inſtabilitas? f Fidelis autẽ eſt Deus, nec duplex, nec inſtabilis, & ad eundem modum ſermo noſter, quo apud vos Chriſtum prædicãs vſus ſum, nec duplicitatem, nec inſtabilitatem habet, ſed ſtabilis eſt in eo ſimplicitas g Nam prædicatio, quã ego & Syluanus & Timotheus in vobis prædicauimus, de IESV CHRISTO

filio Dei, nullam in ſe habuit duplicita- tem, ſiue inſtabilitatem, ſed eſt (hoc eſt ſimplex firmitas, & ſtabilis ſimplici- tas) in illo fuit. Imo quotquot promiſſio nes a Deo ſūt nobis donatæ, & per nos prædicatæ, per Chriſtum ſunt firmæ & immutabiles. b Atque ideo, Deo patri per Chriſtum dicimus Amen, veritati & firmitati omniū conſentiētes, vt cre- dentes & acceptātes, gloriā promiſſam conſequamur. c Qui autē nos pariter & vos, in Chriſto confirmat, Deus eſt, qui & ſpiritu ſancto ſuo nos ſignauit adoptando, tanq̄ filios Dei diſcernēs a filiis diaboli, & eundem nobis in pign⁹ dedit æternæ hæreditatis, in intimis no- ſtris d Ne vero me leuitatis arguatis ob prædicta, & propoſiti dilationem aſſcribatis inſtabilitati, ecce Deum te ſtor futurum iudicem, me hucuſq; (vt propoſueram) Corinthum non veniſſe nulla alia de cauſa, niſi ob hoc vt vobis parcerem, neue in multos veſtrum, nec dum emendatos, durius agere cogerer, ſi præſens ipſe aduenıſſem. e Hoc au tem dixi, parcere me vobis, non quaſi ratione fidei ſuper vos dominatum mi hi vendicans, ſed quia miniſter ſum ve ſter, cupiens veſtrū magis adiuuare, q̄ turbare gaudium. f Nam (quod qui- dē ad fidē attinet) ſatis recte apud vos res habet, neq; i præſentiarū quicq̄ eſt,

non fuit in illo eſt & non, ſed eſt in illo fuit

a Quotquot enī pro- miſſiones dei, ſunt in illo, eſt.

b Ideo & per ipſum dicimus Amen deo, ad gloriam noſtram.

c Qui aūt confirmat nos vobiſcū i Chriſto & qui vnxit nos De⁹ qui & ſignauit nos, & dedit pign⁹ ſpūs i cor dibus noſtris.

d Ego aūt teſtē deum inuoco in aīam meam ꝙ parcens vobis, non veni vltra Corinthū.

e Nō quia domina- mur fidei veſtræ

ſed adiutores ſumus gaudij veſtri.

f Nam fide ſtatis.

de quo quantum ad veritatem fidei, ve niatis arguendi.

TEXTVS CAP. Secundum.

a Statui autẽ hoc ipſũ apud me, ne iterum in triſtitia venirẽ ad vos b Si enim ego contriſto vos & quis eſt qui me letificet, niſi qui cõtriſtatur ex me?

c Et hoc ipſum ſcripſi vobis, vt non cũ venero triſtitiam ſuper triſtitiam habeã, de quibus oportuerat me gaudere.
d confidens in omnibus vobis, quia meũ gaudium omnium veſtrum eſt.
e Nam ex multa tribulatiõe & anguſtia cordis ſcripſi vobis, p multas lachrymas, nõ vt cõtriſtemini.

f ſed vt ſciatis quam charitatem habeã abũdãtius in vobis.

ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

Sa Tatui autem in animo meo hoc ipſum, mempe in triſtitia nolle me venire ad vos, cum iterum aduenero. b. Si enim ego vos cõtriſto, & quis me poterit lætificare? Oportebit ergo me vobiſcum triſtitiam habere, poſtq̃ ipſi triſtes me cõſolari minime valeatis. Niſi qui ex mea correptione ſalubriter cõtriſtatur, is lætificare me ſua triſtitia poteſt. c Hoc aũt quod ſtatui, etiam ſcripto indicare vobis curaui, vt nõ mihi veniẽti ad vos, accumuletur triſtitia ad triſtitiam. Idq; de ijs, ex quibus ſpiritus meus gaudere debuerat, d dum confido in omnibus vobis, q̃ meũ gaudium, omnium veſtrum communiter eſt, quemadmodum & veſtrum, noſtrũ etiam eſt gaudium. e Nam epiſtolam illam priorẽ, ex multa afflictione & dolore animi ſcripſi vobis, cum multis lachrimis, non intentione vos contriſtandi, quaſi in veſtra triſtitia ego gauderẽ ſed intentione vos perducendi ad emẽdationem veſtrorum peccatorũ. f Ex quo etiam videre poteſtis charitatẽ noſtram, qua ſumus pro veſtro profectu

ſollicitivalde. a Qui autem me cōtri ſtauit ex vobis nō me in profundum de merſit triſtitię, ſed ex parte aliqua, ſecū dum rationis modum, alijs plurimis ex altera parte me conſolantibus ex ſuæ cōuerſatiōis bonitate, vt ne videar omnes vos quodammodo accuſare, & omnibus meæ triſtitię, cauſam imponere. b Illi vero qui ſuo ſcelere ſic me cōtriſtauit, ſufficiat obiurgatio communis, q̄ eſt a cōmunitate eccleſiæ, ad correctionem c Quę tamen ſic moderetur, vt ex aduerſo remittentes aliquid etiam conſolemini obiurgatum, ſecūdum ſpiritum, d ne forte obiurgatione laceſſitus, neq; coſolatione lenitus, abſorbeatur abundanti triſtitia, in deſperationis profundum. e Propter quod obſecro vos vt cœptam in illum charitatem, per correptionē acriorem, nunc pergatis perficere, in conſolando eundem. f Ideo enim & ſcripſi vobis, vt experimentum ſumam obediētię veſtrę, in omnib⁹ ſitis, perfecte obedientes, noſtra iuſſione parati corripere atq; eijcere, & iterum noſtra iuſſione parati conſolari atq; recipere g Illud autem ſcitote, quoniam cuicunq; poſt peractam pœnitentiam, congregati in nomine domni donaſtis remiſiſtiſq;, veniā dantes, & ego illud præſens ſpiritu, ratum habeo, & nunc, iſtam abſolutionē ego ratam ha-

a Si quis aūt cōtriſtauit me, nō me cōtriſtauit, ſed ex parte.

vt non onerē vos oēs

b Sufficit illi qui eiuſmodi eſt, obiurgatio hæc quę fit a pluribus

c ita vt ecōtrario magis donetis, & cōſolemini.

d ne forte abundātiori triſtitia abſorbeat, q eiuſmodi eſt.

e Propter qđ obſecro vos, vt cōformetis in illum charitatem.

f Ideo em̄ & ſcripſi vobis vt cognoſcā experimētū veſtrū, an ī oībus obediētes ſitis.

g Cui aūt aliquid donaſtis, & ego.

a Nā & ego qđ donaui ſi quid donaui, propter vos, in pſona Chriſti, vt nō circū-ueniamur a ſatana.
b nō enī ignoramus cogitationes eius.

c Cū veniſſem autē Troadē, propter Euāgeliū Chriſti, & oſtiū mihi apertū eſſet ī domino.
d nō habui requiem ſpiritui meo, eo φ nō inuenerim Titum fratrē meum.
e Sed vale faciens eis profectus ſum in Macedoniā.
f Deo autē gratias. q ſemper triūphat nos in Chriſto Ieſu.

g & odorem noticię ſuæ manifeſtat p nos, in omni loco.

h quia chriſti bonus odor ſumus deo.

beo, ſi eum receperitis. a Nā & ſi ego aliquid donaui, vice Chriſti donaui, ne per nimiam ſeueritatē, ſub iuſtitiæ prætextu, nos ſatanas circumueniat. b Cognouimus enim aſtuta illius cōſilia, quibus ſolet nimiam auſteritatē nonnunq̄ ſuggerere prælatis, vt ſic ī deſperationē abducat, quos benigna & mitis correptio, a morte ſaluaſſet. c Cum veniſſemus antē Troadem, prædicandi Euangelij gratia, & multos viderem ad audiendum verbum Dei paratos, d nō potui tamen habere requiem, in ſpiritu meo, eo φ Titum non inueniſſem, cuius auxilium, mihi erat neceſſarium. e Propter quod fratres Chriſtianos exhortans, eiſq; valedicēs, profectus ſum in Macedoniā. f Agimus autē gratias Deo, qui nos ſemper triumphatores & victores efficit in Chriſto Ieſu, faciēs nos in omnibus ſuperuincere, danſq; nobis, corda infidelium iugo fidei eius ſubijcere. g & gratiſſimū odorē ſuæ cognitionis, famamq; ſui nominis, per noſtræ prędicationis miniſterium, manifeſtat, atq; diſpergit in omni loco, Iudæorum & gentilium h Nos enim, Chriſti odor ſumus, id eſt, Chriſti odoriferam famam deferentes, in ſenſus hominum, ante Deum vtiq; bonus & ſuauis & ſi mali homines corrupti iudicio, aliter iudicent. Bonum (inquam) fundi-

mus nominis odorem in commune om nibus, tam in electis & ſaluandis, quam in reprobis & perituris, neminem celantes Euangelium. a Verumtamē odor iſte, alijs quidem, ex ipſorum vicio in mortem cedit. Alijs autem, eſt odor bonus ad vitam, qui etiam mortuos, bene acceptatus corde fideli, ſufficiat viuificare. b Ad hunc autem Chriſti odorem ferendum, quis ex illis Pſeudapoſtolis, quos non Deus mittit. ſed queſtus prædicare facit, tam ſe idoneum iactitet quam nos Deus fecit idoneos. c Abſit aūt a nobis vt, tales ſim⁹, quales (prohdolor) videmus plurimos, ſub ſpecie doctorum ambulantes, qui verbum Dei, non ſynceriter nec ſimpliciter prædicant, propter Deum, d ſed cauponantium more commixtum cum humanæ ſapientię aut eloquentiæ impuritatibus, aut Iudaicarum obſeruantiarū vanitatibus, ad quæſtū & lucrū prædicant, ſiue potius vendūt. e Nos vero ſyncere, integre, & pure, quēadmodum a Deo accepimus, corā Deo iudice, in Chriſto (id eſt ſecundum Chriſti volūtatem) & propter eius amorē prædicamus, quod nobis eſt commiſſum, ſanctum Euangelij verbum.

in ĳs qui ſalui fiūt, & in ĳs qui pereunt.

a Alĳs quidem odor mortis, in mortem alĳs aūt odor vitę in vitam.

b Et ad hęc quis tā idoneus.

c Non enim ſumus, ſicut plurimi.

d adulterantes verbum dei.

e ſed ex ſynceritate, ſicut ex deo, corā deo, in Chriſto loquimur.

ELVCIDATIO CAPITIS. Tertij.

TEXTVS CAP. Tertium.

a Incipim⁹ iterũ noſ metipſos cõmendare Aut nunquid egem⁹ (ſicut quidã) cõmendatitijs, epiſtolis, ad vos aut ex vobis?

b Epiſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in cordibus noſtris.

c quę ſcitur, & legitũ ab oĩbus hominibus.

d manifeſtati quoniã epiſtola eſtis Chriſti.

e miniſtrata a nobis & ſcripta, nõ atramẽto, ſed ſpiritu dei viui f non in tabulis lapideis.

g Fiduciam aũt talẽ habemus per Chriſtũ ad deum nõ qđ ſufficientes ſim⁹, aliq̃ cogitare a nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia nr̃a ex deo eſt.

Sa Ed nũc iam, incipimus noſipſos iterum commendare. An vero egemus (ſicut quidam faciunt) commẽdatitijs ep̃ls, ab alijs ad vos acceptis, quas nobiſcũ circũferam⁹, aut a vobis acceptis ad alios circũferre? Non vtiq;. b Ep̃la enim cõmendans & teſtificãs Apoſtolatus mei authoritatem, ac veritatem, voſipſi eſtis, quam ego in corde meo deſcriptam mecũ deporto, c quę Epiſtola intelligitur, & legitur, ſeu conſideratur, ab omnibus hominibus veſtram conuerſationem & fidem contuẽtibus, d dum manifeſtamini, per exhibitionem virtuoſæ conuerſationis veſtræ, quaſi epiſtola ſitis, ĩ quã deſcript⁹ eſt Chriſtus, e per noſtrum miniſterĩũ ſcripta (inquam) non atramẽto, ſed ſpiritu Dei viui, f non in tabulis lapideis (queadmodum ſcripta erat lex Moyſi) ſed in tabulis, quę ſunt veſtra corda, nõ iam lapidea (queadmodum adhuc habent increduli) ſed mollia & ſpirituſſancti inſcriptionis bene ſuſceptibilia. g Fiduciam autem talem habemus, & ſic confidenter loquimur, vt audeamus aſſerere, quod noſtro miniſterio hęc ſunt peracta, quæ diximus, non quaſi per noſipſos, vel minimũ quidlibet cogitare ſufficiamus, quaſi a nobis ipſis & nõ a Deo, q̃tominus grande aliquid operari, ſed quicquid poſſumus & valemus,

ex Deo habemus quod valeamus. a Qui etiam idoneos nos fecit, adminiſtrationi noui teſtamenti quod non eſt in litera ſitum aut carne, ſed in ſpiritu & veritate. b Nam legis litera, mortis occaſionem prębet, ſpiritus autem nouæ legis, vitam cõfert credẽtibus. Hæc autem adminiſtratio noui teſtamenti, magna gloria eſt eius cui credita eſt. c Si enim miniſtratio legis, quæ mortem infert, in lapidibus deſculpta, literis viſibilibus, facta fuit cum magna adminiſtrãtis gloria & claritate, adeo vt nõ poſſent filij Iſrael directo aſpectu intẽdere in faciẽ Moyſi, ꝑ nimia claritate & glĩa q̃ tñ gloria, nouæ legis aduentu euacuatur, d multo igitur magis miniſtratio noue legis, erit cũ adminiſtrantis ſpirituali & interna gloria. e Nã ſi adminiſtratio legis, quæ occaſionem prębet condemnationis, ijs qui ad eam alligantur, non fuit ſine gloria & magna claritate, f multo magis miniſtratio nouæ legis, q̃ per ſe iuſtificat & ſaluat, erit per gloriã. g Imo vero, ob pręcellentem nouę legis gloriam, neq; glorificatũ dici debet veteris legis illius miniſterium, quod tamen aliqua in parte claruit, per exteriorem vultus gloriam. Nõ enim eſt digna comparatio huius, & illius internę, quã habent in ſpiritu, adminiſtratores nouę legis. h Nam ſi ea lex quę ſuo tempo

a Qui & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, non litera ſed ſpiritu.
b Litera enim occidit ſpiritus aũt viuificat.
c Q̃d ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibꝰ, fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciẽ Moyſi, propter gloriã vultus eius quæ euacuatur
d q̃uo nõ magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria?
e Nã ſi miniſtratio damnationis, in gloria eſt.
f multo magis abũdat miniſterium iuſtitię in gloria.
g Nã nec glorificatũ eſt, q̃d claruit in hac parte, propter excellẽtẽ gloriam.
h Si enim quod euacuatur ꝑ gloriã eſt, mul

magis qđ manet, in gloria eſt.

a Habentes igitur talem ſpem, multa fiducia vtimur.

re irrita fieri debebat, per gloriam fuit adminiſtrata, multo amplius ipſa quæ manet ſemper, per gloriã adminiſtrari debet, a Hæc igitur credentes ſic habere, & ſic ſperantes, fiducialiter admodũ corã Deo & hominibus agimus, nihil diſſimulantes, neq; occultantes.

b & nõ ſicut Moyſes ponebat velamen ſup faciem ſuam, vt non intenderent filij Iſrael in faciẽ eis, qđ euacuatur, ſed obtuſi ſunt ſẽſus eorum.

b Et non ſic modo facimus, quomodo olim Moyſes faciebat, ponẽs velamẽ ſuper faciem ſuam, propter filios Iſrael, non potentes in claritatem vultus eius intẽdare, vt p hoc ſignificaretur, filios Iſrael velamẽto ac vmbris tãtũ intẽdẽtes, nõ proſpicere in faciem legis, quæ eſt euacuanda, id eſt, in Chriſtum qui finis eſt legis, & eadem ratione, eius quoq; facies nominari poteſt. Legis enim vmbræ velamẽ ſunt, & poſteriora legis dici poſſunt. Ipſe autem finis legis, Chriſtus, & quę de eo veritatis myſteria, per figuras legis pręſignata, facies & anteriora legis dici poſſunt.

c Vſq; in hodiernũ enim diẽ idipſum velamẽ in lectione veteris teſtamẽti manet nõ reuelatũ, qđ in Chr̃o euacuatur.

d ſed vſq; in hodiernũ diẽ cũ legitur moyſes, velamẽ poſitum eſt ſuper cor eorum.

c Et in hodiernum vſq; diem, illud velamen, nõ remotum nec diſcoopertum, manet, vt olim, in lectione veteris teſtamẽti, quod per Chriſtum qui omnes figuras in ſeipſo compleuit & terminauit, eſt euacuatum, d ſed in hodiernũ vſq; diẽ, apud Iudæos cum leguntur libri Moyſi, velamen illud ſuper cor eorum poſitum manet, & deponi velamẽ non permittunt, vmbris adhuc inhærẽtes,

e Cũ autẽ conuerſus

e Neq; ſpes eſt, ve-

lamentũ iſtud carnalis legis intelligẽtię, aliquãdo auferendũ de ordinibus eorũ imo nec poteſt, niſi cum per fidẽ ſe ad Deũ conuerterint, Tunc enĩ auferẽ velamen iſtud & excęcatio, & obtuſitas omnis de cordibus eorum. Conuerti autẽ oportet ad Deũ, in ſpiritu per fidem. a Dominus enĩ ipſe ſpiritus eſt: nõ corpꝰ Quicũq; vero ſpiritum domini in ſe habet inhabitantẽ, verum ille eſt libertatẽ per hũc aſſequutus. Per ſpiritũ enim, & a peccatis efficimur liberi, & a legis ſeruitute, in Euangelij traducimur libertatem. b Nos autẽ omnẽs modo qui in Chriſtum Credimus ſine vmbris velo depoſito, & veritate manifeſtata gloriam domini in nobis velut in ſpeculo recipientes & velut in ſpeculo conſpicientes c a claritate Dei in claritatem transformamur ac imaginẽ Dei defluẽte in noſtrum intellectum illius ęternę & immẽſæ lucis modo aliqua particula ſecundum quam, ei conformes & ſimiles efficimur deiformeſq; dicimur. d Idq; a domini ſpiritu per quẽ nobis claritas & deiformitas iſta confertur.

fuerit ad dñm: auferetur velamen.

a Dñs autẽ ſpũs eſt. Vbi aũt ſpũs dñi, ibi libertas.

b Nos vero oẽs, reuelata facie gloriam dei ſpeculantes.

c in eandẽ imaginem tranſformantur, a claritate in claritatem.

d tanq̃ a dñi ſpiritu.

ELVCIDATIO CAPITIS, quarti.

TAnta igitur adminiſtratione, a ſecundũ Dei miſericordiam, non pro noſtris meritis nobis credita

TEXTVS CAP. quartum.

a Ideo habẽtes hãc adminiſtrationem, iuxta qđ miſericordiã conſecuti ſumus, non deficimus.

a ſed abdicamus occulta dedecoris, non ambulātés in aſtutia, neq; adulterantes verbū dei, ſed in manifeſtatiōe veritatis, cōmēdātes noſmetipſos, ad oēm cōſcientiā hominū corā deo.

nequaquam in bono torpemus, a ſed omni cura eijciemus e nobis, etiam quę occulta ſunt peccata. Non conuerſantes in caliditate, neq; verbum Dei aliter quam proponi debet prædicantes, ſed ſimpliciter manifeſtādo ſolidam fidei vnitatem, ſicq; apud omnes conuerſando, vt commendabiles merito omniū conſcientijs videri debeamus ſecundū Deum.

b Quod ſi etiā opertū eſt Euangeliū nſm in ijs qui pereunt eſt opertum.

b Quod ſi Euāgelij noſtra p̄dicatio, in aliquibus ſepulta, nullum efficit fructum, in reprobis id contingit, cum in alijs plurimū proficiat.

c in quibus de9 hui9 ſæculi excęcauit mentes infideliū, vt nō fulgeat illis illuminatio Euāgelij gloriæ Chri qui eſt imago Dei.

c Quorum, cum ſint infideles, Deus huius ſæculi (id eſt diabolus, mundi princeps) mētes excæcauit. ita vt illuminatio Euāgelij, quod eſt de gloria Chriſti, in eis fulgorem ſuum immittere non valeat. Qui Chriſtus, Dei patris inuiſibilis, eſt imago conſubſtantialis, & coæqualis ꝑ omnia.

d Non eñ noſmetipſos prædicam9, ſed Ieſum Chriſtū dominum noſtrum

d Iccirco autem Euangelium iſtud gloriæ Chriſti, ſynceriter (vt diximus) ſine adulteratione prædicamus, quoniam non noſipſos prędicamus, id eſt nō noſtram gloriam, aut noſtra quærentes commoda, ſed Ieſum Chriſtum noſtrum dominum (vt æquum ęſt) prædicamus, illius gloriam, & honorem & profectū quærentes.

e nos aūt, ſeruos veſtros per Ieſum.

e Nos vero, nō aliud nos exhibemus, q̄ ſeruos & miniſtros veſtros, per dominum Ieſum, qui nos ſua benignitate dignatus eſt elige-

te in ſeruos ſuos, ad adminiſtrandam vobis prædicationẽ Euangelij. Dignũ autem & iuſtum eſt, vt ſerui, non ſuam ſed domini gloriam quærãt. Nos (inq̃) ſerui tantum ſumus. Deus autem principalis author & operator eſt, fidei veſtræ. a Nam qui in principio creationis mundi, cum adhuc tenebræ eſſent ſuper faciẽ abyſſi, ſolo verbo fecit poſt tenebras lucem ſplẽdeſcere, cum diceret, fiat lux, & facta eſt lux, idẽ ipſe nũc in hoc tempore gratiæ pulſis tenebris infidelitatis, lucis ſuæ radijs illuminauit corda noſtra, b ad accipiendũ per fidem cognitionem claritatis & gloriæ Dei, q̃ inhabitat in homine Chriſto, & in eo videt, qm̃ qui videt filiũ videt & patrem. c Hunc vero theſaurum illuminationis & claritatis ſpiritualis magum ſane & præcioſum, nos poſſidemus a Deo, in vaſculis fragilibus, corporib⁹ ſcilicet humanis, quæ & ſupra modum fragilia ſunt atq; debilia, & tamen in eis noſter ſpiritus, poſſeſſor cœleſtiũ gratiarum inhabitat. d Idque ob hoc Deus ita diſponit, vt tota quæ in nobis conſpicitur claritas, gloria, atq; perfectionis ſublimitas, ex virtute Dei, non ex nobiſipſis eſſe cognoſcatur, Deoq;, & non nobis aſſcribatur ad gloriam. Quomodo autem fragilia & contemptibilia ſimus vaſcula, ipſæ noſtræ quo

a Quoniã deus, qui dixit de tenebris lucẽ ſplendeſcere.

ipſe illuxit in cordib⁹ noſtris.

b ad illuminationem ſcientiæ claritatis dei, in facie Chriſti Ieſu.

c Habemus aũt theſaurum iſtum in vaſis fictilibus.

d vt ſublimitas ſit virtutis dei, & nõ ex nobis.

tidianæ paſſiones, patēter demonſtrāt queādmodum ipſa ad tollerādum vir-tus, in nobis cœleſtis gratiæ theſaurum comprobat a Per omnia enim quoti-die varijs tribulationib⁹ obruimur, ſed ex virtute cœleſtis gratiæ, anim⁹ in chri ſto liber ac dilatatus, nequit anguſtiari b Frequenter velut in rē deſperatam ad ducimur, & ad extremam vſq; per-uenimus vel rerum, vel conſilij, inopiā Nunq̃ tamen nos Deus prorſus deſti-tuit ſuo neque auxilio, neq; conſilio, c Perſequutiones quidem varias ſuſtine mus, ſemper autem adeſt nobis domi-nus pro eius nomine patiētib⁹. d Ha bemur quidem contemptui, & illudi-mur, conſcientiæ tamen bonę teſtimo-nio innixi, non confundimur hominū opprobrijs. e Et ſi ad mortis vſque pericula, velut in terrā, in infimam for-tunam proſternimur, perire tamen nos non ſinit diuina cuſtodia Quid multa f Semper in corpore noſtro quocunq; pergimus, Chriſti mortificationem in animi patientia nobiſcum deferimus, & in corpore exhibemus, atq; exprimi-mus, g vt tandē aliquādo, vita & glo ria Ieſu in noſtris corporibus manifeſte reluceat. h Cōtinuis enī mortibus in hac carne agētes propter Chriſtū affici mur, vt in carne eadē, quæ nūc quidem eſt mortalis, vita Ieſu in futuro palā fiat i Ergo (vt concludā) in nobis quidē

a In omnibus tribulationem patimur, ſed non anguſtiamur.
b aporiamur, ſed nō deſtituimur.
c Perſequutionem patimur, ſed non derelinquimur.
d humiliamur, ſed nō confundimur.
e Deijcimur, ſed non perimus.
f Semper mortificationē Ieſu Chriſti, in corpore noſtro circūferentes.
g vt & vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.
h Semper enī nos q vi uimus, in mortē tradimur ꝓpter Ieſum, vt vita Ieſu manifeſtetur in corporibus noſtris.
i Ergo mors in nobis

mors nũc viuit & regnat, qui in pœnali tatibus & afflictionibus periculiſq; ſu= m⁹ aſſidui, a in vobis aũt, ꝓpter mor tificationes noſtras, vita prouenit fidei qm̃ per noſtras paſſiões: vobis fides an nunciat̃, & in vobis confirmat̃. b Nos vero eodẽ donati ſpũ, quo & olim Da= uid in ſcriptura loquebatur, dicẽs. Cre= didi, propter quod & locutus ſum, ſimi liter credim⁹, ꝓpter quod etiã nos qui credimus, item & audacter loquimur, c Sciẽtes hoc q; is qui Ieſum ſuſcitauit nẽpe De⁹ pater, & nos itẽ ſuſcitabit cũ Ieſu, & cõſtituet in gloria ſua, vna cum vobis ſimiliter reſuſcitatis. d Omnia enim propter vos, & patimur & facim⁹ libẽter, vt abũdanter Dei gratia in mul tos propagata, per multos gratiæ agan tur Deo, ad gloriam ſuam. e Propter hanc autem Dei gloriam ſic ꝓmouen= dam, nequaquam ſegniter agimus, ne q; vllo labore poſſumus fatigari, aut ab opere noſtro deterreri. Neque cor= poris iſtius iacturam, vel tanti facimus, modo Dei gloriam promouere valea= mus. f Imo vero quo magis corpus iſtud quod apparet exteri⁹, perſecutio nibus ac tribulationibus afflictum defi cit, & ad corruptionem tẽdit, eo magis is qui in homine latet humanus ſpi= ritus, ſumpto quotidie virium ſpiritua liũ & virtutum incremento renouatur

operatur.

a vita autem in vobis

b Habentes aũt eũdẽ ſpiritũ fidei, ſicut ſcri ptum eſt, Credidi ꝓ= pter quod loquutus ſum, & nos credim⁹, propter quod & lo= quimur.

c ſcientes, quoniã qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cũ Ieſu ſuſcitabit, & cõſtituet vobiſcũ.

d Oĩa enĩ ꝓpter vos vt gratia abundans per multos, in gratia= rum actione, abundet in gloriam Dei.

e Propter quod non deficimus.

f Sed licet is qui foris eſt noſter homo cor= rũpatur, tamen is qui int⁹ eſt, renouatur dé die in diem.

a Id enim quod in p̄ſenti eſt, momētaneū & leue tribulationis noſtræ.

in ſpiritu ſancto, de die in diē. a Quoniam tribulationes illæ, quæ in hoc tēpore obueniunt ſuſtinendę, momenta neç ac cito pertranſeuntes, leueſque & faciles toleratu, quanq̄ & breues & parui, b procurabunt tamē eas pro Chriſto ſuſtinētibus, in vita futura, mire magnum, & ampliorem, quam dici vel credi poſſit cumulum gloriæ æternæ, c Si modo per fidem, ad ea quæ in cœlis ſunt inuiſibilia feramur contemplatione & expectatione, non ad ea quæ ſenſibus ſubiacēt. d Quę enim ſenſibus ſubiecta ſunt, & ſenſu percipi valent, temporalia ſunt minimeq; perdurantia, in quibus perfecta nequit eſſe beatitudo. e Ea vero quę omnem ſenſum excedunt, pręparata in cœlis ventura bona, ipſa æterna ſunt, & ipſis ſatiari vult ac beatificari hominis ſpiritus.

b ſupra modū in ſublimitate, ęternū gloriæ pondus operatur in nobis.

c non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quę non vidētur.

d Quæ eni videntur temporalia ſunt.

e quæ aūt non videntur æterna ſunt.

TEXTVS CAP. Quintum.

ELVCIDATIO CAPITIS Quinti.

a Scimus enim, quoniam ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, q̄ ædificationem ex deo habemus domum nō manufactā ſed ęternā in cœlis.

a ILlud autem per fidē nos indubitatum tenemus, quod ſi caro iſta quam nunc ſuper terram inhabitat anima, per mortem reſoluatur, in cinerem rediens, aliud ſimus conſequuturi ędificium, ex dei dono ac virtute, nempe domum non temporalem, artificis manu factam, ſed ęternam duraturam

in cœlis. Ipſã dico ſempiternam gloriã & cœleſtem in Dei claritate manſionẽ.
a Nam & pro hac expectatione gemitus emittimus, deſyderãtes illam quæ nos manet gloriam cœleſtem indui, vt per eam omnis quæ nũc eſt, tegatur miſeria, quod & continget ſuo tempore.
b ſi ita modo vixerimus, vt in nouiſſimo, veſtimento operti charitatis, & nõ nudi bonis operis, inueniamur. c Qui enim in hoc tabernaculo militię (corpore inquam) adhuc agimus ex intimis gemitus damus, onerati carnis pondere. d propterea ꝙ nolumus quidem prorſ⁹ corpore ſpoliari, quaſi ipſum per ſe habeamus odio, ad hoc vt ipſum pereat omnino, ſed magis deſyderamus, & corpus ſeruare, & gloria illa cœleſti ſuperornari. e Ita vt omis mortalitas & omnis craſſities corporis a vita illa gloriæ, prorſus ſic glorificato corpore abſorbeatˀ. f Qui autem ad hoc nos modo aptos reddit, & in finem ad illud perducetˀ, Deus eſt, & præter eũ nemo.
g A quo nę quicq̃ dubitemus, interim ſpiritũ ſanctum in pignus promiſſionis accepimus. h Nos igitur audaci & forti animo bene confidentes, & ſcientes quoniam dum in corpore iſto ſum⁹ pręſẽtes in ea quaſi in domo habitãtes peregrinamur adhuc abſẽtes a dñi beata pſentia. i quoniã quidẽ per fidẽ nunc

a Nam & in hoc ingemiſcimus, habitationem noſtram quę de cœlo eſt ſuperindui cupientes.

b ſi tñ veſtiti, & nõ nudi inueniamur.

c Nam & qui ſum⁹ in hoc tabernaculo, ingemiſcimus gña.

d eo ꝙ nolumus expoliari.

ſed ſuperueſtiri.

e vt abſorbeatˀ qđ mortale eſt, a vita.

f Qui autẽ efficit nos in hoc ipſũ deus.

g qui dedit nobis pignus ſpiritus.
h Audentes igitur ſemp, & ſciẽtes qm̃ dũ ſum⁹ in hoc corpore, peregrinamur a domino.

i p fidẽ ei ãbulam⁹.

& non per ſpeciem

adhuc ambulamus & in itinere ſumus, nondum per ſpeciē pręſentes facie ad faciē videmus, neq; in patria adhuc æterna cōſiſtimus, ad quā pergimus, a Audētes, inquā, & hoc ſcientes audem⁹, hoc eſt, bonā fiduciā & bonam volūtatē bonūq; deſideriū habem⁹, vt magis velimus a corpore eſſe abſentes, & præſētes dn̄o, q̄ ecōtrario. b Propter quod quantū in nobis eſt, conamur ſiue abſētes ſiue p̄ſentes, illi placere. Iuſtū eſt eī vt, p̄ hoc ſtatu (ſi corporali p̄ſentia dn̄o in cœlis adeſſe non poſſumus) vel per bonam conuerſationē, Deo aſſiſtere curemus, c Omnes enim nos exhibendi ſumus, ante iudiciū Chriſti, vt in eo recipiat vnuſquiſq; operū ſuorum (quę ipſe in corpore eſt operatus) mercedē ſiue bonum operatus fuerit ſiue malū. Erit enim pro qualitate operis, merces retributionis. d Hunc ergo domini timorem, quo ab omnibus hominibus tanquam verus iudex venturus retributor, venit metuendus, cognoſcentes, cupimus noſtra prædicatione & laboramus, cæteris quoque eundem timorem in animis imprimere, & ad illum omnes inducere. e Deus ipſe teſtis eſt, qui noſtrū deſyderium animiq; intentio & volūtatis propoſitum, optime ſunt cognita. Ipſe nouit quoniam non aliud eſt quod quęrimus, in omni-

a Audemus aūt & bonā volūtatē habemus, magis peregrinari a corpore & p̄ ſentes eſſe ad dn̄m.

b Et ideo cōtendimus, ſiue abſentes, ſiue præſentes placere illi.

c Omnes enim nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis, prout geſſit, ſiue bonū ſiue malū

d ſciētes ergo timorem domini.

e Deo autē manifeſti ſumus.

bus laboribus noſtris. a Spero autē & in conſcientijs veſtris eſſe manifeſtum cordis mei deſideriū, neq; aliter vos de me ſuſpicari. b Neque vero accipiatis velim, quaſi ad noſtram vanā laudem & iactantiam dixerimus iſta (quemadmodum faciunt cuncta pſeudapoſtoli, ad ſuam oſtērationem) ſed præſtam⁹ vobis gloriandi materiam pro nobis, c vt habeatis, quod illis reſpōdere poſſitis, illorumq; vanis gloriationibus opponere, qui ſic in exteriorum tātum apparentia, ſecundum faciem gloriantur. non curantes veram gloriā, quæ in corde eſt, coram domino. d Siue em̄ nos exceſſu quodā velut extra noſipſos rapti, noſtræque paruitatis obliti, maiora de nobiſipſis loquimur, hoc ad Dei gloriam facimus, dum nobis exhibita eius beneficia, commemoram⁹ ne me ſemper coram vobis tacente, & alijs cōtra gloriātibus, mea apud vos depereat autoritas, atq; ita in contēptū veniat verbum Dei, & fructum dignū nō faciat, quod per nos vobis eſt prędicatū. e Siue ecōtrario, fragilitatis noſtræ, cōſcij humiliora loquimur, & hoc ip̄m ad veſtrā loquimur ædificationē ne forte ſēper gloriātes & magna loquētes, a vobis iactabundi habeamur, aut formam demus vobis humilitatē deſerēdi, atq; vt ex nr̄is humilitatibus, quas vr̄i cauſa

a Spero aūt, & in conſcientijs veſtris manifeſtos nos eſſe.
b Non iterum commendamus nos vobis ſed occaſionem dam⁹ vobis gloriandi pro nobis.

c vt habeatis ad eos qui in facię gloriātur & non in corde.

d Siue enim mēte exceſſimus deo.

e Siue ſobrij ſumus vobis.

ſuſcepimus, in noſtri amorem vehemẽ
tius ardeatis, & in ſancti Euangelij fru
ctu, proficiatis amplius. a Charitas eni
Chriſti nos compellit, vt pro veſtrum
omnium ſalute operanda & confirman-
da tentemus omnia, & prorſus nihil o-
mittamus eorum quę ad veſtram ſalu-
tem promouendam poſſint adiuuare,
b dum illud perpendimus ac ponde-
ramus apud noſipſos, de charitate chri-
ſti, quoniam ſi pro omnibus hominibus
vnus ipſe mortuus eſt, ergo mortui erãt
omnes, per vnũ viuificandi. c Simul
& illud quoniam ad hoc vnus ipſe pro
omnibus mori voluit Chriſtus dominus
vt qui per eum iam viuunt in fide, non
amplius iuxta ſua viuant deſideria. d
ſed iuxta voluntatẽ eius qui pro pecca
tis noſtris mortuus eſt, vt nos ſimiliter
peccato moreremur, & pro nobis reſur-
rexit, vt nos, eius exemplo, in vitæ no-
uitate ſimul cũ eo reſurgeremus. Quæ
cum perpendimus dominum Chriſtum
pro omnium ſalute peregiſſe, & nobis
videtur pro omnium omnino ſalute, q-
bus modis fieri poteſt, grauiter elabo-
randum. e Nos itaq; de cętero nemi-
nem ſecundum carnem, neq; attendi-
mus, neq; approbamus, poſtq̃ per Chri
ſti mortem & reſurrectionem, ad ſpiri-
tum tranſlata ſunt ſalutis noſtræ om-
nia. f Et ſi viſus olim ſit Chriſtus ipſe

a Charitas enĩ chriſti vrget nos.

b æſtimãtes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo oẽs mortui ſunt.

c Et pro oibus mortuus eſt Chriſtus, vt qui viuunt, iam ſibi non viuant.

d ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.

e Itaq;, nos ex hoc nẽminem nouimus ſecundum carnem.

f Et ſi cognouimus ſecũdũ carnem Chrm,

& cognitus a noſtris Apoſtolis ſecundum carnis fragilitatem, nunc tamen poſtquam a mortuis reſurrexit i gloriã patris, vltra ſecundum carnis fragilitatẽ illum attendimus, ſecundum virtutẽ Dei, qua reſurrexit ad vitã vt ipſi quoq; ei aſſimilemur & configuremur, operantes quæ ſunt Dei, a Quiſquis igitur in Chriſto per ſpiritum ſanctum regeneratus, noua factus ſit creatura, neceſſe eſt vt in illo vetuſtas omnis carnaliũ concupiſcentiarum & obſeruantiarum abſcedat abijciaturq;, nouitas aũt ſpirituali um gratiarum, pro vetuſtate abiecta, introducatur. b Quę omnia, licet nobis in Chriſto præſtentur, tamen ex Deo patre omnis boni fontali pricipio originaliter ꝓcedũt. c Qui Deus, nos olim ꝓpter peccata a ſe diuiſos, & ſub ira ſua cõſtitutos, in tempore gratiæ huius per Chriſtum recepit in gratiam, ſibiq; reconciliauit, nos vero Apoſtolos, poſuit huius recõciliationis a ſe per filium factæ, miniſtros ac prędicatores, vt eam videlicet perfectam annunciemus hominibus. d Quoniam quidẽ Deus pater in Chriſto filio inhabitans, per ipſum, mũdum (qui vſq; ad filij aduentum ſub ira Dei detinebatur) recepit in gratiam, e ſic vt hominibus pœnitere volentibus peccata dimitteret nec poſt pœnitentiam illis imputaret,

ſed nũc iã nõ nouim9

a Si qua ergo in chriſto noua creatura, vetera tranſierunt.

ecce facta ſunt oĩa noua.

b Oĩa aũt ex Deo,

c qui nos reconciliauit ſibi per Chriſtũ, & dedit nobis miſterium reconciliationis.

d Quoniãquidẽ deus erat in Chriſto, mundũ recõcilians ſibi.

e non reputãs illis delicta ipſorum.

damnationis pœnam pro eis reſeruan do. a Atque hoc verbũ de humana re cõciliatione per filium facta, nobis prædicandũ cõmiſit, vt in gentibus facere mus manifeſtũ. b Nos ergo non aliud quã legatione fungimur, a Deo ad hoc miſſi in mundum, vice Chriſti, atq; pro gloria eius, tanq̃ Deo per nos vt miniſtros exhortante populos, ad huius recõciliatiõis, ꝑ fidẽ, acceptationẽ. c Et nos (ne nr̃o deſim⁹ officio) obſecram⁹ vniuerſos pro noie Chr̃i atq; etiã vice chriſti, vt recõciliationẽ factã credẽdo acceptetis, & pœnitentiam agentes credenteſq; Deo reconciliari ſtudeatis. Vere enim non eſt negligẽda hæc reconciliatio, quæ modo mirabili perfecta cognoſcitur. d Chriſtũ enim dominum qui peccatũ nunq̃ fecit, imo nec cogitauit vt faceret, ipſe pater ꝓ noſtris peccatis expiandis, in oblationẽ pro peccato dedit, atq; etiã (propter pœnę nouitatẽ) velut maximũ pc̃tõrẽ reputari fecit, e vt ſic per illius mortem a peccatis mundati, efficeremur nos abundanter iuſtificati coram Deo per ipſum.

a & poſuit in nobis verbũ recõciliationis

b Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanq̃ deo exhortante per nos.

c Obſecram⁹ ꝓ chriſto, recõciliamini deo

d Eum qui nõ nouerat peccatum.

pro nobis peccatum fecit.

e vt nos efficeremur iuſtitia Dei, in ipſo.

TEXTVS. CAP. Sextum.

ELVCIDATIO CAPITIS. Sexti.

Volentes ergo iuxta officium legationis noſtræ, Deo (veſtram iuſtificationẽ tali modo quęrẽ-

ti) cooperari, atq; etiam vobis in conſequendo propoſitam reconciliationem adiumentũ impẽdere, a exhortamur ne gratiam Dei tantã, ſinatis fruſtrari in vobis, qđ fiet ſi non curetis illius tantæ gratię p fidẽ participes fieri, & ea digne viuere. b Dicit eni ſcriptura. Tẽpore accepto exaudiui te, & in die ſalutis audiui te. Quæ ſcriptura hoc potiſſimum gratiæ tempus reſpicit. c Ecce enĩ nunc tẽpus habemus acceptabile, ĩ quo accepta eſt deo hominũ pœnitẽtia pœna a Chriſto perlata, q̃ erat peccatis debita. d Nunc dies eſt, in quo ſalutẽ quilibet per pœnitentiam valet facile conſequi, vt merito nemo debeat tãtam nunc propoſitam ſalutẽ negligere. e Exhortamur, inq̃, omni diligẽtia, nemini vllam dantes offenſionis cauſam, vt ne, vel in minimo poſſit quantum in nobis eſt, ab alijs noſtra hæc adminiſtratio Euangelij vituperari, aut vllam ex noſtra conuerſatione ſuſtinere poſſit calumniam. f Sed per omnia exhibeamus nos, ſicut veros Dei veri miniſtros, per multam patientiam in aduerſis ſuſtinendis, nempe in tribulationibus quibus affligimur, in neceſſitatibus atque indigentijs corporalibus, quas frequenter patimur, in anguſtijs cordis vel corporis, in verberibus, in carceribus, in ſeditionibus contra nos

a Adiuuantes autem exhortamur, ne in vacuũ gratiam dei recipiatis.

b Ait enim, tempore accepto exaudiui te. & in die ſalutis audiui te.

c Ecce nunc tempus acceptabile.

d ecce nunc dies ſalutis.

e Nemini dantes vllam offenſionẽ, vt nõ vituperetur miniſteriũ noſtrum.

f Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut dei miniſtros multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs. in plagis.

in carceribꝰ, in ſeditionibus, in laboribus, in vigilijs.

in ieiunijs.
a in caſtitate, in ſcientia.

excitatis, in laboribus manuum, in vigilijs, tum propter labores nocturnos, tũ propter orationis ſtudia, in ieiunijs voluntarie ad caſtigationem carnis aſſumptis. a Non ſolũ autem in patiẽtia, ſed etiam in omnimoda caſtitate mentis & corporis, ſcientes pariter & diſcretionem habentes, quomodo aut quid in occurrentibus omnibus ſit agendum,

b in longanimitate.
in ſuauitate.
c in ſpiritu ſancto
in charitate nõ ficta,
d in verbo veritatis.
e in virtute dei.
f Per arma iuſtitiæ a dextris & a ſiniſtris.

b longanimiter ferentes illa aduerſa, & expectãtes promiſſa cœleſtia, animi manſuætudine & lenitate ſuaues, nullamq; habentes amaritudinem, etiam erga eos qui nos tribulant, c in ſpiritu ſancto, qui nobis donat hęc omnia ſuper omnia autem in charitate vera, non ficta nec ſimulata, quam ille diffũdit in cordibus noſtris, d in verbo veritatis, & illud nunquam adulteremus, aut falſificemus, e non tanquam ex noſtra virtute, ſed tanquam ex virtute Dei, qui per nos vt miniſtros, operatur omnia. f Exibeamus (inquã) nos armati iuſtitia, & operibus iuſtitię, quib⁹ a dextris & ſiniſtris incedamus ſecuri, vt nec proſperis efferamur, neq; aduerſis deijciamur,

g Per gloriã & ignobilitatẽ per infamiam & bonam famam.
h vt ſeductores, & veraces, ſicut q ignoti, & cogniti quaſi morientes, & ecce viuimus.

g inter gloriam & cõtemptum, inter infamiam & bonam famam, inter quæ nos facit iuſticia ſecuros incedere. h Aeſtimati ſeductores, cum ſimus veraces. Quaſi ignobiles ſimus, cum ſimus Deo & veſtris etiam

conſcientijs bene cogniti. Quaſi morientes reputati cum viuamus apud Deum a Tāquam afflictionis caſtigati, cum tamen nec dū ſimus caſtigatione mortui. Quaſi triſtes, cum tamen ſemper ſimus in domino gaudentes. b Sicut egentes, cum tamen plurimorum ipſi pennuriā ſuppleamus, tam in ſpiritu q̄ in corpore. Quaſi uihil habentes, cum poſſideamus omnia, Deum poſſidētes intra nos, qui eſt omnia, & de omnibus etiam temporalibus, quantum domino placet ſufficiētiam habentes, ita vt plura nec velimus nec optemus. Filioli mei quid plura dicā vobis? c Ecce os meū patet ad vos, quęrens eloqui vobis plurima. Neque os modo patet, ſed & cor noſtrū in amore veſtri dilatatū eſt valde, Ex multo enim amore, loquor hęc vobis. d In corde noſtro anguſto loco non eſtis, cum vos ampliſſimo amoris ſinu contineam. Sed anguſti eſtis in veſtris viſcerib⁹, anguſto & modico amore nos diligentes. e Vos autem eandē ergo nos remunerationem habęntes, paremq; amorem rependentes, qualē erga vos habeo, etiam veſtri affectus latitudinem expandite, vt in eo nos recipiatis, ampliuſque diligatis. Dico autem vobis, vt pater filijs, paterno iure hoc exigens, Non enim conuenit vt pater plus diligēs, minus diligatur a filijs,

a vt caſtigati, & non mortificati: quaſi triſtes ſemp̄ aūt gaudentes.

b ſicut egē tes, multos aūt locupletātes. tanquā nihil habētes, & oia poſſidentes.

c Os noſtrum patet ad vos o Corinthij cor nr̄m dilatatū eſt.

d Non anguſtiamini in nobis, anguſtiamini autem in viſcerib⁹ veſtris.

e Eandem autem habentes remuneratione (tanquam filijs dico) dilatamini & vos.

& merito poſtulat a filio pater æquali tatem ſui amoris, ab illo repẽdi. a Ante omnia autem & ſuper omnia tanq̃ filios cariſſimos vos rogo ae moneo, ne cũ infidelibus habeatis commercia, aut familiaria conſortia, ad participandũ infidelitati eorum.

a Nolite iugum ducere cum infidelibus.

b Quę enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate?

b Quid enim commune habet iuſtitia (qua debent eſſe inſtructi Chriſtiani) cum iniquitate, qua pleni ſũt infideles?

c Aut quę ſocietas lucis ad tenebras.

d Quæ autem conuẽtio chriſti ad Belial. aut quæ pars fideli cũ infideli. Quis autẽ conſenſus templo Dei cum idolis?

c Aut quæ poteſt eſſe ſocietas inter lucẽ & tenebras? Vos autẽ, filij lucis eſtis, ipſi vero tenebræ. d Quid cõuenit Chriſto cũ diabolo? Aut ĩ quo participat fidelis cum infidel i? Et quid cõſonat inter templum Dei (quod vos eſtis) & idola, quæ illi colunt?

e Vos enim eſtis templum dei viui, ſicut deus dicit.

e Vos enim eſtis templum Dei viuentis, iuxta quod in ſcriptura Deus loquitur, tunc quidẽ ad carnaliter Iudęos nunc aũt ad omnes credentes dicens.

f Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum deus & ipſi erũt mihi populus.

f Inhabitabo intra eos, & in medio eorum ambulabo, ad curam & cuſtodiam eorũ, & præſtabo me eis Deum ac patrem, & ipſi erunt mihi cultu debito ſeruiẽtes.

g Propter quod exite de medio eorũ, & ſeparamini.

g Et quoniam tam ſingulari vos electione prę cæteris elegit, iccirco exite de medio ĩfideliũ, execrãtes atq; auerſãtes oẽm ĩfidelitatẽ eorũ & elõgamini ab eorũ malicijs

h & immundũ ne tetigeritis.

h & nõ cõmunicaueritis, ptcipaueritis, neq; cõſenſeritis ĩmundicijs eorũ.

i & ego recipiã vos, & ero vobis in patrẽ,

i Q d ſi feceritis (dicit dominus) ego vos mihi adopta

bo, meq; exhibebo vobis patrem, & vos habebo vt filios & filias, quod maximi eſt proculdubio honoris, & gloriæ.

& vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.

¶ ELVCIDATIO CAPITIS ſeptimi.

TEXTVS CAP. Septimum.

a TAles ergo ac tantas promiſſiones nobis a Deo tam dignanter factas, cum acceperimus, & iam ſpe (certi de affectu) teneamus fratres chariſſimi, curãdum eſt nobis, vt ab omni eo, quod vel corpus vel mentem cõmaculare poteſt, emũdemus noſipſos, b in puro ac ſancto timore Dei pfectã nobis ſpiritus noſtri ſanctitatem comparare nitẽtes, non contẽti apud homines iuſti tantum ac ſancti videri, quemadmodum pſeudapoſtoli faciunt, quibus ſufficit iuxta exterioris cõuerſationis apparẽtiam, qualemcunq; ſanctitatem ſecundum corpus prætendere. c Suſcipite intra animum veſtrum, quæ dicturi ſumus. Ecce nemini nocumentum intulimus, neminem peruertimus aut ſeduximus, neminem etiam fraudauimus quæ forſitan ab alijs perpeſſi eſtis, qui vobis & nocumenti plurimum intulerunt, & adulterata doctrina vos adnisi ſunt corrumpere, & ſuis blandimentis veſtra vobis temporalia fraudulenter abſtulerunt, d Non aũt iſta vobis dico ad veſtrã cõdẽnationẽ, quaſi de vobis deſperans, aut volens

a Has ergo habẽtes pmiſſ. ões chariſſimi emundem⁹ nos ab omni inquinamẽto carnis & ſpiritus.

b perficientes ſanctificationem, in timore Dei.

c Capite nos Neminem læſimus, nemini corrupimus, neminẽ circumuenim⁹.

d Non aũt ad cõdẽnationem veſtrã dico

a Prędiximus enim, ꝙ in cordibus noſtris eitis, ad commoriendū & conuiuendum.

b Multa mihi fiducia eſt apud vos. multa mihi gloriatio pro vobis.

c Repletus ſum conſolatione, ſuperabundo gaudio, in omni tribulatione noſtra.

d Nã cũ veniſſemus in Macedoniã nullã requiẽ habuit caro noſtra, ſed omnẽ tribulationẽ paſſi ſumus.

e Foris pugnæ, intus timores.

f Sed qui conſolatur humiles, cõſolatus eſt nos Deus, in aduentu Titi.

g Non ſolum aũt in aduentu eius, ſed etiã in cõſolatione qua cõſolatus eſt in vobis, referens nobis veſtrum deſiderium, veſtrum fletum, veſtram æmulationem pro me, ita

vos tãquam deſperatos abijcere a cura noſtra. a Non ante diximus, tanta vos charitatis latitudine a nobis diligi, tantãq; & curam & ſollicitudinem nos pro vobis gerere, vt vobiſcũ & pro vobis mori & viuere parati ſimus. b Neq; fieri poteſt, vt de vobis propter pſeudapoſtolorũ fraudes deſperẽ, q multã inſup habeo de vobis. & in vobis fiduciã multũ etiam ac ſępe apud alios de vobis glorior. c Ecce enim iã plenus ſum cõſolatione, & ampli⁹ nũc abũdo gaudio in omni tribulatione, q̃ ante affligebar. d Et primum quidem de põdere tribulatiõis noſtræ, de qua loquimur, illud ſcitote, quod cũ in Macedoniam veniſſemus, cõtinuum ibi laborẽ & tribulationes paſſa eſt caro noſtra omni ex parte, e Nã extrinſecus quidem, ſeditionibus & varijs afflictionibus oppugnabamur. Intrinſecus autẽ, timore periculorum, tam ex noſtra quã diſcipulorũ, parte, vexabamur. f Sed qui in afflictionibus poſitos conſolari ſemper ſolet, nempe Deus ipſe nos eſt conſolatus per aduentum Titi coadiutoris noſtri. g Non ſolum autem per ipſius aduentum, ſed etiam per conſolationem illam, qua ſe narrauit a vobis conſolatum, dum mihi retulit veſtrum deſiderium emendandi quæ arguerã veſtrum pro peccatis fletum, & feruen

tem zelum veſtrum, quo pro meo agebatis honore, contra pſeudapoſtolorũ fautores, ita, vt ex hac cauſa, magis etiã gauderem. a Quoniam et ſi vos contriſtaui in priore epiſtola non me pœnitet. b Et ſi pœnitentiæ forſitan non nihil potuiſſet incutere, ꝙ nimis durã increpationem ſcripſiſſem, tamen nũc gaudeo de ea, nec me quicquam pœnitet, videns ꝙ epiſtola illa & ſi ad tẽpus vobis triſtitiam incuſſit, profeciſtis tamẽ ex ea. c Non ꝙ gaudeã de veſtra triſtitia, qui vobis optem ſempiternũ gaudium, ſed quia per huius triſtitiæ amaritudinem, deueniſtis ad ſalutarem delictorum veſtrorum pœnitentiam d Cõtriſtati enim eſtis, bona & ſancta triſtitia, quæ ſecundum Deum eſt, ita vt nullum damnum ex nobis & noſtra illa increpatione paſſi ſitis, qui inſuper & profeciſtis ex nobis. e Nam talis illa quæ ſecũdum Deũ eſt ſancta triſtitia, operatur in hominẽ pœnitẽtiã ad ſalutẽ firmã ſolidam, atq; ſempiternã f Cum ſecularis triſtitia, exaduerſo morti reddat obnoxios, quę frequenter homines, in odium vel in inuidiam, vel in deſperationem ſolet adducere. Vnde conſtat, vos ex nobis non ſolum nullum detrimentum accepiſſe, ex eo ꝙ vos contriſtauimus, ſed inſuper maximum etiam fructum & commodum, g Ecce enim

ita vt magis gauderẽ.

a Quoniã & ſi cõtriſtaui vos in epiſtola, non me pœnitet.

b Et ſi pœniteret, videns q̃d epiſtola illa: & ſi ad horã vos cõtriſtauit, nũc gaudeo.

c nõ quia contriſtati eſtis, ſed quia cõtriſtati eſtis ad pœnitẽtiam.

d Contriſtati eni eſtis ſcdm deũ, vt in nullo detrimentũ patiamini ex nobis.

e Quę enim ſecũdũ deũ triſtitia eſt, pœnitentiã in ſalutẽ ſtabilẽ operatur.

f ſæculi autẽ triſtitia, mortem operatur.

g Ecce enim hoc ip

ſum ſcd̃m deũ contriſtari vos, quoniã ĩ vobis operat̃ ſollicitudinem, ſed defẽſionem.

a ſed indignationem

b ſed timorẽ, ſed deſideriũ, ſed æmulationẽ

c ſed vindictam.

d In omnibus exhibuiſtis vos incõtaminatos eſſe negocio.

e Igitur, & ſi ſcripſi vobis, non propter eũ qui fecit iniuriam, nec ꝓpter eũ qui paſſꝰ ẽ.

f ſed ad manifeſtãdũ ſollicitudinẽ noſtram quã habemus pro vobis coram deo.

g Ideo cõſolati ſumꝰ

hæc ipſa triſtitia, qua ſecũdum Deũ vos contriſtaui, magnam operata eſt in vos bis ſollicitudinem, ad emendandum errata. Imo etiam defẽſionem, pro nobis contra Pſeudapoſtolos. a Imo indignationem ardentem, propter admiſſum peccatum, & aduerſus ſeductores illos per quos fuiſtis in peccata adducti b imo timorem, nè rurſum aliquando incideritis, imo deſideriũ melioris vitæ, imo ſtudium æmulandi bona & mala cautius declinandi. c Poſtremo, etiã vltionẽ & vindictã, triſtitia illa eſt operata, quãdo voſipſi peccatum quod in vobis erat, debita punitiõe vindicaſtis, fornicarium illum e veſtro conſortio ſegregantes, atq; alia ſimiliter de quibus arguerant emendantes. d Quid multa Teſtimonium vobis perhibeo, quod quantum ad hanc rem pertinet, per omnia ſynceriter & integre egeritis, iuxta voluntatem & deſiderium meum. e Igitur, & ſi ſcripſi acrius vobis per epiſtolam, non id modo feci propter illum qui fecerat fornicationẽ in vxorem patris, aut iniuriam proximo ſuo in iudicio neq; item ſolum propter eum qui patitur iniuriam, oppreſſus ab alio. f Sed etiam ob hoc, vt manifeſtum fieret omnibus vobis, quantam pro vobis gero, etiam abſens ſollicitudinẽ, coram Deo in veritate. g Quia vero ſic nos acci-

pitis in charitate, quemadmodum & ſcripſimus in hoc, ex vobis, conſolationem non paruam accepimus. a Conſolatio autem hæc noſtra amplius nos lætificauit, propter Titi gaudium, quo illum affeciſtis, quoniam (vt eo narrante didici) ab omnibus vobis ſpiritus refectionem & conſolationem accepit, propter humanitatem veſtram, quam illi habuiſtis, amore noſtri. b Et iam ipſe experientia cognouit, nō vane me gloriari ſolitum atque ita ego non ſum confuſus, ſed quemadmodum ad vos ſemper ſermo noſter verus & firmus fuit, ita & gloriatio qua coram Tito ſumus ſubinde gloriati, nunc vera & nō vana fuiſſe, comprobatur, c & iccirco nunc ex viſceribus ardentius vos amat, cum expertam in ſe recordatur veſtrū omnium obedientiam, quam illi meo nomine præſtitiſtis, & quemadmodum illum excepiſtis cum omni timore & reuerentia, omnem illi humanitatem impendentes. d Gaudeo, quod per omnia ſic Libere poſſum in vobis confidere, tam præſens quam abſens, & meam erga vos confidentiam non ſinitis confundi.

a In conſolatione aūt noſtra, abūdātius magis gauiſi ſumus, ſup gaudio Titi, quia refectus eſt ſpiritus eius, ab omnibus vobis.)

b Et ſi quid apud illū de vobis gloriatus ſū non ſum confuſus, ſed ſicut oīa vobis in verītate locuti ſumus, ita & gloriatio noſtra, quæ fuit apud Titum, veritas facta eſt.

c & viſcera eius abūdantius in vobis ſunt, reminiſcentis oīm veſtrū obedīētiam, quo modo cum timore & tremore excepiſtis illum.

¶ELVCIDATIO CAPITIS. Octaui.

Nam Otā aūt facimus vobis fratres grām dei, quā contulit eccleſijs

TEXTVS CAP. Octauum.

a Notā aūt facimus vobis fratres, gratiā

dei, quę data eſt in ecclesijs Macedonię.

a & q̃d in multo experimento tribulationis, abũdantia gaudij ipſorum fuit.

b & altiſſima paupertas corũ, abũdauit in diuitias ſimplicitatis eorum.

c quia ſecundũ virtutẽ (teſtimoniũ illis reddo) et ſupra virtutẽ, volũtarij fuerunt.

d cũ multa exhortatione obſecrãtes nos, gratiã & cõmunicationẽ miniſterij quod fit in ſanctos.

e Et nõ ſicut ſperauimus ſed ſemetipſos dederũt, primũ dño.

f deinde nobis per voluntatem dei.

Macedoniæ. Hoc eſt patiẽtiam magnã & miram liberaliatem ac miſericordiã quam ipſi præ cęteris eccleſijs demonſtrant a Et quod cum grauib⁹ tribulationibus probati fuiſſent, non modo patiẽter ac ſine murmurationib⁹, verũ etiam cum gaudio abundãti, illas ſuſtinuerunt pro Chriſto. b Et ſumma eorum paupertas, in qua exiſtũt, propterea ꝙ a ſuis contribulibus paſſi ſint rapinam bonorum ſuorum, non eos minus fecit ſecundum Deum liberales, imo quo amplius pauperes facti ſunt, eo amplius diuites ſe reputant in ſimplicitate cordis ſui, parati etiã alijs, quæ adhuc ſuperſunt, erogare, c Nam teſtimoniũ illis perhibeo, quod iuxta facultatem ſuam, imo ſupra vires tenuium facultatum ſuarum, voluntarios ſe exhibuerunt, ad præſtandum eleemoſynem pauperibus in Hieruſalẽ. d multũ nos exhortantes, imo rogãtes, vt dignaremur eleemoſynam ab eis vltro oblatam acceptare. liceretq; eis, per adminiſtrationem ſuorum bonorum, communicare ſãctorum neceſſitatibus, etiã ſi id minus exigeremus, propter nimiã ipſorũ paupertatẽ. e Et non modo, ſicut credebamus, paululum quid contulerunt, ſed multo amplius obtulerunt ſe ipſos, primum domino, cũ pro eo gaudenter tribulationes paſſi ſunt, f dein

de etiam nobis iuxta voluntatem Dei, tam promptam nobis per omnia obedientiam ex animo præſtantes, vt etiam amplius quam peteremus aut ſperaremus, voluntarios inueniremus. Deniq; tam ardēter iſti in negocio hoc egerūt, vt horum exēplo & proptiſſima volūtate incitatus, non vltra continere me potuerim, quin vobis multo ditioribus & potētioribus, eandem gratiam proponerem a Atq; ita factum eſt, vt Titum fratrē noſtrum rogauerim, vt poſtquam Macedones vidit tam prompto animo ſe ſuaq; omnia obtuliſſe, etiam apud vos hoc ageret ſollicite, b vt quemadmodum nuper ad promptitudinem animi & propoſitum voluntatis vos adduxit, ita nunc ipſe ad vos pergens perficiat, & in operis effectum deducat, etiam gratiam & miſericordiā iſtam. c Vos vero, ſicut in omnibus ſpiritualibus bonis diuites eſtis & abundatis, nempe in fide, in ſpe, & verbo Dei, In ſollicitudine omnimoda, & Charitate præcipua, qua eſtis vos erga nos affecti, vt ſic etiā hac in gratia, & in hoc ſpirituali bono eleemoſynę abundetis, liberaliter ac diuiter, iuxta veſtram facultatem, impertientes. d Non autem hæc per imperium dicimus, tanquam vobis præceptum dantes, aut quaſi vos cogere volētes, e ſed per aliorum egregia exem-

a Itaq; vt rogarem Titum

b vt queādmodum cœpit, ita & perficiat in vobis etiā gratiam illam.

c Sed ſicut in omnib9 abūdatis, fide, & ſermone, & ſcientia, & omni ſollicitudine, in ſuper & charitate veſtra in nos, vt & in hac gratia abundetis.

d Non quaſi imperans dico.

e ſed per aliorū ſollicitudinē, etiam veſtrę charitatis ingeniū bonum comprobans.

pla, veſtrum animum naturali quadam bonitate & ingenuitate prę̃ditũ, ſollicite comprobando atq; extimulãdo, prouocamus. Ingenu⁹ enim animus, ſolet melius aliorum exemplis propoſitis, q̃ imperio aut coactione ſuaderi. Alioqui ipſa Chriſti miſericordia quam nobis prior impendit, ad liberalitatem & miſericordiam merito vos prouocare debet. a Scitis enim per fidẽ edocti miſericordiam vobis a Deo exhibitã, qui cũ eſſet nullius indigẽs, in ſemetipſo pfecte beatus, propter nos tamen homo egen⁹ factus eſt, vt per ſuã inopiã aſſumptã, vos ad æternas diuitias transferret. b Et omnino hac in re vobis conſulo, nõ mihi. Nam hoc vobis vtile eſt, qui non ſolum facere cœpiſtis ab anno priore (quãdo collectas cœpiſtis) ſed etiã ex animo velle, propter amorem dei, quod maius eſt quam ſimpliciter facere. c Nũc vero fratres, conſummate bonum veſtrũ, quod tunc cœpiſtis, propoſitum, vt quẽadmodum animus promptus eſt in vobis ad volendum, nunc item promptus ſit ad perficiẽdum, ſecundum id quod quiſque habet, & ſecundum rei familiaris proportionem. d Voluntas enim prompta Deo eſt grata, ſi iuxta ſuam facultatem perficiat. e Non autem exigitur, vt id quod non habes, vel ſupra quod habes, & ſupra tuã facultatẽ ero-

a Scitis eī gratiã dñi nr̃i Ieſu Chriſti, quoniam propter vos egenus factus eſt, cũ eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis.

b Et cõſiliũ ī hoc do, hoc enim vobis vtile eſt qui nõ ſolũ facere, ſed & velle cœpiſtis ab anno priore.

c Nũc vero, & facto perficite vt quẽadmodũ prõptus eſt anim⁹ voluntatis, ita ſit & perficiendi, ex eo quod habetis.

d Si enī volũtas prõpta eſt, ſcd̃m id qd̃ habet accepta eſt.

e non ſecundum id qd̃ non habet.

ges aliis. a Non id exigo a vobis, neq; Deus ipſe, vt tantum conferatis in alios vt ipſi neceſſitatem patiamini, & alij ex veſtris lauti⁹ viuãt, b ſed cupim⁹ quã dã inter pauperes & diuites fieri æqualitatẽ, ita vt diuites, de abũdantia tẽporalium ſuorum, ſubueniãt pauperibus egentibus. c vt & ipſi viciſſim diuites, paupetũ ſint abũdẽtię participes, vt qđ minus ipſi poſſunt, ſæcularibus implici ti, id pauperũ abundantia ſuppleat pro eis ante Deũ. d Scriptum eſt autẽ tale quid de æqualitate, in Exodo. Qui multũ collegiſſet cœleſtis mannę, nihil amplius habuiſſe eũ vltra menſurã, & q paululũ collegiſſe videbatur, non minus habuiſſe, eo q multũ collegerat. In ęqualem enim menſurã, gomor, oẽs conueniebant. e Gratias autem ago Deo, qui Titum fecit animo promptum ad hãc iuſſionem noſtram, qui & dedit eandẽ ſollicitudinem in corde & propoſito Titi pro vobis, etiam priuſquam nos ei quicquam pro poneremus. f Quoniam exhortationem quidem noſtram omni alacratitate ſuſcepit, cum illi de hac colligenda in vobis eleemoſina primum proponeremus, g Sed cum ſollicitior eſſet, etiã me nõ hortãte, prõptiſſima voluntate ſua, nullo indigens ſtimulo, vltro ad vos profectus eſt, h Miſimus autem cum illo fratrem no-

a Non eñ vt aliĩs ſit remiſſio, vobis autem tribulatio.

b ſed ex æqualitate, i pſenti tpe, veſtra abũdãtia illorũ iopiã ſuppleat, vt & illorũ abũdantia vrę inopię ſit ſupplementum.

d vt fiat ęqualitas ſicut ſcriptum eſt, Qui multũ, nõ abũdauit, & qui modicum, nõ minorauit.

e Gratias aũt ago deo qui dedit eãdem ſollicitudinem pro vobis in corde Titi.

f quoniã exhortationem quidem ſuſcepit.

g ſed cũ ſolicitior eſſet, ſua volũtate profectus eſt ad vos.

h Miſimus autem cũ

Illo fratrem noſtrum, cuius laus eſt in Euangelio p oēs eccleſias. a Nō ſolū aūt, ſed & ordinatus eſt ab eccleſijs comes peregrinationis noſtræ b in hanc gratiā quæ miniſtratē a nobis, ad dñi gloriā, & deſtinatā volūtatē veſtrā.

c deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ miniſtratur a nobis, in domini gloriam.

d Prouidemus enim bona, non ſolū coram deo, ſed etiam coram hominibus.

e Miſimus aūt cū illis & fratrē nſm, quē pbauimus in multis ſępe ſollicitum eſſe, nūc aūt multo ſollicitiorē, confidētia multa in vos.

f ſiue p Tito, q eſt ſocius meus & in vobis adiutor, ſiue fratres noſtri. Apoſtoli eccleſiarū gloriæ Chriſti.

ſtrum, qui Euangelio, ſiue prędicando ſiue conſcribēdo, in omnibus eccleſijs, laudem ſibi magnam cōparauit a Nō ſolum autem, ſed etiam comes noſter eſt ipſe dignus iudicatus ab eccleſijs, in peregrinatione noſtra, b ad hanc gratiam largitionis & eleemoſynæ (cuius nos colligēdo miniſtri ſumus) & veſtrā voluntatem vltroneam, ac per ſeparatam, atq; propenſam, opere implēdam, per noſtrum miniſterium. c Miſimus (inquam) tales ad vos & tantos legatos ne quis poſſit ex hoc miniſterio accipere occaſionem vituperandi nos in hac adminiſtratione, quæ de ſe plena eſt, pfecta, atque irreprehenſibilis. d Curamus enim, nō ſolum vt bona ſint apud Deum opera noſtra, ſed etiam omnib⁹ hominibus (quātum fieri poteſt ex nobis) probata appareant vt ſicut verbo prædicamus, ita luceamus & exemplo. e Miſimus inſuper cum illis & Tertiū fratrem alium, quem in multis ſæpe diligentem probauimus, nunc autem etiā amplius ſollicitum comperimus, in hoc negotio obeūdo. Miſimus, inquam, ob multam confidentiam, quam in vobis habemus, non dubitantes quin illos, vt dignum eſt, ſitis excepturi, f Siue pro Tito, eo ꝙ ipſe ſit ſocius meus, & in vobis coadiutor ſiue pro cæteris duobus fratribus, qui ſunt Apoſtoli a nobis ſæ-

pius miſſi tanquam legati, ad varias ecclesias, quæ ad gloriam Christi ſunt cōgregatæ. a Oſtendite ergo charitatē veſtrā erga nos, & ꝗ recte gloriati fuerimus pro vobis coram illis & erga illos tantos Apoſtolos, in conſpectu omniū eccleſiarū! Quod em̄ illis impēditis humaniratis, in cōſpectu omniū eccleſiarū ipſi proferent in exēplū, ad quas fuerint per nos tanquam legati in poſterū mittendi.

a Oſtenſionē ergo q̄ eſt charitatis veſtræ, & noſtræ gloriæ pro vobis, in illos oſtendite in faciem eccleſiarū.

TEXTVS CAP. Nonum.

¶ELVCIDATIO CABITIS Noni.

De his igitur ſollicitus vobis p ſcribimus, quoniam de eleemoſyna quę ſanctis adminiſtratur certum habemus, vos prompto eſſe animo. Ita vt ſuperfluum iudicemus vobis hæc inculcare. b Quam animi veſtri promptitudinem, apud Philippenſes ſubinde cum gloria recito, atq; ita, veſtri exempli æmulatione, plurimi ſunt apud eos ad ſimilia prouocati. c Nūc autē voluimus præmittere fratres iſtos vt gloria noſtra non comprobetur falſa aut vana fuiſſe, quo ad hanc rē, vt (quēadmodum prēmonui) ſitis parati ante meum aduentum, d Ne ſi Macedones in meo comitatu ad me deducendum, mecum venerint, & vos inuenerint adhuc imparatos, confundamur

a Nā de miniſterio quod fit in ſanctos, ex abundāti eſt mihi ſcribere vobis.

b Scio enī promptū animum veſtrum, ꝓ quo glorior de vobis apd̄ Macedones, qm̄ & Achaia parata eſt ab anno præterito, & veſtra æmulatio prouocauit plurimos.

c Miſimus autē fratres, vt ne quod glo riamur de vobis, euacuetur i hac parte, vt (qnēadmodū dixi) parati ſitis.

d ne cū venerint macedones mecū, & inuenerint vos imparatos, erubeſcamus nos

a vt nõ dicamus vos, in hac ſubſtãtia.
b Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres, vt præueniãt ad vos, & præparent repromiſſam bene dictionẽ hanc paratã eſſe, ſic quaſi benedictionem, nõ tanq̃ auaritiam.
c Hoc aũt dico. Qui parce ſeminat, parce & metet.

d & qui ſeminat ĩ benedictionibus, de benedictionibus & metet. e Vnuſquiſque, prout deſtinat in corde ſuo, nõ ex triſtitia aut ex neceſſitate.

f Hilarẽ enĩ datorem diligit deus.

g Potẽs eſt aũt deus oẽm gratiam abundare facere in vobis, vt ĩ oĩbus ſemp omnẽ ſufficientiã habentes abũdetis in omne opus bonum.

corã eis, quaſi qui vane fuerimus apud eos de vobis gloriati, a vt nõ dicã veſtram magis illam futuram confuſionẽ, in hac parte, quippe, qui vt ꝓpoſuiſtis & cœpiſtis, non perfeceritis gratiam iſtã b Propter quod ego iudicaui neceſſariũ, rogare fratres, vt ante me accedẽtes repromiſſam eleemoſinam colligant, vt ſit parata, ſic vt videatur liberaliter donata eleemoſina, non pecunia propter auaritiã exorta c Hoc tamen vnum moneo. Qui cũ auaritia tenuiter, nec ſatis abundãter iuxta ſuam facultatẽ erogando, ſeminauerit, mercedẽ operi proportionatam ſumet ac metet. d Qui aũt liberaliter in ſimplicitate cordis, erogauerit abundanter, abundantem metet ille mercedẽ. e Dabit autem vnuſquiſq;, prout ex propria animi voluntate deliberauerit donandum, nulla omnino neceſſitate coactus, & ſine triſtitia f Quoniam Deus diligit eum, qui lęta liberalitate donat quæ donat. Nihil autem metuendum, ne poſtmodum ipſi egeatis, cum alijs erogaueritis, aut minuo habeatis, ad faciendum de cætero miſerieordiam. g Potẽs eſt enim De⁹ facere, vt oĩa bona corporis & animę abundent in vobis, ita vt ſemper habẽtes omnis boni ſufficientiam, multiplicemini in operibus bonis, ita vt propter erogationem veſtrarum facultatum, nõ deficiant vnquam vobis opera iuſtitiæ

ſed quæ ſemel ſunt ſeminata, perma nebunt in æternum coram domino. a Iuxta ſcripturam, quę virum beatum & iuſtum deſcribens, dicit illum varijs diſtribuiſſe pauperibus facultates ſuas, quibus tamen diſperſis, non diſpergitur neque perit ipſa eius iuſtitia, b ſed permanet in ęternum ante dominum, qui iuſtitiæ illius nunquam obliuiſcetur & a quo, pro illa temporali ſeminatione accipiet meſſem ſempiternæ retributionis. c Qui autem omne ſemen dat & ſuppeditat abunde ſeminantibus (ex quo omne nutrimentum hominibus ꝓcedit) nihil dubium quin ſuis ſeruis, etiam id qnod minus eſt dabit, nempe panem ad manducandum, id eſt victus vitæq; neceſſaria. d Atq; etiā multiplicabit ſemē veſtrnm (animi videlicet prōptitudinē, & quantū nouit expedire facultatem eteriorem, in quibus homo iuſtus benefaciendo proximis, ſeminat) e & augebit creſcentes fruges iuſtitiæ veſtræ, faciens vos abundare in operibus bonis, f ita vt in omnibus copioſe ditati, ſpiritualib⁹, ac tēporalib⁹, quātum dñs nouit expedire, abūdare poſſitis in perfectam ſimplicis miſericordiæ liberalitatē, quæ hoc efficit per noſtrum miniſteriū, vt gratiæ agant Deo, ab ijs qui ex ea eleemoſynā & ſuſtentationē refocillationēq; accipiūt. Propter quod

a ſicut ſcriptum eſt, diſperſit dedit pauperibus.

b Iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

c Qui aūt adminiſtrat ſemē ſeminātī & panē ad mādūcādum pręſtabit.

d & multiplicabit ſemen veſtrum.

e & augebit incremēta frugū iuſtitiæ vr̄æ.

f vt in oībus locupletati, abundātis in oēm ſimplicitatē, quæ operatur ꝑ nos gratiarū actionem deo.

a Quoniam miniſteri um huius officij, non ſolum ſupplet ea quæ deſunt ſanctis, ſed etiã abũdat per multas gra tiarũ actiões in dño.

b per ꝓbationẽ mini ſterij huius, glorifican tes deum in obediẽtia confeſſionis veſtrę, in Euangelio Criſti.

c & ſimplicitate com municationis veſtrę, in illos, & in omnes.

d & in ipſorum obſe cratione pro vobis.

e deſyderantium vos propter eminentẽ gra giã Dei in vobis.

f Gratias ago Deo, ſuper inenarrabili do no eius.

multum eſt deſideranda, & libenti ani mo faciẽda hæc eleemoſynæ gratia. a Quoniam hęc noſtra adminiſtratio, non ſolum ſuccurrit ſanctorum neceſſi tatibus (quãquam ex hoc ſolum, per ſe multum ſit appetendum) ſed, quod ma ius eſt, etiam per multas gratiarũ actio nes abundat, in domini gloriam. b dũ & nos per operis effectum, probati in hoc miniſterio cognoſcimur, & ipſi qui eleemoſynã accipiũt, de obedientia iſta ꝑfecta veſtræ cõfeſſiõis Chriſtianę qua chriſti Euangeliũ opere magis quã ore comprobatis, Deum glorificant, c & in liberali illa communicatione veſtra qua impertimini pauperibus ſanctis, ſi ue ipſis, ſiue alijs quibuſcunq; pauperi bus. d Glorificatur item Deus in ora tione, quam ipſi pro vobis faciunt. e dum vos deſiderant, ſeu videre, ſeu in Deum trahere ac promouere, ſoci oſque habere, propter eminentem gra tiam Dei, quã ſentiunt eſſe in vobis. f Gratias ago deo ſup inenarrabili dono eius, quod communioni dedit fidelium in charitate iſta, quæ et vobis illam dat animi promptam liberalitatem, & ipſis talem erga vos charitatis affectionem, & fraternam in ſpiru dilectionem.

TEXTVS CAP. Decimum.

ELVCIDATIO CAPITIS Decimi.

Ia Pſe autem ego Paulus, qui ſum prçceptor pater & miniſter veſter in Euangelio, oro vos per manſuetudinem & benignam modeſtiam Chriſti, qui ſum quidem contemptibilis ſecundum exteriorem hominem, quando inter vos cõuerſor, præſens, abſens, autem a vobis, confido nihilominus in veſtra obedientia. b Rogo, inquam, ſic uos nunc agere me abſente, vt non cogar: cum aduenero, audaciam meam (quæ eſt in poteſtate obiurgandi & puniendi) quæ mihi aſcribitur & imputatur a calumniatoribus, oſtendere erga quoſdam, qui nos tanquam carnales reſpuentes, obedientiam debitam negant. Nos autem, carnales non ſumus, c Vitam enim iſtam quam viuimus, in carnis fragilitate viuimus, attamen non vt carnales, ſecundum carnem conuerſamur, neq; in negotio Euãgelij carnalibus armis (hoc eſt carnali eloquentia vel ſapientia) vtimur, quomodo Pſeudapoſtoli faciunt, quorum omnia arma carnalia ſunt. d Arma vero militię noſtrę, quibus aduerſus infidelitatem pro Chriſti Euangelio depugnamus & decertamus, non carnalia ſunt, vtpote eloquentia aut ſapientia carnalis, e ſed ſpiritualia, valida admodum, ex virtute Dei, & ad gloriam eius, quibus deſtruere poſſumus impedimẽta omnia & ob-

a Ipſe autẽ ego Paulus obſecro vos, per mãſuetudinem & modeſtiam Chriſti, qui in facie quidem humilis ſum inter vos, abſens autẽ cõfido in vobis.

b Rogo autẽ vos, ne præſens audeam per eã confidẽtiã, qua exiſtimor audere, i quoſdam, qui arbitrantur nos, tanq̃ ſecundum carnem ambulemus.

c In carne enĩ ambulantes, non ſecundum carnem militamus.

d Nam arma militiæ nr̃æ nõ carnalia ſunt.

e ſed potẽtia deo, ad deſtructionẽ munitionum.

a conſilia deſtruētes, & oēm altitudinē ex tollentem ſe aduerſus ſcientiam dei.

b & in captiuitatē re digentes oēm intelle ctū, i obſequiū Chři.

c & in prōptu haben tes vlciſci omnem in obedientiam.

d cū impleta fuerit ve ſtra obedientia.

d Quę ſecundū faciē ſunt, videte.

f Si quis cōfidit chri ſti ſe eſſe, hoc cogitet iterū apud ſe, quia ſi cut ipſe Chriſti eſt, ita & nos.

g Nam ꝙ etſi amplius

ſtacula fidei, a Idque, dum diſſipam⁹ ſapientiam carnaliter ſapientum & dæ monum, imo & omnem in eminentia, ſiue eruditionis, ſiue poteſtatis humanę conſtitutū, efferentē ſe aduerſus fidē Dei, vt eam extirpet. Armis ſiquidē noſtris iſtis, & reges, & tyrānos, & ſapientes ſęculi, deſtruimus & vincim⁹, b dū inſuper oēm intelligentiā ſublimiū, potentū ac ſapientū ſæculi, noſtris his armis ſubiugare ſeruitio Chriſti valemus vt qui prius erant vanitatibus dediti, & in Chriſtū contumelioſi, conuerſi oēm vim mentis ſuæ in Dei obſequiū impēdēt. c Dū inſuper poteſtatē habem⁹, quantocius puniēdi oēs qui nobis ſunt inobediētes. Quēadmodū & Petrus in Saphyrā & Ananiā, ꝓpter inobediētiā vultus eſt, & a me olim Elymas magus reſiſtēs fidei, percuſſus eſt cæcitate, d Si modo cōmunis veſtra impleatur erga nos obedientia, ne inueniamini participes eorum inobedientiæ, atq; ita eadem vos pariter pœna inuoluat cum inobedientibus, quos ſi nondum correctos inuenero, ſum puniturus. e Ecce q̄ in operto ſunt & manifeſta cōſiderate, & ſcd̄m veritatē iudicate, f Si qs ex Pſeudapoſtolis de hoc ſe iactitet, quod Chři miniſter ſit, nouerit ille, ꝙ ſicut ipſe Chriſti eſt, ita & nos nihilominus ſumus. g Imo vero etſi mai⁹ aliquid glo

riãdo fuero elocutus,de poteſtate illa vel apoſtolica authoritate,quã dñs mihi dedit,vt vtar ea ad verſtrũ ꝑfectum, nõ ad deſtructionẽ vel ſcandalũ cuiuſq nõ erubeſcã quaſi mẽdax veritatẽ enim dicã.Taceo tñ,& ſuperſedeo. a Vt autẽ nõ acquieſcatis calumniantibus me,ne q; de me habeatis opinionẽ peruerſam quaſi is ſim,qui ad meã oſtentationem vos velim ꝑ epiſtolas terrere. b qm̃(vt ipſi aiunt)epiſtolę quas abſens mitto, duræ admodũ & acres ſcđm correptionẽ exiſtũt.Ipſe aũt pręſens (vt aiunt)totus ſũ vilis,et ſermo meus rudis et cõtẽptibilis. c hoc ſcire volo quẽlibet eorũ, qui nos ſic calumniantur,ꝙ quales nos oſtendimus in epiſtolis abſentes, tales per oĩa ſumus in cõuerſatiõe nr̃a præſẽtes,ſi in literis graues,etiã in conuerſatione & ꝑſentia corporali,et ſicut in præſentia humiles,ſic & in literis. d.Nõ eñ audemus nec velumus,nos in numerũ reputare quorũdã,aut etiã eis aſſimilari, qui ſeipſos,ſupra qđ in ſe eſt,commendant & iactant. e ſed menſurã ponim⁹ nr̃æ gloriationi,ſcđm ea quę itra noſmet ipſos ſũt,ſic noſipſos nobiſipſis coęquãtes, vt non nobis plus videamur quã ſimus in nobiſipſis. f Nos aũt nõ gloriabimur ſine termino,de ijs quę extra metam noſtram ſũt, quẽadmodũ pſeudapoſtoli faciunt,qui gloriantur in alenis

aliquid gloriat⁹ fuero,de poteſtate nr̃a, quã dedit nobis dominus in ędificationẽ & nõ in deſtructionẽ veſtram non erubeſcam.

a vt aũt non exiſtimer tãq̃ terrere vos per epiſtolas.

b Qm̃ quidẽ epiſtolæ inquiũt, graues ſunt & fortes: p̃ñtia aũt corporis infirma, & ſermo cõtemptibilis.

c hoc cogitet q eiuſmodi eſt,quia quales ſumus verbo per epiſtolas,tales & p̄ſentes in facto.

d Nõ eĩ audemus inſerere,aut comparare nos quibuſdam qui ſeipſos commẽdant.

e ſed ipſi in nobis noſmetipſos mentiẽtes, & cõparantes noſmetipſos nobis

f Nos autem nõ in imẽſum gľiabimur.

laboribus. a ſed ſecundum metam & regulam noſtram, quam conſtituit nobis Deus. Quæ menſura noſtra, etiam vos includit, quoniam per Euangeliū ego vos genui. b Nam dum in vobis gloriamur, non extendimus nos vltra regulam noſtram, quaſi prædicatione noſtra non peruenerimus vſq; ad vos cum ſecundum veritatem vſq; ad vos peruenerimus, in prædicatione Euangelij, non gloriantes extra menſurā noſtram in alienis, ſed in noſtris laboribus c Imo vero ſpem ſumus habentes, cauſa fidei veſtræ, quæ in dies creſcit, & creſcet, vt etiam amplius & copioſius q̄ hactenus, in veſtro profectu glorificemur abundanter, ſecundum menſurā noſtram, quoniam gloria præceptoris creſcit, cum profectu diſcipulorum. d Ob hoc (inquam) ſpem ſumus habētes cum vos in fide ſatis roborati fueritis, etiam in vlterioribus regionibus, vbi Chriſtus nondum prædicatus eſt, Euāgelium annuntiare. e Tantum abſit vt ocioſe, ſicut quidam, velimus gloriari in ijs quæ ſub alterius regula ſunt & quæ ſunt ab alijs præparata, vel quoquomodo elaborata. f Quomodocūq; autem quis glorietur, etiam ſi de proprijs laboribus, ſemper eſt illud obſeruandum, vt qui glorietur ſecundū Deū & non ſecundum carnem glorietur, neq;

a ſed ſecundū menſuram regulę, qua mēſus eſt nobis deꝰ mēſurā ꝑtingendi vſq; ad vos.

b Nō enī quaſi non ꝑtingētes ad vos ſuperexten[illegible]nus nos. Vſq; ad [illegible] enī ꝑuenimus, in Euangelio Chriſti, nō in immēſū gloriantes, in alienis laboribus.

c Spē aūt habentes, creſcētis fidei veſtræ in vobis magnificari ſcd̄m regulā noſtrā in abundantia.

d etiā in illa q̄ vltra vos ſūt Euāgelizare

e non in aliena regula, in his quę pręparata ſunt gloriari

f Qui aūt gloriatur in dn̄o glorietur.

ad vanitatem, ſed in veritate, coram Deo. a Non enim qui ſeipſum iactanter commendat, ob hoc eiſtit vere commendatus & laude dignus, ſed quem Deus commendatum facit, vel etiam ſignis demonſtrat, is demum vere commendatus, probatus & laude dign⁹ eſt.

a Non enim q̄ ſeipſum commendat, ille probatus eſt ſed quē deus commendat.

ELVCIDATIO CAPITIS. Vndecimi.

TEXTVS CAP. Vndecimum.

O a Ptarem ſane a vobis, in inſipientia gloriandi paululum tolerari, imo vero peto & iubeo, vt toleretis me paululum gloriātem. b Nā zelo qui ſecundum Deum eſt, vos ardēter amo qui zelus tunc coram vobis, cōtra pſeudapoſtolos me gloriari compellit. c Nec mirū quia ego addixi & copulaui vos, & coaptaui & per ſpiritualē deſponſationem adiunxi vos, vni viro Chriſto, ſic vt veſtram eccleſiam totā (quantum in me eſſet) illi exhiberē ſpōſo, tanquam virginem incorruptam, & nullo errore viciatam. Nō mirum ergo, ſi de vobis zelo magno ſim ſollicitus, vt incorruptos a pſeudapoſtolorū corruptionibus cuſtodirem. d Timeo autem, ne ſicut ſerpens Euā ſeduxit aſtutia ſua, ita per aſtutos pſeudapoſtolos corrumpantur intelligentię veſtræ, & ſimplicitatem illam perdant Chriſtianę

a Vtinam ſuſtineretis modicū quid inſipiētiæ meę ſed & ſupportate me.

b Aemulor enī vos, dei æmulatione.

c Deſpondi enī vos vni viro virginē caſtā exhibere Chriſto.

d Timeo aūt, ne ſicut ſerpens Euā ſeduxit aſtutia ſua, ita corrūpantur, ſenſus veſtri, & excidāt a ſimplicitate quæ eſt in Chri-

laboribus. a ſed ſecundum metam & regulam noſtram, quam conſtituit nobis Deus. Quæ menſura noſtra, etiam vos includit, quoniam per Euangeliũ ego vos genui. b Nam dum in vobis gloriamur, non extendimus nos vltra regulam noſtram, quaſi prædicatione noſtra non perueñerimus vſq; ad vos cum ſecundum veritatem vſq; ad vos peruenerimus, in prædicatione Euangelij, non gloriantes extra menſurã noſtram in alienis, ſed in noſtris laboribus c Imo vero ſpem ſumus habentes, cauſa fidei veſtræ, quæ in dies creſcit, & creſcet, vt etiam amplius & copioſius q̃ hactenus, in veſtro profectu glorificemur abundanter, ſecundum menſurã noſtram, quoniam gloria præceptoris creſcit, cum profectu diſcipulorum. d Ob hoc (inquam) ſpem ſumus habẽtes cum vos in fide ſatis roborati fueritis, etiam in vlterioribus regionibus, vbi Chriſtus nondum prædicatus eſt, Euãgelium annuntiare. e Tantum abſit vt ocioſe, ſicut quidam, velimus gloriari in iјs quæ ſub alterius regula ſunt & quæ ſunt ab aliјs præparata, vel quoquomodo elaborata. f Quomodocũq; autem quis glorietur, etiam ſi de proprijs laboribus, ſemper eſt illud obſeruandum, vt qui glorietur ſecundũ Deũ & non ſecundum carnem glorietur, neq;

a ſed ſecundũ menſuram regulę, qua mẽſus eſt nobis de9 mẽſurã ꝑtingendi vſq; ad vos.

b Nõ em̃ quaſi non ꝑtingẽtes ad vos ſuperexten[illegible]nus nos. Vſq; ad [illegible]. eni ꝑuenimus, in Euangelio Chriſti, nõ in immẽſũ gloriantes, in alienis laboribus.

c Spẽ aũt habentes, creſcẽtis fidei veſtræ in vobis magnificari ſcd̃m regulã noſtrã in abundantia.

d etiã in illa q̃ vltra vos ſũt Euãgelizare

e non in aliena regula, in his quę prępa-rata ſunt gloriari

f Qui aũt gloriatur in dño glorietur.

ad vanitatem, ſed in veritate, coram Deo. a Non enim qui ſeipſum iactanter commendat, ob hoc eiſtit vere commendatus & laude dignus, ſed quem Deus commendatum facit, vel etiam ſignis demonſtrat, is demum vere commendatus, probatus & laude dign⁹ eſt.

a Non enim q̃ ſeipſum commendat, ille probatus eſt ſed quē deus commendat.

ELVCIDATIO CAPITIS. Vndecimi.

TEXTVS CAP. Vndecimum.

Optarem ſane a vobis, in inſipientia gloriandi paululum tolerari, imo vero peto & iubeo, vt toleretis me paululum gloriātem. b Nā zelo qui ſecundum Deum eſt, vos ardēter amo qui zelus tunc coram vobis, cō tra pſeudapoſtolos me gloriari compellit. c Nec mirū quia ego addixi & copulaui vos, & coaptaui & per ſpiritualē deſponſationem adiunxi vos, vni viro Chriſto, ſic vt veſtram eccleſiam totā (quantum in me eſſet) illi exhiberē ſpōſo, tanquam virginem incorruptam, & nullo errore viciatam. Nō mirum ergo, ſi de vobis zelo magno ſim ſollicitus, vt incorruptos a pſeudapoſtolorū corruptionibus cuſtodirem. d Timeo autem, ne ſicut ſerpens Euā ſeduxit aſtutia ſua, ita per aſtutos pſeudapoſtolos corrumpantur intelligentię veſtræ, & ſimplicitatem illam perdant Chriſtianę

a Vtinam ſuſtineretis modicū quid inſipiētiæ meę ſed & ſupportate me.

b Aemulor enī vos, dei æmulatione.

c Deſpondi enī vos vni viro virginē caſtā exhibere Chriſto.

d Timeo aūt, ne ſicut ſerpens Euā ſeduxit aſtutia ſua, ita corrūpantur, ſenſus veſtri, & excidāt a ſimplicitate quæ eſt in Chri-

ſto Ieſu.

a Nam ſi is qui venit alium Chriſtũ prædicat, quẽ non prædicauimus, aut aliũ ſpiritum accipites quẽ non accepiſtis.

aut aliũ Euãgeliũ qđ nõ recepiſtis, recte pateremini.

b Exiſtimo eñi nihil me min⁹ feciſſe, a magnis Apoſtolis.

c Nã ſi imperitus ſermone,

ſed non ſcientia.

d In omnibus autem manifeſt⁹ ſum vobis.

e Aut nunquid peccatum feci meipſum humilians.

puritatis, quę eſt in Chriſto Ieſu, cum in errorum labyrinthos vos induxerit. a Quod ſi iſti ſuperniẽtes Apoſtoli, aliũ vobis prædicarent verum Chriſtum, & ſaluatorem veriorem quam nos prædicauimus, ſic vt nos falſum, illi verum, Aut alium meliorẽ ſpiritum eorum acciperetis miniſterio, quam per nos, Aut ſi aliud ipſi Euangelium verius prędicarent, ſic vt nos falſum prædicauerimus, illi verũ, ſine dubio non immerito iſtos potius q̃ me, audiretis. Nunc vero nihil ego omiſi, quod ipſi præſtare potuiſſent. b Imo vero exiſtimo, me nihil minus vobis in his omnibus præſtitiſſe quam magni & principales Apoſtoli, ſuis diſcipulis præſtiterunt. c Fateor quidem me ſermone imperitum, vt forſitan maiori eloquentia ipſi annũcient eadem illa, quæ nos prædicauimus, aut ſua dogmata, ſed ſcientiã Dei mihi puto non deeſſe, & eruditione fidei, ad mei muneris executionem, abũde inſtructum. d In omni autem conuerſatione mea & prædicatione, vobis ego ſum manifeſtus, & optime cognitus, neq; opus eſt vt vobis, multa de nobis iactando, ſuadeamus. Forſitan vero ea de cauſa min⁹ me amore ꝓſequimini, & alios accipitis, q a a vobis videor alienus, nolẽs a vobis accipere ſtipẽdia. e Ad hoc peccatũ eſt, qđ meip-

ſum humlíaui apud vos, proprijs mani bus victũ quęritãs, & poteſtate mea nõ vtens, in accipiẽdo vitæ neceſſaria, vt vos ad fidei ſublimitatẽ perducerem? a Q m̃ ſine ſtipẽdio annunciaui vobis Euãgeliũ Chriſti, ab alijs pauperculis (veluta philippenſibus) accipiens ſum ptus, quibus vobis adminiſtraui Euan geliũ. b Imo cũ eſſem præſens apud vos, & egerem, a nullo veſtrum quic quã ego poſtulaui, neq; accepi. c Ne ceſſitatis enim meis ſubuenerũt fratres a Philippis Macedoniæ, & prorſ⁹ vos nõ grauaui, neq; in poſterum grauabo d Loquor ſecundum veritatẽ Dei, ꝙ hanc gloriãdi materiam nõ ſinã infrin gi in me, neque auferri mihi in regioni bus Achaiæ. Quamobrem? An quia nõ diligo vos? de⁹ nouit, ꝙ plurimũ vos diligã. e Quod aũt nũc facio, etiã ĩ po ſterũ factur⁹ ſũ, eo fine, vt p̃cludã falſis Apoſtolis, q̃ iter vos abũdãt, occaſionẽ quã q̃rũt, ſiue nos calumniãdi, ſiue ſuã auariciã cõplendi, vt in ſua gloriatione cogant̃ ſimiles inueniri nobis, atq; eorũ vel gloriatio vel auaricia comprimatur. f Nam eiuſmodi falſi Apoſtoli ſunt operarij doloſi, aſſumentes faciem & apparentiam verorũ Apoſtolorũ Chri ſti, ſimulantes ſe eſſe Apoſtolos Chri ſti, cum nihil ſint minus. g Neque id mirum, quoniam & Satanas ſæpe ſi

vt nos exaltemini?

a Quoniã gratis euã geliũ dei Euangeliza ui vobis? Alias eccle ſias expoliaui, accipi ens ſtipẽdia ad mini ſteriũ veſtrum.

b & cum eſſem apud vos, & egerem nulli onerosus fui.

c Nã quod mihi de erat, ſuppleuerũt fra tres qui venerũt a ma cedonia, & in oibus ſi ne onere mé vobis ſer uaui, & ſeruabo.

d Eſt veritas Chriſti in me qm̃ hæc gloria tio non infringetur in me, & in regionibus Achaiæ, Quare? Quia non diligo vos? deus ſcit.

e Quod aũt facio, & faciam, vt amputẽ oc caſionẽ eorũ qui vo lũt occaſionem, vt in quo gloriantur, inue niantur ſicut & nos.

f Nã cuiuſmodi pſeu dapoſtoli ſunt opera rij ſubdoli: tranſfigu rantes ſe ĩ Apoſtolos Chriſti.

g Et nõ mirũ, Ipſe enĩ Satanas, tranſfigurat

ſe in angelum lucis. guram aſſumit boni angeli, tam ſecundum exteriores apparitiones, quã ſecũdum interiores iſpirationes, bonitatem ſimulans. a Mirum ego non eſt, ſi ei⁹ miniſtri transſigurentur, velut veri miniſtri Chriſti, quorum erit merces ſecũdum opera ſua. b Iterum vos moneo quod principio monui, ne quis mihi ad inſipientiam & iactantiam reputet, gloriam iſtam. c Quod ſi tandem omnino vobis ſic videatur, nec aliud impetrare poſſum, accipite me velut inſipientem, tãtum, vt mihi paululum liceat gloriari. d Quod loqui propono, non ſecundum Deum erit (quantum in ſe eſt licet erit ſecundum Deum, propter charitatis neceſſitatem) ſed ſecundum apparentiam, quaſi in inſipientia carnali, quantum ad hanc partem gloriationis quæ eſt de genere & origine carnis. In quibus gloriari, omnino videtur, etiam prima facie, inſipiens. e Quoniam tamen multi in his carnalibus gloriantur, & ego cogor gloriari Libenter enim huiuſmodi ſuſcipitis inſipientes & gloriabundos Apoſtolos, quod eſt tenuioris in vobis ſapientiæ iudicium. f Suſtinetis enim vos in ſeruitutem redigi, a talibus pſeudapoſtolis, expoliari, & accipi a vobis munera, & dominari eos vobis, imo extremo affici ab eis probro atq; cõtemptu. g Contemptim iſta lo-

c Non eſt ergo magnum, ſi miniſtri eius transſigurentur velut miniſtri iuſtitiæ, quorũ finis erit ſecũdum opera ipſorũ. b Iterũ dico, ne qs me putet inſipientem.

c Alioquin velut inſipientẽ accipite me, vt & ego modicũ qd glorier.

d Quod loquor, non loquor ſcđm Deum, ſed quaſi in inſipiẽtia, in hac ſubſtãtia gloriæ.

e Quoniã multi gloriãtur ſecundũ carnẽ, & ego gloriabor. Libẽter enim ſuffertis inſipientes, cum ſitis ipſi ſapientes.

f Suſtinetis eni, ſi qs vos in ſeruitutẽ redigit, ſi quis deuorat, ſi quis accipit, ſi quis extollit: ſi quis in faciẽ vos cædit.

g Secundũ ignobilita

quor, quaſi vero & nos non valeamus noſtra authoritate ſimiliter expoliare & in vos imperium agere. a In quo autē, quis eorum audet gloriari (tanquā inſi- piens loquor, cū eis gloriatione cōtendē do) & ego audeo in eodē gloriari. Si ſe Hebræos gloriantur, de hoc & mihi li- cet gloriari. b Nam & ego Hebræus ſū Si ſe Iſraelitas iactāt, aut Abrahæ ſemē in his & mihi licet gloriari. Nam & ego Iſ raelita & ſemen Abrahę ſum. c Si mi- niſtros ſe Chriſti iactent licet id videbor tanquā inſipiens dicere tamen audacter profiteor, me amplius Chriſti eſſe mini- ſtrum. d vtpote qui in laboribus pluri- mis, & in carceribus frequentius, in ver- berimus ſupra modum, & in mortis pe- riculis frequenter, ob Chriſti nomen fue rim. e A Iudæis quinquies pœnā hāc pertuli, vt triginta nouē verberibus cęde rer. f Alibi quoq; apud gentes, ſine mē ſura verberum, ter ſum virgis cæſus, ſe mel in Licaonia lapidatus ſum, ter nau fragij pericula ſuſtinui, Noctem & diem peregi, in profundo maris, g Moleſti- as itineris, frequenter ſuſtinui. Sæpius in periculis fluminum fui. Nunc mihi periculum fuit ex conſanguineis meis Iudęis alias ex gentilibus, vtriſq; mihi in fidiantibus. In ciuitate, & extra ciuitatē, in ſollitudinibus, in mari, atq; etiam in

tē dico, quaſi nos in firmi fuerimus in hac parte.

a In quo qs audet (in inſipiētia dico) audeo & ego.

b Hebręi ſūt & e- go, Iſraelitæ ſunt & ego.

Semē Abrahę ſunt et ego.

b miniſtri Chriſti ſunt, et ego, Vt mi- nus ſapiens dico, plus ego.

c In laboribus plu rimis, in carceribus abūdātius, in pla- gis ſupra modū, in mortibus frequen- ter.

e A Iudęis quiqes quadragenas, vna minus accepi.

f Ter virgis cæſus ſū, ſemel, lapidatus ſū ter naufragiū fe- ci. Nocte & die in profūdo maris fui.

g In intineribus ſæ pe periculis flumi- nū, periculis latro- nū, periculis ex ge nere periculis ex gē tib9, periculis in ci uitate, periculis in ſo litudine, periculis ī mari, periculis ī fal ſis fratribus.

a In labore & ærũna in vigilijs multis, in fame & ſiti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate.

b Præter illa quę ex trinſecus ſunt.

Inſtantia mea quotidiana ſollicitudo omnium eccleſiarum.

c Quis infirmatur, & ego nõ infirmor?

d Quis ſcandalizat, & ego non vror?

e Si gloriari oportet quæ infirmitatis meę ſunt, gloriabor.

f Deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, q eſt benedictus in ſæcula ſcit ꝙ non mentior.

g Damaſci, ꝑpoſitus gentis Aretę regis, cuſtodiebat ciuitatẽ damaſcenorum, vt me cõprehenderet.

h & per feneſtrã in

fictis atq; ſimulatis Chriſtianis. a per multum laborẽ & moleſtiam, p multas vigilias, per famẽ & ſitim obuenientes mihi, per ieiunia vltro aſſumpta ad carnis caſtigationẽ, in frigore & veſtituſte nuitate, b exceptis his q̃ ſũt extra hęc prędicta, vel quę extrinſecus obueniũt quorũ grauiſſimum eſt, & mirum ĩ modũ me angit, id qđ mihi quotidie inſtat & perpetuo incumbit, nẽpe omniũ eccleſiarum ſollicitudo, quæ eſt ſuper omnia, mihi labor maximus. c Nam omnibus factus oĩa, cum infirmis infirmor, dũ eorum infirmitatẽ, per compaſſionẽ, in meipſũ tranſfero. d & ſi quis ſcandalũ patitur aut corruit, ego vror & affligor, tanquam in meipſo ſentiẽs, qđ patitur alius. e Si tandẽ gloriari oportet me, neceſſitate charitatis cõpulſum, gloriabor quidem in ijs libenter, quę ſunt humilitatis & contemptus, in quibus maior eſt gloriandi ſecuritas. f Deus omnipotens pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſæcula, ipſe nouit & teſtis eſt, quod veritatem loquor. g Ante annos multos inicio conuerſionis meæ, is qui in Damaſco erat ab Areta rege conſtitutus præfectus populi, quęſiuit me compræhendere, obſeruans Damaſcenam ciuitatem, ex omni parte, h verum a fra-

tribus in ſporta demiſſus ſum feneſtrã, itaq; euaſi manus eius, ſecundum gratiam & cõſilium, & protectionem Chriſti, cui in hoc & in omnibus beneficijs, omnem reddo gloriam.

ſporta demiſſus ſum, per murum, & ſic effugi manus eius.

¶ELVCIDATIO CAPITIS Duodecimi.

TEXTVS CAP. Duodecimum.

a Ametſi nunc mihi neceſſitas incumbit gloriãdi, propter pſeudapoſtolorũ fallaciam, & tamen hoc in ſeſe homini nõ vtile, vt ĩ magnis glorietur. b Veniam tamen (quandoquidẽ cogor) ad enarrandas viſiones, quas mihi Deus oſtendit, & reuelationum intelligentias. c Scio hominem quandã Chriſto Credentẽ, ante annos quatuordecim, raptum ſecundum extaſim, vſq; in cœlum Empyreum, vſq; adeo inſenſibilem factum ſecundum corpus, vt neſciam an in corpore fuerit, an extra corpus. Deus tamen (qui omnia ſcit) ipſe nouit, quẽadmodum cum illo res ſe habebat. d Et huiuſmodi hominem vſque adeo inſenſibilem factum propter extaſim, vt neſciret omnino qd de corpore ageretur, an infuerit anima in corpore, an pro eo tempore non infuerit, Deus eſt qui nouit. e Hũc (inq̃) hominẽ, ſcio raptum fuiſſe in iucũdiſſimũ delicijſq; plenũ beatitudinis locũ,

a Si gloriari oportet, nõ expedit quidẽm.

b Veniam autem ad viſiones, & reuelationes Domini.

c Scio hominẽ ĩ chriſto ãn annos, quatuordecius (ſiue in corpore, ſiue extra corp⁹ neſcio, Deus ſcit) raptũ huiuſmodi vſque ad tertium cœlum.

d Et ſcio huiuſmodi hominẽ (ſiue ĩ corpore, ſiue extra corp⁹ neſcio, deus ſcit.

e quoniam raptus eſt in paradiſum,

& audiuit arcana verba quę nõ licet homini loqui.

a Pro huiuſmodi, gloriabor.

b Pro me autē nihil, niſi in infirmitatibus meis.

c. Nam & ſi voluero gloriari, non ero inſipiens, veritatem enim dicam.

d Parco aũt, ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me, aut audit aliquid ex mę.

e Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angel9 Satanæ, in me colaphizet.

f Propter quod ter dominũ rogauit, vt diſcederet a me, & dixi mihi.

g Sufficit tibi gratia mea.

vbi & accepit, didicitq; occulta, & ſecreta miranda myſteria, quæ ab homine corporis vtente ſenſibus explicari non valent, neque cæteris licet enarrari. a Pro huiuſmimodi, vel homine vel viſione, gloriabor, ſi talia mihi contingãt. b Pro me autem, aperte nihil tale glorians recito, niſi tantum infirmitates meas, in quibus eſt ſecura gloriatio. c Nam & ſi in altiorib9 eiuſmodi, voluero gloriari, etiam aperte, non mendaciter deſipiam, ſed veritate ſalua id poſſum agere. d Superſedeo tamen multa aperte ac glorioſe recitare, ne quis exiſtimationem de me maiorem inde ſumat, quam ex iis quæ videt in mea conuerſatione, aut audit in noſtra prędicatione. Mihi enim ſufficit, ſi talem me reputetis, qualē me & opere, & ſermone, & virtute, conſpicitis. De cæteris, nolo haberi glorioſior, quæ ſingulari priuilegio, Deus mihi donauit, e Et ne ſublimitas taliũ reuelationum me efferaç in ſuperbiã, data eſt mihi tribulatio atq; vexatio carnis meæ, quæ me affligat, per Satanam excitata. f Atq; iccirco, quia Satana ſic me ſenſi diuexari, indignum id iudicans, dominum tertio deliberata voluntate rogaui, vt a me vexationem eiuſmodi auferret. Reſpondit autem mihi dominus. g Gratia mea tibi ſufficiat, per quam reſiſtens tentatio

nibus, & moleſtiam patienter ferẽs, coronaberis glorioſius. a Nam ſpiritualis fortitudo, quę nobis a Deo ineſt, in afflictiõe aut humiliatione, creſcit vſq; ad perfectum, & conſeruatur melius, q̃ in proſperitate ſolet nonnunq̃ collabi, aut imminui. b Libenter igitur gloriabor in afflictionibus meis, vt ſic in me permaneat, atq; inhabitet abundãtius Chriſti virtus, quæ in infirmitate cuſtoditur ſecurius. c Propter hoc igitur placere mihimetipſi volo in afflictionibus & humiliationib⁹ meis, nempe cõtumeliis palam illatis, in perſecutionib⁹ exteriorib⁹, in anguſtiis animi, quas pro Chriſti nomine libens ſuſtineo, d Cum enim ſecũdum corpus affligor & contemnor, ſpiritu confortor pl⁹ ſolito. e Ecce iã glorian do longe ac late, ſecũdum ſpeciem viſus ſum inſipiens fact⁹ In vos recidit culpa, ad quorum vtilitatem compulit me neceſſitas, vt pro me gloriarer: contra pſeudapoſtolos, cum vos magis debuiſſetis aduerſus illos, ꝓ me gloriari. f Nihil enim vobis min⁹ eſt per me præſtitum, quam præſtitiſſent quantumuis magni, ſiue veri, ſiue falſi Apoſtoli. g Tametſi enim ego ex me totus ſim merito contemptibilis, ſigna tamen & teſtimonia, aperte noſtrã Apoſtolicam authoritatem conteſtantia inter vos, & ſuper vos, ſunt ædita.

a nam virt⁹ ĩ infirmitate perficitur.

b Libẽter igit̃ gloriabor ĩ infirmitatib⁹ meis, vt inhabitet in me virtus Chriſti.

c Propter quod placeo mihi in infirmitatib⁹ meis, in cõtumeliis ĩ neceſſitatib⁹, in perſequutionibus, in anguſtiis pro Chriſto.

d Cũ enim infirmor tunc potens ſum.

e Factus ſum inſipiẽs vos me coegiſtis. Ego enim a vobis debui cõmendari.

f Nihil enim minus feci ab his qui ſũt ſupra modum Apoſtoli.

g Tametſi nihil ſum, ſigna tamẽ Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos.

a in omni patiētia, in ſignis & prodigijs & virtutibus.

b Quid eſt enī qđ minus habuiſtis, præ cęteris eccleſijs? Niſi φ ego ipſe non grauaui vos.

c Donate mihi hāc iniuriam Ecce tertio paratus ſum venire ad vos, & non ero grauis vobis.

d Nō enim quæro q̄ veſtra ſunt, ſed vos.

e Nec enim debēt filij parētibus theſaurizare, ſed parētes filijs.

f Ego aūt libētiſſime impendā, & ſup impendar ego ipſe pro animabus veſtris.

g licet plus vos diligens, minus diligar.

h Sed eſto Ego, vos

a Idque per omnimodam in tot afflictionibus patientiam, deinde per ſigna & prodigia, & alias virtutum potentes admodū operationes. b Quid enim minus conſecuti eſtis vos per meū miniſterium, quam cæterę ſint eccleſiæ cōſecutæ? Niſi forte illud velitis adducere, quod per me non ſitis grauati. c Hoc ſi culpam ducitis, facile mihi hanc donabitis iniuriam, quę cum veſtro eſt emolumento. Ecce hac tertia iam vice paratus ſum venire ad vos, & ne nunc quidem alicui ero grauis. d Non enī veſtra temporalia bona quæro, per auaritiam, ſed veſttam ſalutem deſidero, per charitatem. Cum enim pater ſim veſter, ſecundum ſpiritum, in Euangelio curandum eſt mihi, vt vos ditemini ſpiritualibus bonis. Vobis autem, hæc erga me cura nō incumbit. e Non enim filij parentibus debent theſaurizare, tā quam ſuis futuris hæredibus, ſed parē tes filijs vtpote quos ſunt hæredes habituri. f Ego autem, quoniam patrem me ſcio, omnia libentiſſime impendam quantum potero omnia attentans, & omnem laborem aſſumens. Imo & amplius expendam meam ipſius vitam, pro veſtra ſalute ſpirituali, g Quanq̄ poſt hęc omnia, vſq; adeo vos diligens vix tenuiter, aut vt minimum non pari amore, a vobis ipſę diligar. h Sed for-

ſitan dicat aliquis. Eſto, non grauaueris nos pteipſũ, ſed p eos quos ad nos miſiſti, callide expoliaſti nos, vt accipiens acciperenõ videreris. Reſpõdete igitur mihi, ſi q forte talia cogitatis aut dicitis. a Nunquid p aliquẽ eorũ quos ad vos miſi, extorſi quippiã, aut per fraudẽ accepi a vobis? b Rogaui Titum vt ad vos iret, & miſi cum illo probatũ fratrẽ c An forte Titus vos circumuenit, ſub meo nomine? Nõne eadẽ ſpirituali cõuerſatione, & ipſi & ego, conuerſati ſumus vobiſcũ? Nõne prorſus eiſdẽ modis ac vijs, tanquam præceptor & diſcipulus? d Erunt forte qui iam iſta dicta putent, ad excuſationẽ alicuius admiſſi a nobis in vos criminis, cuius nobis ſimus cõſcij, e Non ita vero res habet, ſed corã Deo iudice, ſecundũ Chriſtũ, veritatẽ loquimur. f Oia autẽ quæ dicimus aut facimus, chariſſimi, propter veſtram vtilitatem agimus atque profectum. g Timeo enim, ne forte cum venero ad vos per Pſeudapoſtolorum peruerſam doctrinã, inuentruus ſim aliquos ex vobis, quales eſſe nolim, hoc eſt, impœnitentes & incorrectos aut rebelles, ac proinde & ego inueniar a vobis, voſque me experiamini, non qualem velitis, id eſt, aſperiorem in puniẽdis delictis veſtris. h ne forte ſint inter vos contentiones, inuidię, iræ

non grauaui, ſed cum eſſẽ aſtutus dolo vos cepi.

a Nunquid p aliquẽ eorũ quos miſi ad vos circumueni vos?

b Rogaui Titũ, & miſi cũ illo fratrẽ.

c Nunqd Titus vos circũuenit, nõne eadẽ ſpiritu ambulauimus? nõne ijſdẽ veſtigijs?

d Olim putatis, qđ excuſemus nos apud vos.

e Corã deo, in Chriſto loquimur.

f Oia aũt chariſſimi, propter ædificationẽ veſtram.

g Timeo enĩ ne forte cũ venero, non quales volo inueniã vos, & inueniar a vobis, qualem non vultis.

h ne forte contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones,

ſuſurrationes,inflationes,ſeditiones, ſint inter vos
a ne iterũ cũ venero, humiliet me de⁹ apđ vos, lugeã multos ex his qui ante peccauerũt, & nõ egerũt pœnitentiã ſup immunditia & fornicatione, & impudicitia, quã geſſerunt.

diſſidia,detractiones, occultæ murmurationes, inflationes ſuperbie, ſeditiones. a ne quemadmodum nuper cõtriſtatus ſum hæc audiens ita nunc iterum contriſtet & affligat me De⁹, cum præſens fuero apud vos, & lugere cogar ac ſatanę tradere, & acrius caſtigare, plurimos eorum qui olim peccauerunt, & necdum auerſi ſunt á peccatis ſuis, nempe ab immunditia qualibet, fornicatione, & impudicitia, quam per perpetrarunt.

TEXTVS CAP. Decimumtertium.

ELVCIDATIO CAPITIS Decimitertij.

a Ecce tertio hoc, venio ad vos, In ore duorũ vel triũ teſtiũ, ſtabit omne verbũ.

b Prędixi eni & prædico, vt pręſens vobis & nũc abſens, his qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus.

c quoniam ſi venero iterũ nõ parcam.
d An experimẽtum q̃ritis, ejus qui in me

Ea Ecce nunc tertium inſtituo aduentum, & tertio iam paro venire ad vos. Et cum aduenero, teſtimonio duorum aut trium idoneorũ teſtium, recipietur acceptabiturque omnis accuſatio, & proferetur a me omne iudicium. b Prædixi ergo nuper præſens vobiſcum, & nunc iterum abſens prædico ante quam aduenìam, his qui ante peccauerunt, quam illam epiſtolã obiurgatoriã deſtinarẽ quos p epiſtolam tũc monui, & cæteris omnibus qui ſunt inter vos, vt caueãt a ſimilibus per agendis, c quod ſi iterũ venero haud dubie ſeuerius cũ eis agam, quam hactenus egerim. d An vultis experiri, q̃ ſit potens in me Chriſtus, per quem

ego loquor, & locutus ſum vobis, per quem etiam vltionem ſumere poſſum, & punire peccata. a Certe ipſe, quẽadmodum oculis veſtris vidiſtis, non fuit impotens inter vos, qui potenter, per nos egit apud vos mirabilia. b Nã quamuis ſecundum infirmitatem humanitatis aſſũptæ, paſſus ſit ſe cruci affligi, qđ tañ reſurrexit victur⁹ in ęternũ, ex virtute eſt diuinitatis ei⁹. c Enimuero & nos, in configuratione ad Chriſtum, infirmi viles & contemptibiles ſumus, ſecundum carnis miſerias, quas pro eo patimur, d viuemus tamen, & ſuperſtites erimus, in poteſtate noſtra, ad puniendum delinquentes, ex virtute Dei nobis conceſſa, erga vos & ſuper vos, quicunq; noſtro Apoſtolatui per Deum ſubditi eſtis, nec erit poteſtas vltionis mortua. e Voſipſos examinate & diſcutite, an in fide recta perſtetis, voſipſos ex operibus probate, num opere digna fide veſtra facitis f Certe iam cognoſcitis (non dubito) Quod Chriſtus per fidem, quam conuerſi ſuſcepiſtis, vobis inhabitat, qui tamen non eſtis niſi diſcipuli, quanto magis & in me habitat, qui ſum pręceptor veſter, & Apoſtolus? Habitat, inquam, in vobis Chriſtus. g Niſi qui forſitan (quod abſit) ab ea gratia & fide, quam nuper ſuſceperunt, ſint repulſi, & ea pri

loquitur, Chriſtus? 3

a qui in vobis non in infirmatur, ſed potẽs eſt in vobis.

b Nam & ſi crucifixus eſt ex infirmitate ſed viuit ex virtute dei

c Nam & nos ſum⁹ infirmi in illo.

d ſed viuemus, cũ eo ex virtute Dei i vobis

e Voſmetipſos tentate, ſi eſtis in fide, ipſi vos probate.

f An nõ cognoſcitis voſmetipſos, q̃a chriſt⁹ Ieſus in vobis eſt

g Niſi forte reprobi eſtis.

uati. Nã in reprobis, nõ inhabitat Chriſtus, a Credo autẽ non tam peruerſe vos de me ſuſpicari, vt me putetis, ſiue a fide Chriſti, ſiue ab apoſtolica authoritate, rebrobum factum, & id vos, per experiẽtiam, cognituros etiam credo, ſi me contigerit inuenire vos emendatos. b Oramus autẽ Deũ, qui ſolus in omni bono potens eſt nos cuſtodire, vt non efficiamini aliquando reprobi, ſed vt in omni conuerſatione, ſemper probi ſitis & immaculati. c Oramus (inq̃) pro veſtra innocentia, nõ vt nos appareamus probati, & magni, in oſtentatione poteſtatis noſtræ, & excutione vindictæ, quales appareremus ſi vos in peccatis reprobos inuenirem⁹. d ſed oramus, vt vos ꝓbati & immaculati in cõuerſatione veſtra efficiamini. e Nos autem, dum ꝓpter veſtram, innocentiam nihil puniendum inuenerimus, vt quaſi reprobi (id eſt ſine poteſtate) appareamus, cum omnem punitionis occaſionem, vos per probatam conuerſationẽ veſtrã, nobis ſubtraxeritis. f Nõ enim poſſumus, & multo magis nec volumus, aliquid agere contra veritatem, neque in quenq̃ pœnam aut vindictam exercere poſſumus, qui in veritate probe ambulat, ſed ꝑ veritate magis agere optamus, & omni ꝓbitate vos fouere, quantum poſſumus, g In hoc enĩ

a Spero aũt quod cognoſcitis, quia non ſumus reprobi.

b Oram⁹ aũt deum, vt nihil mihi facimus.

c nõ vt nos probati appareamus.

d ſed vos qđ bonũ eſt faciatis.

e nos autẽ, vt reprobi ſimus.

f Non enĩ poſſumus aliquid aduerſus veritatẽ ſed pro veritate.

g Gaudemus enim,

gaudemus, ſi vos in bono potentes, fortes, ac robuſti, efficiamini. Nos autem infirmi habeamur, & impotentes cum occaſionē oſtendendæ noſtræ poteſtatis nullā habuerimus. a Atq; hoc ipſum eſt quod ſemp oramꝰ nēpe vt conſummati & pfecti euadatis per omnia, vt nulla vobis mea punitione ſit opus. b Ideo enim abſens hæc ſcribo, ne cogar, cum præſens adero vobis, ſeuerius in vos agere, per illam poteſtatem quā dedit mihi Deus, in vtilitatē & profectū veſtrū, nō in detrimētū ſpirituale cuiuſq̄, vt non p nimiā indulgentiā diſſoluamini, atq; dilabamini in vicia, c Quod ſupereſt aūt fratres mei, quærite ſemp in dño gaudere, laborate vt pfecti efficiamini, exhortemini, & cōſolemini iuicē, pacifice cōuerſemini, & erit Deus pacis vobiſcū. d Salutate inuicē, in ſācto oſculo ſpiritualis amoris. Salutant vos omnes ſancti. e Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei patris, & ipſa ſancti ſpiritus communio (per quem nectuntur pater & filius adinuicem, & fideles cum Domino vnum fiunt ſit cū omnibus vobis. Amen.

¶ Finit Elucidatio in Epiſtolā poſteriorem ad Corinthios, beati Pauli Apoſtoli.

quonā infirmi ſumꝰ, vos autē potētes eſtis.

a Hoc & oramꝰ, veſtrā cōſummationem

b Ideo enim hæc abſens ſcribo, vt nō præſens durius agā, ſecū dū, poteſtatē quā dominꝰ dedit mihi, ī ædificationē, & nō in deſtructionem.

c De cætero autē fratres gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, idipſum ſapite, pacē habete, & deus pacis & dilectionis, erit vobiſcum. d Salutate īuicem, in oſculo ſācto Salutāt vos omnes ſācti. e Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas dei, & cōmunicatio ſancti ſpiritus ſit cū omnibus vobis. Amen.

Finit Textus Epiſtolę poſterioris ad Corinthios beati pauli Apoſtoli.

¶ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolam ad Galatas beati Pauli apoſtoli.

INter cæteros quibus Chriſtum Paulus prædicauerat, erant etiam hi, ad quos nunc ſcribit, Galatę, qui ab ipſo Apoſtolo verbũ veritatis recte edocti, & in fide vera bene proficiẽtes, poſt Apoſtoli ſui diſceſſum, in legis ſeruitutem, & legalium obſeruantiã ſunt inducti: per quoſdam ex Iudæis falſos Apoſtolos, qui prædicabant abſq; legis obſeruantia, potiſſimum vero ſiue circunſione, non poſſe eos ſalutem cõſequi. Qui etiam, vt ſuę falſæ prædicationi maiorem pararent authoritatem, paulo multis modis derogabant, dicẽtes illum non eſſe niſi Apoſtolorũ legatũ, nõ aũt verum a Deo miſſum Apoſtolũ vt erant cęteri, qui in Iudæa agebãt, atque ob hoc, minus huic deberi fidei, diuerſa ab illis primis ac præcipuis Chriſti Apoſtolis, docenti. Videbantur enim apoſtoli qui erant Hieroſolymis, legi fauere, propter diſſimulationem, ratione Iudæorum imperfectorum, inter quos agebant, quem Paulus ſua prędicatione aperte euacuatam proclamabat, dicens, poſt Chriſti mortem & noue legis gratiam, circunciſionem ac cætera legis, eſſe ſuperflua. Aduerſum hos igitur, Pſeudapoſtolos, volens Chriſti verus Apoſtolus ſuos Galatas, ab errore legalis ſeruitutis, in libertatem Euangelicæ veritatis, traducere, primum quidem, poſt pacis ſalutationẽ, in ipſo ſtatim Epiſtolæ initio, ſeuera obiurgatiões eos increpat, quod talibus ſeductoribus, tam facili perſuaſione, aures & conſenſum præbuerint, permittẽte ſe, ab ea in qua poſitit erãt libertate Euangelij, in legis ſeruitutem, ſine cauſa induci. Cum nec angelo de cœlo, neq; etiam ſibijpſi aliud ab eo quod iam ſemet ſuſceperant docenti,

credere debuiſſent. Mox deinde, ad ſuæ prædicationis au thoritatem conſtabiliendam, declarat, ſuum Euangelium quod illis prædicauerat, ſe non ab alio accepiſſe, niſi imme diate a Ieſu Chriſto, qui eum perfecte deomnibus fidei my ſterijs docuit. Atq; id quidem, capite primo. Poſt hæc autẽ ſecundo capite, contra id quod obijciebatur de Apoſtolis qui in Iudæa legi fauere videbantur, oſtendit Paulus ex ip ſorum authoritate & approbatione, rectam & veram per omnia eſſe prædicationem ſuam, ac in omnibus per illos approbetam. Idq; tribus modis. Primum in eo quod Titũ gentilem & incircunciſum, etiam laborantibus ad hoc falſis fratribus, non compulerint circuncidi, quo euidenter te ſtati ſunt, non eſſe gentibus neceſſariam circunciſionem: ac proinde nec cætera legalia. Secundo, quoniam poſtquam cum eis Euangelium ſuum contuliſſet, nihil ei contulerũt, neq; quicquã adijciendam aut mutandum iudicauerunt, quin & dextris illi ac ſocio barnabæ datis, cum eis ſocietatẽ inierunt. Tertio. quod Petrum Antiochę, propter Iudęorũ quorundam metum, legis obſeruationem ſimulantem, audacter reprehendit, ad pręcauendum ſuorum ſcandalum. Ex quo clare patet, licet propter cõuerſorum ex Iudæis im perfectionem. Apoſtoli cæteri in Iudæa legem nõdũ aper te euacuarent, donec Euangelicæ libertatis veritas palam fieret, eorum tamen non fuiſſe ſententiam, ꝙ & gentibus eſſet legis obſeruatio neceſſaria. Atq; ita in fine capitis ſecundi, palam & aperte, de legis per Chriſti mortẽ euacuatione, fideliter pronunciat, dicens ſe legi mortuum, ſoli chri ſto viuere. Poſt quæ præmiſſa, Capite tertio, pro gentis ruditate, dure &(vt ita dicam) incircunciſe, illorum redarguit inſipientiam, cordiſq; leuitatem, & vanam inſtabilitatem, qui cum ſpiritu cœpiſſent, carne conſummari vellent, docens ex ſcriptura, quæ de Abrahæ iuſtificatione loquitur,

ex fide iuſtitiam veram prouenire, non ex lege, quæ per ſe magis obnoxios reddit maledictioni, benedictionemq; illam, quæ Abrahæ ex fide promiſſa fuerat, in vno ſemine Chriſto, nobis omnibus Abrahæ fidem ſequentibus, & in Chriſtum credentibus, communicandam, quam ex lege fruſtra fuiſſet expectare, quæ tantum ad tempus populo Iudæorum data fuit, ſub qua vt pædagogo cuſtodirentur, donec libertatis tempus adueniret, quod iam impletũ eſt, quando a pædagogo liberati, omnes per fidem liberi, filij Dei facti ſumus. Quod etiam per hæredis ſimilitudinem, Capitis quarti initio, declarat. Ac deinde, iterum ad increpationem verba conuertit. Et quo amplius eorum animos ad pœnitentiam commoueat, bona conuerſationis eorum principia commemorat, atq; a ſeductoribus, qui eos emmlantur non bene, cauere iubet, attentius. Iterumq; per allegoriam, ex Agar ancilla & Sara libera docet ancillę Agar filios (id eſt legis & Synagogæ veteris ſeruos) eijci debere. Filios autem Saræ (id eſt nouæ legis & Eccleſiæ filios) hæreditatem glorię eſſe accepturos. Monet proinde ac obteſtatur, ſequenti quinto Capitulo, ne per Chriſtũ libertate donati ſeruitutis iugo colla ſubmittant, neque iſta ſuadentibus conſentiant, quos ſuum dicit in nouiſſimo iudicium condemnationis, accepturos. Tamen monet ex aduerſo, ne prætextu Euangelicæ libertatis, carnis obſequantur deſiderijs, ſed vt per charitatem ſpiritu viuant, & ſpiritu ambulent, quæ contraria ſunt carnis concupiſcẽtiæ, ſtudioſe operantes. Cuius occaſione, opera carnis enumerat, & ex aduerſo, fructus ſpiritus cõſtituit. In ſexto aũt Capitulo, quæ ad mores faciunt pertractãs, mãſuetudinis potiſſimum, & modeſtiæ Chriſtianę, liberalitatiſq; ac miſericordiæ, commouefacit, vt dum tempus eſt operentur bonum. Poſt quæ demum, aduerſus eos qui in carne va-

nevolunt gloriari, ſuam ipſe veram ac ſolidam gloriationem opponit, in nullo alio pręterquam in cruce Chriſti, ſe aſſerens gloriari, cuius ſtigmata in ſuo corpore, adeo ſibi non ducit ignominiæ, vt etiam ad gloriam ea reputet, atque, cum gloria prædicet. Atq; ita in eo quod cœpit ab initio, terminat Epiſtolam.

¶Finit argumentum in Epiſtolam Pauli apoſtoli ad Galatas.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Galatas Beati Pauli Apoſtoli.

¶ELVCIDATIO CAPITIS Primi.

Pa AVLVS, nō ab homine neque per hominē Apoſtolus ordinat⁹, neque Apoſtolorum Apoſtolus, ſed abſq; medio per dominum Ieſum Chriſtum, atque Deum patrem, qui eum a mortuis reſuſcitauit, & omnes qui me cum ſunt fratres, ſalutem dicunt Eccleſiis fidelium, quę ſunt in Galatia. b Sit

TEXTVS EPIſtolæ ad Galatas beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS CAP. Primum.

Pa Aulus Apoſtol⁹, nō ab hominib⁹ neq; p̃ hominē, ſed p̃ Ieſum Chriſtum, & Deū patrē, q ſuſcitauit eū a mortuis, & q mecū ſunt oēs fratres eccleſiis Galatiæ.

b Gr̃a vobis & pax,

vobiſcum gratia, & pax vera, gratiæ co mes, a Deo patre omnium noſtrum, & Domino Ieſu Chriſto filio eius, qui ſe metipſum tradidit in mortem, pro ex piandis peccatis noſtris, a vt nos ſic a peccatis expiatos, a ſeculi huius nequi tia, & mundana conuerſatione (in qua ante conuerſionem viuebamus) tradu ceret, ad nouam & cœleſtem conuerſa tionem, b quemadmodum erat volū tas, & beneplacitum Dei patris noſtri, qui eſt honor & gloria, in ſæcula ſæculo rum, Amen. c De miror veſtram iſtā inſtabilitatem nimiam, & imprudentiā ꝙ ita facile, tam cito, talium pſeudapo ſtolorum ſuaſionibus, receditis a Deo, qui vocauit vos in libertatem Euangeli cam, ad prædicationem aliam (nempe legalium obſeruantiarum) acceptandā d Cum tamen in veritate non ſit aliud Euangelium, nec alia prædicatio veri tatis, niſi quod per me vobis eſt prędica tum. e Sed ſunt aliqui qui vos quęrūt ſubuertere, & volunt Euangelium Chri ſti ad ſuum placitum torquere, atq; per uertere, ad ſuum ſenſum, non ad verita tem illud prædicantes, Sed illud ſcien dum eſt vobis, tantam fidem vos debe re adhibere ijs quæ iampridem vobis prędicauimus, vt nullius prædicatione ab ipſis recedatis f adeo vt ſi noſipſi rurſus redeuntes, aliud vobis contrariū

a deo patre noſtro: & & domino Ieſu Chriſto, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris.

a vt eriperet nos de præſenti ſęculo neq̄.

b ſecundū volūtatem Dei & patris noſtri, cui eſt gloria in ſęcula ſæculorum. Amen.

c Miror ꝙ ſic tam cito transfféremini.

ab eo q̄ vos vocauit i gr̄am Chriſti, i aliud euangelium.

d Qđ non eſt aliud,

e Niſi ſunt aliqui qui vos coeturbant, & volūt cōuertere Euangeliū Chriſti.

f Sed licet nos, aut angelus de cœlo euan-

prædicaremus, q̄ prædicauimus, aut e‑tiam (ſi id poſſibile eſſet) angelus de cœlo deſcendens, contra id quod accepi‑ſtis, vobis prædicaret, recipere nulla ratione poſſitis, aut debeatis, imo ve‑lut maledictum, huiuſmodi prædicatorem execrari oporteat, quemadmodū olim prędixi, & nunc repetens iterum dico. a Quiſquis vobis aliud aliquid predicauerit, contrariū ei quod nos docuimus, & vos iam ſemel credidiſtis, illum fugite & execremini. b Quid eni? An ego, dum Euangeliū doceo, ad hominum gloriam doceo, an ad gloriam Dei? c Nunquid mea prędicatiōe carnalęs & mundanos hoīm quæro fauores? d Profecto ſi hoc mihi eſſet in deſyderio, vt placere quærerem homini‑bus, non poſſem ſimul eſſe Chriſti ſer‑uus fidelis, quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Et ne dubitetis de noſtræ prædicationis firmitate (propter eos qui me falſo dicunt non a Deo miſſū, nec per Deum ſed ab Apoſtolis a‑liis, & per eos inſtructum, tantū Apoſtolorum eſſe Apoſtolum, ſic derogantes noſtræ authoritati. e ecce ego no‑tum vobis illud eſſe volo, Euangelium iſtud quod prædicaui vobis, non fuiſſe humanum, ſed diuinum. f Nam ego neq; ab homine, illud prædicandi cō‑miſſionem accepi, neque per homi‑

gelizet vobis, præter q̄ qđ euāgelizauim⁹ vobis anathema ſit.

ſicut prędiximus & nunc iterū prędico.

a Si q̄s vobis euāgelizauerit, prętet id qđ accepiſtis, anathema ſit

b Modo ei hominib⁹ ſuadeo, an deo.

c An quæro hoībus placere?

d Si adhuc hoībus placerem, Chriſti ſerus non eſſem.

e Notum eni vobis facio fratres, Euangeliū qđ euangeliſatū eſt a me, quia non eſt ſecundū hominem.

f Neq; enim ego ab hoie accepi illud, ne‑

ꝙ didici, ſed per reuelationē Ieſu Chr̄i.

nis inſtructionē didici, ſed per immediatam reuelationē Chriſti Ieſu, qui ꝑ ſeipſum, pleniſſime de omnibus myſterijs fidei me inſtruxit, & ꝑ ſemetipſum, ea mihi pr ędicanda in gentibus commiſit. Cōſtat autē, quod ante conuerſionē meam, hanc fidē a nullo edoctus fuerim.

a Audiſtis enim conuerſationē meā aliqñ in Iudaiſmo.

a Neq; eni dubito quin relatu iam cognouiſtis omnē conuerſationē meā, qua in legis obſeruationei, ante fidem Chriſti ſuſceptā, fui conuerſatus,

b qm̄ ſupra modū ꝑſequebar eccleſiam Dei, & expugnabā illam.

b quemadmodum ſupra modū, miro zelo perſequebar eccleſiam Dei, & velut capitalē inimicū hoſtēq; publicum me illi demonſtrans, palam etiam expugnabam.

c & proficiebam in Iudaiſmo, ſupra multos coętaneos meos, in gñe meo, abūdantius ęmulator exiſtēs paternarū mearū traditionum.

c In legalibus autē ritibus & obſeruātijs, proficiebam ſupra multos coętaneos generis mei, ardētiſſimo zelo obſeruās traditiōes oēs, & quas lex ipſa ꝑ ſe tradebat obſeruādas & quas mihi patres tradiderunt, ſupra expreſſa legis pręcepta, ita vt eo tempore, nihil minus cogitauerim, quam de Euangelio Chriſti addiſcendo.

d Cū aūt placuit ei q me ſegregauit ex vteromr̄is meæ, & vocauit per gratiā ſuam, vt reuelaret filiū ſuū in me, vt euangelizarē illū in gentibus.

d Quando autem venit tempus, quo placuit Deo (qui me per præſcientiam ſuam ſegregauit, antequam egrederer de vtero matris meæ, ac poſtmodum in ſuo tēpore etiam vocauit ad fidem & Apoſtolatus huius miniſterium) filium ſuum manifeſtum facere in me, id eſt, mihi aperire, & per me alijs ma-

niſeſtum facere, vt illum gentibus prę- dicarem, a continuo non adiunxi me vllis mortalibus hominibus, qui ſunt caro & ſanguis, vt ab hominibus diſcerē, de quib⁹ me plene deus edocuit. b Neq; veni Hieroſolymā, ad eos qui fuerūt ante me apoſtoli, Petrū, Iacobū, Ioanē, & cæteros gratia diſcendi quippiam ab eis, c ſed ſufficiēter a Deo inſtructus confidenter abij in Arabiā, vt illis proruſus rudibus Chriſti fidem annunciarē, & iterum reuerſus ſum Damaſcum. d Deinde poſt annos tres, veni Hieroſolymam, honoris gratia inuiſere Petrum apud quem & familiariter hoſpitatus ſum, diebus quindecim. tanquam verus Apoſtolus ab eo benigne receptus. e Alium autem apoſtolorum tunc temporis vidi nullum, niſi Iacobum Hieroſolymæ Epiſcopum ordinatum, qui dictus eſt frater Domini. f Quæ autem ſcribo vobis, Deus ipſe (qui iudex eſt omnium) teſtis eſt, quod non mētiar. Deinde veni in partes Syrię & Cilicię. g Eram autem ignotus aſpectu, Eccleſijs Iudęæ, fidelibus. h Tantum audierāt fama, illum qui olim tam ſęuus fuerat perſequutor Chriſtianorum, nunc prædicare fidem quam olim expugnabat, & palam perſequebatur. i Atq; ita in me clarificabant. Deū, q tā mirabilia circa me fuiſſet operatus, grām ſuā,

a cōtinuo non acquieui carni & ſanguini.

b Neq; veni Hieroſolymā, ad anteceſſores meos apoſtolos.

c ſed abij in Arabiā & iterū reuerſus ſum Damaſcū. d Deinde poſt annos tres, veni Hieroſolymā, videre Petrū, & manſi apud eū diebus quindecim.

e Aliū aūt apoſtolorū vidi neminē, niſi Iacobū fratrē Dñi. f Quæ aūt ſcribo vobis, ecce coram deo, quia non mentior.

Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. g Erā aūt ignotus facie, eccleſijs Iudææ q̄ erant in Chriſto. h Tantū aūt auditū habebāt, quoniam qui perſequebatur nos aliqn̄, tunc euāgelizat fidē, q̄ aliqn̄ expugnabat. i & in me clarificabant deum.

TEXTVS CAP. Secundum.

ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

a Deinde poſt annos quatuordecim, iterum aſcendi Hieroſolymã cũ Barnaba, aſſũptio & Tito.

b Aſcẽdi aũt ſecũdũ reuelationem.

c & contuli cum illis euãgeliũ, q̃d predico in gentibus.

d ſeorſum aũt ĩjs qui videbãtur aliq̃d eſſe.

e ne forte inuacuum currerem, aut concurriſſem.

f Sed neq; Titus qui me cũ erat, cũ eſſet gẽtilis, cõpulſus eſt circuncidi.

a DEinde poſt annos a mea conuerſatione quatuordecim, iterũ aſcendi Hieroſolymam, aſſumptis Barnaba & Tito, altero ex Iudæis, altero gentili, vt eſſent teſtes idonei, fideles, & ſufficientes, eorum quæ agerẽtur mecum in Hieroſolyma. b Aſcendi autem hac vice, ex diuina reuelatione, ad declarationem veritatis Euangelij quod prędicaui, & cõfutationem eorum qui me calumniabantur, qua ſi diuerſa docẽtem alijs Apoſtolis, qui erãt Hieroſolymæ. c & contuli cum Apoſtolis cæteris Euangelium, quod prædico in gentibus, exponendo eis per ordinem omnia quęcũq; prędicaui. d Nõ id tamen in publico coram omnibus, ſed ſeparatim, coram iĩs qui erant eminentiores inter fideles cæteros. e Feci autem iſtud, nõ quod dubitarem de prædicatione mea, aut vt aliquid diſcerem amplius ſed vt non fieret irritus labor meus, & prędicatio mea in gẽtibus vt dum a cęteris Apoſtolis noſtram doctrinam audirent comprobari, non dubitarent ei fidẽ habere. f vſque adeo autẽ nihil. Apoſtoli noſtræ contradixerunt prædicationi, vt nec Titum cogerẽt circuncidi, qui tamen erat incircunci

ſus, & ex vtroq; parente gentilis natus.
a Imo neq; propter falſos fratres, qui erant ſub ornati ab aliis, etiam ſi illi ad hoc laborarēt, qui occulte, ſub amicitiæ & fidei ſpecie, ingreſſi ſunt ad exploran dum, ſi in libertate preſtaremus quam habemus in fide Chriſti, & quam prędicauimus, a vt nos ſubijcerent ſeruituti legis, cogendo Titum circuncidi, ac deinde ex aliorum Apoſtolorū authoritate gētib⁹ legalia prędicare. c Nos vero illis neq; ad horam ceſſimus, ſiue pro tempore minimo, ſubijciendo nos ſeruituti legis. Titum circuncidendo, vt veritas Euangelicę libertatis apud vos in cōcuſſa permaneret. Si enim illi apoſtoli circunciſionem putaſſent Tito neceſſariam vtiq; coegiſſent eum circuncidi. Et poſtea quam falſis, illis fratrib⁹ ad hoc laborātibus, Titus non eſt compulſus circuncidi, conſtat, quod illi noſtram prædicationem de non obſeruādis legalibus, comprobauerint. d Ab his autem qui erant eminentiores in ecclesia, nihil didici tunc temporis. Taceo autem quales aliquando illi fuerint in Iudaiſmo, multo me & zelo & ſcientia legis inferiores, vt tunc potius eis erudiendis ipſe ſufficerem. Verum illud, nihil ad rem, quoniam Deus non attendit ad perſonas hominum, ſed quos ipſe vult, ſecundum propoſitum volunta

a ſed ꝓpter ſubintroductos falſos fratres, qui ſubintroierunt explorare libertatē noſtrā quam habemus in Chriſto Ieſu.

b vt nos in ſeruitutē redigerent.

c Quibus neq; ad horā ceſſimus ſubiectione.

vt veritas Euāgelij ꝑmaneat apud vos.

d Ab his aūt qui videbātur eſſe aliquid.

quales aliqñ fuerit, nihil mea intereſt, Deus enim perſonam hominis non accipit.

tis ſuę vocat, & eligit. a Mihi (inquā) illi eminentiores apoſtoli, nihil addiderunt ad Euangelij mei doctrinam. Imo vero econtrario, per omnia conſentiebant, veracem, plenam, & ſufficientem, meam doctrinam comprobātes. b Nā cum vidiſſent, Petrus, Ioannes, & Iacobus, quod mihi dominus commiſiſſet officium prędicandi gentilibus, ſicut petro, euāgelizandi Iudęis (Nā qui Petrū fecit dignum Iudęorū Apoſtolum, idē Deus & mihi adfuit, vt idoneus eſſem apoſtolus gentilium) & cum cognouiſſent gratiam multiformem ſpiritus ſancti, quę data eſt mihi, (illi inquam) qui eminebant tanquam columnæ in eccleſia, iunctis dextris, ſocietatem inierunt nobiſcum, hoc eſt mecum & cum Barnaba, vt nos in gentes pergeremus prædicantes, ipſi autē inter Iudęos, c Tātum admonebant, vt pauperū qui erāt in eccleſia Hieroſolymę ſpoliati poſſeſſionibus ſuis, curā haberemus apud eccleſias gentilium, qui in bonis temporalibus magis abundabant. d quod etiam, omni qua potui ſollicitudine, diligenter peregi. e Quo vero amplius vobis fiat comprobata veritas libertatis euangelicę, & prædicationis noſtrę narrabo vobis, quo pacto Antiochię petro apoſtolorum principi contradixerim, eum palam omnibus (quibus erat

a Mihi eni, q̄ui videbantur eſſe aliquid, nihil cōtulerūt, ſed ecōtra.

b cū vidiſſent, q̄ creditū eſt mihi euāgeliū præputij, ſicut & Petro circūciſionis (qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatū circūciſionis, operat⁹ eſt & mihi inter gētes) & cū cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi, Iacobus & Cephas & Ioānes, qui videbātur colūnæ eſſe, dextas dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis, vt nos in gētes, ipſi autē in circunciſionem.

c tātum, vt pauperū memores eſſemus.

d quod etiā ſollicitus fui hoc ipſum facere.

e Cū aūt venisſet Petrus Antiochiā, in faciem ei reſtiti.

periculum)arguendo. a quia reprehẽdendus veniebat, & ita ſe gerebat, vt mihi neceſſarium videretur illum reprehendere, propter ſcandali & periculi (quod alioqui videbatur imminere) amotionem. b Nam principio cum veniſſet antiochiam, cœpit legem negligens, cum gentilibus manducare, quod lex prohibet, c Cum vero a Iacobo vęniſſent quidam Iudęi, ſubtraxit ſe & ſeparauit a conſortio gentilium, timens ſcandalum facere illis Iudęis, qui in lege adhuc vt infirmi hærebant. d Cuius exemplo, & cęteri iudæi (qui ante cum Petro bona fide gentibus participaſſent) ipſe quoque Barnabas ſocius noſter, adducti ſunt ad ſimulandum legis obſeruationem, & occultandum, eam quam habebant de euangelica libertate, ſententiam. e Sed cum vidiſſem, quod propter timorem ſcandali Iudæorum illorum, diſſimularent veritatem libertatis euangelicæ, timenſq; ex hoc gentilibus ſcandalum imminere, f hoc mihi conſilium fuit, vt Petrum coram omnibus argueram, quo ſic, & illi qui aduenerant Iudęi, & cæteri gentiles, nullum ſcandalum paterentur, Euangelicæ libertatis veritatem, per meam reprehenſionem, Petro non reſiſtente edocti. Dixi itaq; Petro coram omnibus, tam Iudęis quam gẽti-

a quia reprehenſibilis erat.

b Prius enim q̃ veniret quidem a Iacobo, cum gentibus edebat.

c Cũ aũt veniſſet ſubtrahebat & ſegregabat ſe timens eos q ex circunciſione erant.

d Et ſimulationi eius conſenſerũt cæteri Iudæi, ita vt & Barnabas duceretur ab eis, I illã ſimulationẽ.

e Sed cũ vidiſſem, q̃ non recte ambularẽt ad veritatẽ Euãgelij.

f dixi Cephę coram omnibus.

libus qui aderant, quibus ex re prædi-
cta periculum illum euenire poterat. a
Si tu qui Iudęus es natura, lege dimiſſa
ſub qua natus es, communem cum gen
tilibus vitam ducis, quo modo nunc gẽ
tes tuo exemplo ad Iudaiſmum inducis
ob iſtorum Iudęorum qui aduenerunt
timorẽ? b Nos carnali propagatione
Iudæi ſumꝰ, ſub Iudaiſmo nati, nõ aũt
illi pctõres, ꝗ ex gẽtilibꝰ cõuertunt̃. Ne
quaq̃ ergo illi ſũt ĩducẽdi ad legẽ, ꝗ ſub
lege nõ ſunt nati, q̃ nos quoq; audemꝰ
trãſgredi, ꝗ ſub lege nati ſumꝰ. c Cũ
igitur credamus firmiter, quod ex ope-
ribus legis nemo poteſt vere corã Deo
iuſtificari, ſed tantum per fidẽ in Chri-
ſtum, iccirco etiam nos iudęi in Chriſtũ
credimus, vt per fidem conſequamur,
quod ex legis obſeruãtia conſequi nõ
potuimꝰ, nempe iuſtificationẽ. d ita-
q; , ex operibus legis nemo hominum
iuſtificari poterit. e alioqui ſi nos ex
hoc peccatores inuenti ſumus, quod le
ge prętermiſſa quærimus iuſtificari in
ſola fide Chriſti, conſequitur, Chriſtum
peccati illius miniſtrum nobis eſſe. Nã
eius doctrina eiuſq; amore, fiducialiter
legẽ prętermittentes, ipſius gratiæ ſoli
inheremus. f Nam poteſt autem fieri
vt Chriſtꝰ nobis peccati fuerit miniſter
ſiue author, aut in peccatũ ipſe nos cõ-
iecerit. g Nam ſi nunc quęram repa-

a Si tu cũ Iudæus ſis, gẽtiliter viuis, & non Iudaice, quomodo gẽtes cogis Iudaizare.

b Nos natura Iudæi, & nõ ex gẽtibus peccatores.

c Scientes aũt, ꝙ nõ iuſtificatur hõ ex operibus legis, niſi per fidẽ Ieſu Chriſti, & nos in Chriſto Ieſu credimus, vt iuſtificaremur ex fide Chriſti, & non ex operibus legis.

d Propter q̃d, ex operibus legis non iuſtificabitur oĩs caro.

e Quod ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumꝰ & ipſi peccatores, nũq̃d chriſtꝰ peccati miniſter eſt?

f Abſit.

g Si enim quæ deſtru

rare (exemplo vel prædicatione) legis obſeruantiam, quam iampridem & reli qui &'deſtruxi (tam verbo prædicationis, q̃ exemplo conuerſationis) aperte meipſum peccati priſtini reum arguo. Nam ſi obſeruari eã oportet, ergo peccatũ erat dimittere. a Ego enim per legis nouę aduentum, legi veteris ſubtractus ſum, vt deinceps viuam in gratia Dei, & ex ea vitam quęram. b Cũ Chriſto ſum concrucifixus, configurat⁹ ſimilitudini mortis eius, vt amplius nõ viuam operibus priſtinis. c Viuo autẽ iam non ſecundum carnem ego vt olim viuit autẽ in me Chriſtus, per gratiam ſuam in me inhabitans. d Vita autem iſta, qua nunc adhuc in corpore cõſtitutus viuo, per fidẽ eſt, qua credo in filiũ Dei, qui dilexit me, & tradidit ſeipſum pro mea ſalute. e Hanc autẽ gratiam vltro mihi oblatam, nequaquam volo abijcere, ſed per fidem, modis omnib⁹ accepto. Qui autem in lege quærunt iuſtificari, hanc gratiam abijciunt. f Nã ſi per legem credis poſſe iuſtitiam prouenire. Chriſti paſſionem & mortem facis inanem. Quorſum enim opus morte filij Dei, ſi perfectam iuſtificationem ac per conſequens ſalutem, cõferre potuiſſet lex Moyſi?

xi, iterum hæc readifico.

preuaricatorẽ me cõſtituo.

a Ego enim p legẽ, legi mortuus ſum, vt deo viuam.

b Chriſto cõfixus ſũ cruci

c Viuo aũt, iam nõ ego, viuit vero in me Chriſtus.

d Quod aũt nũc viuo in carne, in fide viuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit ſeipſũ pro me.

e Nõ abijcio gratiã dei.

f Si enim per legẽ iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.

ELVCIDATIO CAPITIS, Tertij.

TEXTVS CAP. Tertium.

a O inſenſati Galatę quis vos faſcinauit, non obedire veritati.

COgit me dolor lapſus veſtri, ad increpationem verba conuertere a O ſine intellectu inſenſati Galatę, quis vos decepit & ſeduxit, vt non permaneatis in ea quam vos edocui veritate? b Quibus Chriſtus ieſus, quaſi ante oculos pręſcriptus eſt ac delinia tus, & tam aperte in vobis pręđicatus, ac ſi vobis ſpectantibus ipſe fuiſſet crucifixus. Tam clare enim cuncta vobis fidei myſteria nota feci, ac ſi oculis veſtris cuncta præſentes cōſpexiſſetis. c Nūc igitur, vel vnum hoc quod vos interrogo, reſpondete. Spiritum ſanctum, & eius dona quę nuper accepiſtis, an ex legis obſeruatione recepiſtis, an ex fide, quam nobis pręđicantibus audiſtis? Certum eſt, quod ex fide eorum quę a nobis audiſtis, ſpm̄ eſtis conſecuti. d Quę igitur eſt hęc demētia, vt nunc velitis in carnali legis obſeruantia proficere atq; perfici, qui a ſpiritu & fidei gratia cœpiſtis? e Dolēdum eſt, tantarum paſſionū, quas pro Chriſto ſuſtinuiſtis ab infidelibꝰ, fructu vos priuari, ab Euāgelij libertate, ad legis ſeruitutem tranſeuntes. f Niſi forte pœnitētiam agētes, rurſum conuertamini, ad libertatē Euāgelij. Sic enim ſperandum eſſet, nō ſine fructu vos paſſos fuiſſe. g Rurſus igitur interrogo vos. Qui tribuit vobis ſpiritum ſanctum Deus, qui & ope-

b Ante quorū oculos Chriſtus Ieſus ꝑſcriptus eſt, & in vobis crucifixus.

c Hoc ſolū a vobis volo diſcere. Ex operibus legis ſpiritū accepiſtis, an ex auditu fidei.

d Sic ſtulti eſtis, vt cū ſpiritu cœperitis, nunc carne cōſummamini?

e Tāta paſſi eſtis ſine cauſa.

f ſi tamē ſine cauſa.

g Qui ergo tribuit vobis ſpm̄, & operatur virtutes in vobis

ratur ſigna & virtutes inter vos, putatis eum hęc vobis præſtare, propter legis obſeruantiam, an ex hoc, quod auditis a nobis, fidem habetis? Conſtat ſane, quia per fidem, & non ex legis obſeruatione, quantū nec noueratis. a Quēadmodum & ſcriptura de abraham teſtatur, quod fides (qua Deo credidit, q̃ ſupra naturam erant promittenti) fuit ei a Deo reputata ad iuſtitiam, antequā vnquam lex illa ſcripta data fuiſſet. b Vnde cognoſcitur atq; colligitur, illos eſſe vere filios abrahę, qui illius fidē imitantur, ſimiliter Deo credentes, vt ille credidit. c Prænoſcens autem & prouide conſiderans ſpiritus ſanctus author ſcripturę, quod gentes aliquando iuſtificaturus eſſet Deus ex fide, prædixit abrahæ per promiſſionem, multo antequam lex daretur, quod in ipſo benedicendę eſſent omnes gētes, eadē nimirum ratione, & modo eodem, quibus ipſe benedictus fuit a domino, hoc eſt, ex fide non ex operibus legis. d Ita q; q fideles ſūt, ſic benedicētur, vt abraham benedictus eſt nempe per fidem, & non ex operibus legis. Nam quomodo benedictio ex legis eſſet operibus, q̃ potius maledictionis eſt occaſio? e qui enim ſub lege ſeruiunt, maledictioni ſunt obnoxij, quæ difficillime euaditur propter nimiam difficultatem legis, &

ex operibus legis, an ex auditu fidei.

a Sicut ſcriptum eſt, Credidit Abraham deo, & reputatū eſt illi ad iuſtitiam.

b Cognoſcite ergo q̄a q̄ ex fide ſunt, hi ſunt filij Abrahæ.

c Prouidens aūt ſcriptura quia ex fide iuſtificat gētes deus, p̄nūciauit Abrahæ, q̄a benedicētur in te omnes gentes.

d Igitur qui ex fide ſunt benedicētur cū fideli Abraham.

e Quicunq; enī ſub opibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt.

multiplicationem nimiam præceptorũ ſine auxilio gratię. a Scriptum eſt em̃ in lege Moyſi. Maledictus omnis, qui non obſeruauerit cu ncta quę in libro legis ſunt deſcripta. b Cum igitur ex lege nemo iuſtificetur vera iuſtitia, coram Deo cõſequitur, fidem eſſe quę iuſtum coram Deo iuſtificat: & ſpiritu viuere facit. c Lex auté verus, de fide, aut de credendo principaliter non pręcipit, ſed magis de operando, ita vt qui ea quę ĩ lege ſcripta ſunt fecerit, a morte ſeruetur corporali, qua tranſgreſſores puniuntur, d Chriſtus nos expediuit & liberauit, de maledictiónib⁹ legis, per hoc quod pro nobis ipſe factus eſt velut maledictum, ſic eſtimans ab omnibus hominib⁹. e Nam & lex ſcribit maledictum eſſe, omnem qui fuerit vt malefactor in cruce ſuſpẽſus, vt conſtet Chriſtum factum maledictum, omniũ ęſtimatione, quoniã cruci tanquam malefactor fuit affixus f Factus eſt (inquam) Chriſtus pro nobis maledictus, de maledicto legis nos redimẽs, vt benedictio Abrahę repromiſſa, & ſemini eius, compleretur non in iudæis ſolum, ſed etiam in omnibus gentibus: per ieſum Chriſtum, g vt nos pollicitationẽ illam ſpiritualem acciperemus, credendo in Crhiſtum, quam carnales iudęi, ſecundum literam ſibi ſolis factam pu-

a Scriptũ eſt eni Maledictus oĩs, q̃ nõ permanſerit in omnib⁹ q̃ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea.

b Quoniã aũt in lege nemo iuſtificatur apđ deũ, manifeſtũ eſt, q̃a iuſtus ex fide viuit.

c Lex aũt nõ eſt ex fide, ſed qui fecerit ea, viuet in illis.

d Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

e (quia ſcriptum eſt, Maledict⁹ oĩs qui pẽdet in ligno)

f vt in gẽtibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu.

g vt pollicitationem ſpũs accipiamus, per fidem.

tabant. a Fratres, ex humanis rebus argumentum ego ſumam, ad confirmãdum quæ dico. b Tametſi nõ niſi hominis ſit teſtamentum modo ſit confirmatum, nemo illud audet infringere, aut contrarium aliquid ſuperordinare. c Abrahæ autem Deus dedit pro teſtamento, promiſſiones iureiurando cõfirmatas, & in ſemine eius adimplẽdas. d Non dixit. Et in ſeminibus tuis benedicentur omnes gentes, quaſi per plures ex ſemine Abrahæ: vẽtura eſſet ſpiritus benedictio, ſed ſingulariter dixit. In ſemine tuo, quod ſemen intelligitur eſſe Chriſtus. e Hoc autem (teſtamentum inquam promiſſionis huius confirmatum a Deo per iuſiurandum) illa lex quæ poſterior data eſt filijs Iſrael, poſt quadringentos & triginta annos a promiſſione facta Abrahę, non potuit euacuare. Ita vt per hanc legem ſuperinductã, obliteraretur promiſſio antefacta, & iuramento confirmata. f Nam ſi hæreditas promiſſa ex legis obſeruatione, velut ex debito accipitur, ergo nõ liberaliter, ex promiſſione. g Nunc autem Abrahæ Deus hæreditatem per promiſſionem dedit, non per legem. Pugnant enim hæc adinuicem, ex lege, & ex promiſſione. Quoniam quod ex lege, ex debito eſt, quod autẽ ex promiſſione, ex liberalitate ſola ſpectatur.

a Fratres, ſecũdũ hominẽ dico.

b Tamẽ hominis confirmatũ teſtamẽtũ, nemo ſpernit, aut ſuperordinat.

c Abrahæ dictæ ſunt ꝓmiſſiones, & ſemini eius.

d Non dicit & ſeminibus, quaſi in multis ſed quaſi in vno. Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus.

e Hoc aũt (dico teſtamẽtũ confirmatum a deo) q̃ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, nõ irritũ facit, ad euacuandũ promiſſionẽ.

f Nam ſi ex lege hæreditas, iam non ex ꝓmiſſione.

g Abrahę autem per repromiſſionem donauit deus.

a Quid igitur lex? Propter tranſgreſſionem poſita eſt.

b donec veniret ſemen cui promiſerat. c ordinata per angelos in manu mediatoris.

Mediator autem vnius non eſt.

Deus aũt vnus eſt.

f Lex ergo aduerſ9 promiſſa Dei Abſit.

f Si enim data eſſet, lex, quæ poſſet viuificare, vere ex lege eſſet iuſtitia.

g Sed concluſit ſcriptura oĩa ſub peccato.

h vt ꝑmiſſio, ex fide

a Quorſum igitur opus erat lege, aut quid ipſa confert? Propter trangreſſiones grauiores per minas & terrores cõprimendas velut interpoſita eſt pro tẽpore intermedio duratura, b donec veniret ſemen, in quo promiſſio implenda erat, c ordinata quidem & diſpoſita, angelorum miniſterio, in monte Sina, in manu tamen, & poteſtate mediatoris, qui eſt Chriſtus, vt in manu ac poteſtate eius foret legẽ euacuare ſuo aduentu. d Hic autẽ mediator Chriſtus, non eſt vnius mediator, ſed inter duos populos, qui ante per legis parietem erant diuiſi, & per mediatoris aduentũ ſunt (pariete legis ſublato) in vnum cõpacti, quia deus vnus eſt, propter quod filius Dei duos populos in vnum coniũxit. Quorum enim Deus vnus eſt, non conuenit diuiſos eſſe. e Quid ergo? An dicimus nos, legem deſtruere promiſſiones Dei? Abſit, vt hoc dicamus. f Et quidem ſi talis eſſet lex data, quæ poſſet vere coram Deo iuſtificare, vere ex lege eſſet iuſtitia. atq; ita peream impleret Dei promiſſio. g ſed ita nõ eſt, imo concluſit Deus legis occaſione, oẽs ſub peccato, & maledictioni obnoxios oẽs coarguit, eo quod plurima lex præciperet grauia, ad quę implenda, nullam inſuper contulit gratiam adiuuantem. h Hoc autem Deus ideo diſpoſuit, vt deſperantes ſe ex lege non poſ-

ſe ſaluari, ad fidē recurrentes, quærerent ex ea promiſſionem accipere. Id eſt, iuſtificationem conſequi & ſalutem. a Prius autem quam fides in palam veniret, ſeruabamur ſub lege a grauioribus malis, velut pueri ſub diſciplina conſtricti, vt eſſemus præparati in aduentu fidei, ad eam ſuſcipiēdam. Non ſolum ergo lex non fuit contra ꝓmiſſa Dei, ſed etiam adiumentū contulit, quantum ex ſe erat, & quaſi præparauit ſuos, ad ea conſequenda, b Erat enim Iudæis velut pędagogus, cuſtodiens et comprimens eos, donec veniat ex fide, perfecta iuſtitia, atq; libertas c Sed nunc poſtquam fides ipſa reuelata eſt, non amplius ſumus ſub illo legis pędagogo. d Omnes enī eſtis nūc (accepto ſpirituſancto) filij Dei effecti per fidem, in libertate et amore, ī Chriſto Ieſu. e Quicunq; enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſto configurati & conformes facti eſtis, & Chriſtum ī vobis accepiſtis. f Non eſt diſtinctio inter Iudæum et Gentilem, ſeruum & liberum, maſculum & fœminam. g Quoniā omnes in Chriſto vnū ſunt, vnum inquam corpus, & vna Eccleſia, Chriſto cōniti, ꝑ ſpiritū ſanctū h Si aūt vos vnum eſtis cum Chriſto, & in Chriſto, ergo eſtis Abrahę ſemen. i & veri eſtis hęredes Abrahę, de qbus ꝓmiſſio

Ieſu Chri, daretur credentibus.

a Prius enī quā veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur, concluſi in eā fidē quæ reuelanda erat.

b Itaq; lex, pędagogus noſter, fuit in xp̄o vt ex fide iuſtificemur.

c At vbi venit fides iā nō ſumus ſub pædagogo.

d Omnes enim filij Dei eſtis, per fidē q̄ eſt in Chriſto Ieſu.

e Quicunq; enī ī xp̄o baptizati eſtis, Chr̄m induiſtis.

f Non eſt Iudæus neq; Grecus, nō eſt ſeruus neq; liber, non eſt maſculus neq; fœmīa

g Oēs enī vos, vnū eſtis in Chriſto Ieſu.

h Si autē vos Chr̄i. ergo ſemē Abrahæ eſtis.

i ſecundum promiſſionem hæredes.

nem accepit, quiq; eius promiſſionem hæreditabitis.

TEXTVS CAP. Quartum.

a Dico autẽ. Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, cũ ſit dñs oĩm.

b ſed ſub tutoribus & actoribus eſt, vſq; ad præfinitum tempus a patre

c Ita & nos, cũ eſſemus paruuli, ſub elemẽtis mũdi eram⁹ ſeruientes.

d At vbi venit plenitudo temporis. miſit Deus filiũ ſuũ, factũ ex muliere, factũ ſub lege,

ELVCIDATIO CAPITIS Quarti.

a AD præcedentium autem maiorem declarationem, propono vobis hæredis ſimilitudinẽ, qui dũ paruulus eſt per omnia viuit vt ſeruus, ſine libertate propriæ voluntatis, & ſub timore atq; cuſtodia, cum ſit tamen vere dñs omniũ rerũ ſuarũ. b ſed viuit ſubiect⁹ tutorib⁹, qb⁹ eſt curæ ei⁹ educatio, eiuſq; in moribus directio, & actoribus ſiue diſpenſatoribus, qui adminiſtrationem habent rerum illius, vſq; ad tempus a patre, in teſtamento vel alias, præſtitutum. c Ad eundem modum, & nos Iudæi, cum eſſemus paruuli tẽpore veteris legis, eramus ſpe temporalis præmij & pœnarum timore, ſeruorũ more ſeruientes, ſub legis traditionibus quę ſunt velut elementa, id eſt, rudimẽta minima, & nihil pfectionis per ſe habẽtia, elemẽta inq̃, mũdi hui⁹ id eſt, corporalia & ſæcularia, quoniam lex vetus tota verſabatur circa purificationes carnis, & ſacrificia corporalia, de ſpirituali purificatione nihil agens. d At vero, poſt quam impletũ eſt temp⁹ a patre ab ęterno prędordinatum, vt in eo liberaret

genus humanum, tunc miſit pater filiũ ſuum, quem cęterorum more voluit naſci ex fœmina, & ſub legis ſeruitute cõſtituere, natum ex Iudæorum populo, a vt eos qui ſub legis iugo premebanť, hac via ipſe de ſeruitute redimeret, & pro ſeruis legis, filios Dei ſecundũ adoptionem efficeret. b Et quia vos de⁹ efficere voluit filios ſuos, miſit ſpiritum filij ſui (id eſt, eundem quo ille non ad menſurã plenus fuit, & quem ſuis fideli b⁹ ipſe promiſit, & qui a filio procedit) in ſpiritum noſtrum, qui nos faceret clamare cum fiducia, Abba, quod eſt pater. c Iam igitur quiſquis credit, non vltra eſt ſeruus, ſed filius per adoptionẽ, ac perinde & hæres Dei patris, per Chriſtum, per quem adoptionem hanc conſequuti ſumus. d Sed olim quidẽ antequam reuelata eſſet fides, vos gentiles ſeruiebatis idolis, quæ non natura aut veritate, ſed ſolo nomine & opinione dij habentur, idq; propter ignorantiæ veſtrę cæcitatem. e Nunc vero cum cognoueritis Deum, nec poſſitis ignorantiæ velamen prętendere, imo cum ſitis ipſi cogniti, & ſingulariter reſpecti a domino, f quomodo rurſus conuertimini ad legales iſtas & corporales obſeruantias, nec valẽtes nec ſufficientes iuſtitiam aut ſalutem conferre, g quibus nunc velut de nouo vos

a vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionẽ filiorũ reciperemus.

b Quoniam aũt eſtis filij dei, miſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra, clamantẽ, Abba pater.

c Itaq; iã non eſt ſeruus, ſed filius. Quod ſi filius, & hæres per deum.

d Sed tũc quidẽ ignorantes Deũ, ijs qui natura non ſunt dij, ſeruiebatis.

e Nũc autẽ cum cognoueritis deũ, imo cognoſcitis a deo.

f quomodo conuertimini iterũ, ad infirma & egena elementa.

g quibus denuo ſeruire vultis.

a Dies obſeruatis, & mēſes, & tēpora, & annos.
b Timeo vos, ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis.
c Eſtote ſicut ego, q̄a & ego ſicut vos.
d Fr̄es obſecro vos nihil moleſtiſtis.
e Scitis autem, quia per īfirmitatē carnis euangelizaui vobis iā pridē.
f & tentationē veſtram in carne mea, nō ſpreuiſtis, neq; reſpuiſtis.
g Sed ſicut angelū dei excepiſtis me, ſicut Chriſtū Ieſum.
h Vbi eſt ergo beati-

ſubijcitis, quemadmodum olim idololatriæ, cum nunq̄ eas obſeruaueritis; a Iam dies obſeruatis, feſtos a reliquis diſcernētes, & mēſes, & annos, & tempora, ſecundū legis præſcriptiones obſeruatis. b Timeo de vobis, ne forte fructus laboris mei pereat, quē impēdi in vobis iuſtruēdis, niſi reſipicatis. Fruſtra enim laboraſſe me reputo, ſi vos ad ſalutem quod ſemper laboraui, non adduco. c Eſtote vos ſimiles mei, in Euāgelij libertate viuentes, quoniam & ego propter vos, factus ſum ſimilis veſtri, legem non obſeruans, vt ipſo exemplo meo, docerē omnes libertatē Euangelij. d Fratres mei dilectiſſimi, nō ego hæc velut exacerbatus paſſionibus loquor, ſed ex compaſſione nimia, propter charitatem, obſecrans dico. Nihil enim me læſiſtis, vt erga vos debeā ex mea parte, eſſe exacerbatus, ſed vobiſipſis nocuiſtis plurimum. e Ipſi autem ſcitis, quod nuper prædicauerim vobis Euāgelium, in multa humilitate & perſecutione corporali. f Nec tamē ob tētationē hanc veſtrā, qua de mea abiectione corporali tētari merito potuiſſetis, meā prędicationē ſpreuiſtis aut abiciſtis, g ſed ſicut angelum Dei, imo ſicut Chriſtū ipſum, cum maximo honore, & attētione ſūma, me excepiſtis. h Vbi vero nūc iſta præclara iitia, ex qui-

b⁹ ſcd̄m ſpē beatos vos reputabam⁹? a Illd eni teſtificor de vobis, qđ ob ſum mū nr̄i amorē, etiā ſi oculos vr̄os potuiſ ſetis eruere dediſſetis vtiq; mihi. i. nulli rei vel chariſſimę nr̄i gratia pcere voluiſ ſetis. b Nequaq̄ igit̄ me inimicū vobis factū puto, ex eo qđ veritatē obiurgās apte propono. Forſitā, & hi q circūciſio nē prędicant zelo erga vos afficiunt. c Quod ſi vos æmulant̄, cōſtat quia non recte æmulātur, quia non ſecundū ſciē tiam, & contra Euangelij veſtramq; li bertatem. d Sed excludere vos volunt a veritate Euangelij, vt vos diſcipulos habeant in ſeruitute legis ſuarū obſer uantiarū ſectatores. e Vos aūt, quod vere bonum eſt ſectemini, & tenere ſtu deatis ſemper, nō ad tempus tātum, q̄ diu præſens ſum apud vos, vt a bono nunq̄ recedatis, & in eo ſemper perma neatis. f Semel vos ego per euangeliū in Chriſto genui, filioli mei quos tener rime diligo, & nunc iterum in viſcerib⁹ geſto, velut denuo parturiens, in Chri ſto vos iterum gignere cupiens, g do nec efficiā, vt rurſus Chriſtus habitet in vobis, cuius formā per didiſtis, qn̄ a veritatate Euangelij, ad legis obſeruā tias, declinaſtis. h Optarē ſane, ad tps aliquātū pręſens eſſe apud vos vt poſ ſim cōmutatata voce, ſecundū affectio nē cordis mei (q̄ verbis efficatius q̄ li

tudo veſtra?
a Teſtimonium eni perhibeo vobis, quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi.
b Ergo inimicus vobis factus ſum, verū dicēs vobis?
c Aemulant̄ vos, nō bene.
d ſed excludere vos volunt, vt illos ęmu lemini.
e Bonum aūt æmula mini, in bono, ſemp. & non tantū cum pſens ſum apud vos?
f Filioli mei, quos iterū parturio.
g donec format̄ chriſtus in vobis.
h Vellem aut̄ eſſe apud vos modo, & mutare vocē meā.

teris exprimitur) nunc increpare, nunc exhortari, nunc inſtruere. Neſcio enim affectum meum, quo vos amo, veſtrã-q; ſalutem deſidero, anguſtijs literarum harum concludere. a Idq; optarem, ſi fieri poſſet, quoniam confundor in vobis, dum quales non ſperabam, vos inuenio, & qualia a vobis expectabam⁹, minime pręſtatis. b Qui igitur vultis eſſe ſub lege, reſpondete mihi. Legem non legiſtis? c Si enim legiſtis, notum vobis eſſe credo, de duobus Abrahæ filijs, quorum alterum de Ancilla Agar, alterum de libera vxore Sara, ſuſcepit. d Sed ancillę filius, ſcd̃m carnẽ.i. ſcd̃m naturalẽ ſeminis virtutẽ naturalẽq; propagationẽ, ſine vllo miraculo aut ꝓmiſſione, natus eſt, e Filius autem libere: non ſecundum communẽ naturalis ꝓpagationis curſum, neq; ſolitam feminis efficatiã, ſed ſpeciali miraculo, per repromiſſionem eſt natus. f Sunt autem hęc allegorice intelligẽda, & ad noуę Eccleſiæ myſteria, conformanda, g Significãtur enim in his teſtamenta duo, & duæ eccleſię, nempe vetus teſtamentum, ac vetus iudæorum ſynagoga, & nouum teſtamentum cum noua eccleſia. h Vnum quidem teſtamentum in mõte Sina datum eſt, quod ſeruire facit Iudęos & ſynagogam habet ſeruituti ſubiectam: Atq; hanc veterem

a quoniam cõfundor in vobis.

b dicite mihi, qui ſub lege vultis eſſe.

c Scriptũ eſt enĩ, quoniã Abraham duos filios habuit, vnũ de ancilla & vnũ de libera.

d Sed qui de ancilla, ſcd̃m carnẽ natus eſt.

e qui aũt de libera.

per repromiſſionem.

f Quę ſunt per allegoriam dicta.

g Hæc enĩ ſunt duo teſtamenta.

h Vnũ quidẽ in monte Sina, in ſeruitutem generãs.

legem, & ſynagogam quę in lege gene rat ſeruos: Agar ſignificat. a Nam Si na eſt mons in Arabia, qui cognat⁹ eſt, & ſimilitudine quadam coniunctus illi ciuitati, quę nunc eſt Hieruſalem, quę ſeruit ſub lege veteri & omnes inhabi tatores eius. Nam hęc eſt coniunctio in ter montem Sina, & Hieruſalē (in qua ſeruit ſynagoga) quod ſicut lex ſeruitu tis in monte Sina data eſt primum, ita eius obſeruatio & ſeruitus, in ipſa Hie ruſalē viget. b Illa autem altera Hie ruſalem, noua Eccleſia chriſti, quæ per fidem eſt ſurſum, & ſupra legis ſeruitu tem libertate ſupereminens, eſt mater noſtra, per legem nouam (in qua funda ta eſt) nos in libertate generans, & hæc, p Sarā liberam ſignificatur. c Nam de huius Eccleſiæ nouę glorioſa libertate, ſcripſit multo ante Eſaias, eccleſiam in ſpiritu nouam alloquens hiſce ſermoni bus. Letare, inquit, o Eccleſia gentium quæ olim ſterilis vocata, non pariebas filios Deo. Erumpe in gaudium, & cla ma in gratiarū actione, quæ olim deo populum non acquirebas. d Quoniā tu quæ deſerta reputabaris, multo plu res filios Deo gignes, quā illa vetus ſy nagoga, quæ legē habebat, cui erat de ſponſata. e Nos autem fratres, omnes filij Abrahæ ſumus, de quibus ipſe pro miſſionem accepit, & nos eius promiſ

quæ eſt Agar. a Sina enim mons eſt in Arabia, qui cōiunctus eſt ei, quæ nūc eſt Hieruſalem, & ſeruit cū filijs ſuis.

b Illa aūt quæ ſurſum eſt Hieruſalem. libera eſt, quæ eſt mater noſtra.

c Scriptum eſt enim. Lętare ſterilis, quę nō paris. Erumpe & clama, q̄ non parturis.

d quia multi filij deſertæ magis q̄ eius q̄ habet virum.

e Nos aūt fratres, ſecūdū Iſaac, promiſſionis filij ſumus.

a ſed quomodo tūc is qui ſecundū carnē nat⁹ fuerat perſeque batur eū qui ſecūdū ſpiritū, ita & nunc.

b Sed quid dicit ſcri ptura. Eijce ancillam,&fi li um eius.

c Nō enī hæres erit filius ancillæ,cū filio liberç

d Itaq; fratres, non ſum⁹ ancillæ filij ſed liberæ, qua libertate chriſtus nos liberauit

ſionem ſimiliter accepimus, filij Abrahæ exiſtentes ad ſimilitudinem Iſaac, non ſecundū carnem, ſed ſecūdum ſpiritum & promiſſionem. a Neq; mirum vobis videatur, ſi nunc noſtram libertatē perſequanť Iudęi, quia etiam tunc Iſmahel carnaliter de ancilla genitus, perſequebatur & affligebat moleſtijs Iſaac, miraculoſe ex promiſſione genitum. b Conſolať aūt nos, quod ſcriptura in his pueris prçſignauit quando voce Saræ, & domini confirmantis, iuſſus eſt eijci filius ancillç, cū matre ſua. id eſt Iudæ⁹ cum ſynagoga matre ſua c vt hæreditatē non habeat filius ancillç cū filio libere, hoc eſt carnalis Iudęus, cum fideli. d Itaq; fratres, nos Abrahæ quidē filij ſumus non tamē de ancilla, ſed de libera liberi nati ea, inquā, libertate, qua nos Chriſtus per mortē ſuam liberauit.

TEXTVS CAP. Quintum.

a State & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.

b Ecce ego Paulus dico vobis. quoniam ſi circūdamini Chriſtus vobis nihil proderit.

c Teſtificor aūtomi

ELVCIDATIO CAPITIS. Quinti.

Qa Vemadmodū igitur CHRISTVS vos redemit a ſeruitute, ita ſtate, neque rurſum ſinatis vos ſeruitutis iugo onerari. b Ecce ego Paulus. Chriſti miniſter & veſter Apoſtolus, denuncio vobis, quod ſi fiduciā habētes in legis carnali obſeruantia, circuncūciſionē ſuſcipiatis, Chriſtianç fidei meritū nō habetis. c Cōte

ſtor iterũ omnẽ hominẽ qui ſe circũcidi curat, tanq̃ rẽ ſaluti neceſſariã, q̃d debitorẽ ſe conſtituit, vniuerſæ legis implendæ. Qua enim conſcientia ſe aſtrictũ putat circuncisioni, quæ eſt cæterorũ legaliũ ianua, eadẽ cogitur & ad reliqua legis obſeruanda. a Fructum perdidiſtis quẽ in Chriſto habebatis, quicunq; in legalibus iuſtificari quęritis, & a gratia Dei excidiſtis. b Nos enim fideles Chriſti expectamus, & ſperamus iuſtitiã cõſequi ex fide, p ſpm̃, nõ ex carnalibus iſtis legis obſeruãtijs. c Nã per chriſtũ Ieſum factũ eſt, vt nec Iudaiſm⁹ nec gẽtilitas quicq̃ valeat ad verã iuſtitiã atq; ſalutẽ, ſed fides ſola, p dilectionẽ viuificata, atq; operãs p eã. Ipſa eſt quæ valet ad iuſtitiã verã, & ſalutem. d Nuper cum a vobis abſcederem, bona fide recte ambulabatis. Quis nũc ſeductor aut inuidus, curſum veſtrum bonum impediuit, vt nunc veritati ſitis facti inobedientes? e Rogo vos, nemini fidẽ habeatis, qui vos docet aliter q̃ edocti eſtis. f Perſuaſio iſta, a quocunq; tandẽ ſuggerat̃, nõ eſt a deo, q vos vocauit. Quõ enim a Deo foret, cum De⁹ vos ad libertatẽ vocauerit, iſti autẽ ad ſeruitutẽ vos cogant. g Modicum fermẽti vniuerſam maſſam fermẽtat, Atq; ita vel paululũ falſæ doctrinæ ſuſceptę fidem totam corrumpit acidãq; facit, vt

homini circũcidẽti ſe, qm̃ debitor eſt vniuerſæ legis faciendæ.

a Euacuati eſtis a chriſto, qui in lege iuſtificamini, a gratia excidiſtis. b Nos eni, ſpiritu ex fide, ſpẽ iuſtitiæ expectamus.

c Nam in Chriſto Ieſu neq; circuncisio aliquid valet, neq; præputium, ſed fides quæ per charitatẽ operat̃.

d Currebatis bene.

Quis vos impediuit veritati nõ obedire? e Nemini conſenſeritis.

f Perſuaſio hęc, non eſt ex eo q vocat vos.

g Modicum fermẽtũ totã maſſã corrũpit.

Deo nõ placeat, & paucorum inter vos peruerſitas, omnes vos, omnẽq; veſtrã Eccleſiam, quęrit fermentare, prauiſq; dogmatibus corrumpere, a Ego autem confido in domino, quod vos qui (dem, q̃tum ad maiorẽ partem veſtrũ) ad mentem redeuntes, nihil aliud in finem quam veritas habet ſapietis, nec aliud quã edocti eſtis, tenebitis. b Cęterũ, pauci illi corruptę doctrinę homines, qui huius conturbationis, falſa prędicatione ſua, ſunt authores, quicunq; tandem illi fuerint, non euadent impuniti, ſed iudicium dãnationis æternę accipiẽt, niſi agant pœnitentiam. c Ego autem, fratres mei, ſi circuncíſionem atq; cætera legis, adhuc vellem prędicare non mihi opus eſſet tantas perſecutiones ſuſtinere, quarũ plurimas a Iudæis perfero & pertuli. d Et ſi illam tãtum prædicare velim ceſſabit apud Iudæos omne ſcandalum, & omnis offenſio qua nunc offenduntur cruci Chriſti, eo quod prædicamus, per ipſam, circunciſionem cæteraſque legis obſeruantias, ſublatas eſſe. e Vtinam abſcindantur a veſtra eccleſia qui vos ſubuertunt, a libertate ad ſeruitutem traducentes. f Vos enim fratres, in libertatem eſtis a Deo vocati, neq; vllis vobis obſeruantijs carnalibus legis eſt opus. g Tantũ videte, ne hac libertate abutẽtes, ſub

a Ego confido in vobis in domino. q nihil aliud ſapietis.

b Qui aũt conturbat vos portabit iudiciũ, quicũq; eſt ille.

c Ego aũt fratres, ſi circũciſionẽ adhuc p̃dico quid adhuc perſecutionem patior?

d Ergo euacuatũ eſt ſcandalum crucis.

e Vtinam abſcindant qui vos conturbant.

f Vos enim in libertatẽ vocati eſtis fratres, g tm̃, ne libertatẽ in occaſionẽ detis carnis

eius prætextu, ſerui efficiamini veſtro-
rum carnalium deſideriorum. a ſed p
charitatē ſpiritus, ſubditi eſtote & ſerui
te inuicē, faciētes alijs quę velitis vobis
fieri, in operibus fraternæ dilectionis,
voſipſos diligenter exercentes. b Sum
ma eni meorū quæ lex erga proximum
præcepit, in vni⁹ verbi illius obſeruātia
implet. diliges ꝓximū tuū ſicut teipſū
c Q đ ſi detractionibus inuicē morde
tis, & apertis inuidētię rixis inuicē velut
comeditis, periculū eſt, ne mutuis hiſce
odijs cōſumpti, etiā pereatis. d Scđm
Chriſti aūt p̄cepta & doctrinam loquēs
moneo vos, vt legalibus obſeruantijs di
miſſis, ſecūdum ſpiritus ſancti inſtinctū
atq; ducatum, vitam inſtituatis. Ita fiet,
vt carnalia deſideria non compleatis,
quę ſpiritui aduerſantur. e Carnalis
enim appetitus, voluntati ſpiritus (quæ
naturaliter ad bonū deprecatur, & mul
tomagis per gratiam Dei adiuta) cōtra
riatur in appetendo f & ſpiritus ſimili
ter deſideria carnis concupiſcētijs ſunt
contraria. Caro enim praua, quæq; ex
ſua puerſitate ab infantia appetit. Spi
ritus vero humanus, potiſſimum ſpiritu
diuino adiutus, ac optima magis ſollici
tat. g Hæc enim duo ſibijinuicē in ap
petendo, contraria aduerſantur, atq;
inuicem obſiſtunt. Vnde fit, vt non quę
cunq; volumus ſecundum ſpiritus deſi

a ſed per charitatē ſpi ritus, ſeruite inuicem.

b Omnis enim lex in vno ſermōe impletur Diliges ꝓximum tuū ſicut teipſum.

c Quod ſi inuicē mor detis & comeditis, vi dete ne ab inuicē con ſummamini.

d Dico aūt in chriſto. ſpiritu ambulate. & deſideria carnis nō perficietis.

e Caro enī concupi ſcit aduerſus ſpiritum

f ſpirit⁹ aūt, aduerſ⁹ carnem.

g Hęc enim ſibīj inui cem aduerſantur. vt non quæcunq; vul tis, illa faciatis.

deriū,ſtatim opere impleamus, quoniā aduerſatur ſpiritus deſiderio, carnalis concupiſcētia,quę bonū voluntatis deſideriū non raro impedit. a Quod ſi ſpiritusſancti ducatū ſequimini, carnalibus cōcupiſcētijs rite ſubactis, iam ſub legis nullius ſeruitute vltra continemini quoniam ſupra legem facti, etiam quæ legis ſunt, non propter timorem pœnæ ſed propria voluntate libere per agitis, neq; lex iuſtis eſt poſita. b Quoniam aūt ab operibus carnis dixi cauendum, ecce in manifeſto ſunt, videlicet fornicatio quælibet in genere, immundicia, quantum ad cōcubitus ſingularē fœditatem habētes, impudicitia q̄tum ad tactus impudicos & molles aut ſimilia, & in generali quęlibet luxurię turpitudo, c idolorum ſeruitus, veneficiorum vſus, inimicitiæ in cordæ, contētiones in ore, ęmulationes pro eiſdem aſſequendis honoribus, iræ interius, exterius rixę, diſſentiones in occulto, ſectę ac diuiſiones in publico, inuidiæ de aliorum bonis, homicidia, ebriętates, commeſſationes, in quibus obſcœnis cātilenis vacatur, hiſq; ſimilia, d de quibus & pręmixi olim pręſens, & dico nūc, antequā in iudicium & condemnationem incidatis, quod qui talia agunt, ſpem non habent conſequendi regni cœleſtis, donec in his aut horum vllo permaneant,

a Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.

b Manifeſta ſunt aūt opera carnis, q̄ ſunt, fornicatio, immundicia,

impudicicia,

luxuria,

c idolorū ſeruit⁹, veneficia: iimicitiæ, cōtentiones, æmulationes, iræ: rixæ, diſſentiones, ſectę.

inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia.

d quæ prædico vobis, ſicut p̄dixi, quoniā qui talia agūt, regnū Dei non conſequentur.

& pœnitẽtiam non egerint, a Fructus aũt qui in ſpirituſancto oriuntur, ſunt charitas omnium radix, gaudium inter num ex Dei pręſentia conſurgens, pax cordis ex conſcientię ſerenitate ac liber tate procedens, patientia ad tolleranda aduerſa quęlibet occurrentia, b longa nimitas in ſuſtinendo promiſſa Dei, bo nitas ſiue dulcedo cordis, benignitas in ſupportãdis ſine amaritudine aliorum defectibus manſuetudo quæ eſt lenitas in verbis & conuerſatione erga proxi- mos, c fides, fiduciaq; excellens, quæ montes tranſferat, modeſtia in omnib⁹ modum ponens, licitis & conceſſis, con tinentia a carnalibus deſiderijs, & caſti tas ne coitus fiat abuſus. d Contra hu iuſmodi, nõ data eſt lex, quoniam hęc lege nõ prohibenť. Imo ad hęc, tẽdit o- mnis lex. Neq; vlla eſt lex, quę contra iſtarum rerum obſeruatores, quicquam loquitur. e Qui autem Chriſti ſunt membra, & viri Chriſtiani eſſe volunt, his omnibus omne ſtudium eſt, vt per ſpiritum carnem crucifigentes mortifi- cent. vt peccato non viuant, ſimul & vi- cia omnia atq; deſideria mala, ad quæ ſemper eſt prona caro, quantum in ip- ſis eſt, exterminent.

a Fructus autem ſpi rit⁹ eſt, charitas: gau dium pax, patientia.

b longanimitas, bonitas.

manſuetudo, c fides, modeſtia, continentia, caſtitas. d Aduerſus huiuſ modi, non eſt lex.

e Qui aũt ſunt Chri ſti, carnẽ ſuã crucifi- xerũt, cũ vicijs & cõ cupiſcẽtijs.

¶ ELVCIDATIO CAPITIS Sexti.

TEXTVS CAP. ſextum.

a Si ſpiritu viuimus ſpū ambulemus.

b Nō efficiamur inanis glorię cupidi᷑, inuicē prouocantes, inuicem inuidentes.

c Fratres, et ſi pręoccupatus fuerit homo ĩ aliquo delicto.

d vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite.

in ſpū lenitatis.

e conſyderans teipſū, ne & tu tēteris.

f Alter alterius onera portate.

& ſic adimplebitis legem Chriſti.

g Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cū nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.

h Opus autem ſuū ꝓbet vnuſquiſq;, et ſic in ſemetipſo tantū gloriā habebit & non in altero.

Ia Taq;, ſi in nobis eſt ſpiritus ſanct⁹ & ſi ſpiritu ipſo viuimus, operemur & opera ſpiritus. b Non ſimus vanæ gloriæ dediti, neq; inuicem ad iram aut rixas prouocantes, neq; inuidiā geramus in pectore. c Fratres mei, de infirmorum ſalute ſollicitus moneo vos, ſi per fragilitatem aut ignorantiam cōtingat quempiam incidere in aliquod peccatum, quod ſanari poſſit. d cæteri ſpiritualiores & robuſtiores curam habeant, vt collapſum bonis monitionibus erigāt, in ſpiritu dulcedinis & manſuetudinis. e ita vt conſyderet vnuſquiſq; ſemetipſum, quoniam & ipſe labi poteſt in deteriora. f Mutuas infirmitates tolerate, & vos inuicen in via Dei adiuuate, & ſic per omnia adimplebitis legem Chriſti, quæ in charitate ſola perficitur. g Nam ſi quis ſibi perſuadet ſe magnum aliquid eſſe, ob hoc cæteros infirmos deſpiciens, cum vere nihil ſit ante Deum qui ſibi placet, ſeipſum hic in errorem mittit, quia ſibi blāditur, & perſuadet quod non eſt, h Opus autem ſuum examinet vnuſquiſq;, & ſic habebit gloriam tantum in ſeipſo & iis quæ in ſe competit, non autem alterius comparatione, qui forſitan videtur imperfectior, quēadmodum ſolent homines iactabundi ſeipſos magnificare, conſyderatione aliorum: qui

inferiores vidētur in virtutib9. a Vnuſquiſq; enim ſuum accipiet iudicium, & pro ſuis operibus mercedē. b Communicet autē is qui inſtruitur verbo prædicationis, inſtructori ſuo, de omnibus bonis ſuis, quæ ſunt ad ſuſtentationē doctoris neceſſaria. c Nemo vero ſeipſum vanis perſuaſionibus erronee illudat. Deum nemo poteſt fallere, qui ſecundum veritatem nouit & iudicat omnia. d Quæcunq; enim vnuſquiq; nūc fuerit operatus in hoc tempore, de his in futuro accipiet remunerationem. e Quoniā qui in carne ſeminant, ea quæ carnis ſunt perficiētes, & ſecūdum carnem ambulantes, ex carne nihil niſi perditionem reportabunt, f qui aūt in ſpiritu ſeminat, quæ ſpiritus ſunt operādo ſtudioſe, pro remuneratione accpiet vitam, & eā ſempiternam. Neminē vero tædeat laboris aut expectationis, vt tędio quis fractus, a bene cæptis, torpore reſolutus reſiſtat. g Non enim fatigari, torpore, aut ceſſare nos conuenit ab operibus bonis, quoniam cum aduenerit tempus remunerationis, ſine fine accipiemus bonarum operationū retributionem. h Et quoniam iuxta ſeminationē erit meſſis, rogo vos frattes mei vt dum tempus iſtud habemus, in quo bene operari licet, operemur bonum, & bene cōuerſemur erga oīes hoīes, vbi

a Vnuſquiſq; ei onus ſuum portabit.

b Cōmunicet autē is q cathecizatur verbo & qui ſe cathecizat, in omnibus bonis.

c Nolite errare. Deus non irridetur.

d Quæ enim ſemina uerit homo, hęc & metet.

e Quoniam qui ſeminat ī carne ſua, de carne & metet corruptionem.

f qui autē ſeminat, ī ſpiritu, de ſpiritu metet vitā ęternam.

g Bonū aūt facientes nō deficiam9, tpe enī ſuo metemus nō deficiētes.

h Ergo dū tēpus habemus, operemur bonum ad omnes.

a maxime aũt ad domeſticos fidei.

b Videte, qualibus literis ſcripſi vobis, mea manu.

c Quicũq; enivolũt placere i carne: hi cogunt vos circũcidi, tantũ vt crucis Chriſti perſequutionẽ nõ patiantur.

d Neq; eni qui circũcidũtur, legem cuſtodiũt.

e ſed volũt vos circuncidi, vt in carne veſtra glorientur.

f Mihi aũt abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu chriſti.

g per quẽ mihi mũdus crucifixus eſt, & ego mũdo.

cunq; detur occaſio, quoniã De⁹ eſt omnium hominũ Dominus. a Peculiariter tamẽ erga fideles, qui ſunt per fidẽ domeſtici noſtri, & Dei, nẽpe ad eandẽ Eccleſiam nobiſcum pertinentes, exiſtẽtes de domo & familia Dei. b Videte, queadmodũ in literis his, propriæ manus teſtimoniũ inſcripſerim, partim vt charitatis noſtræ efficatius habeatis teſtimoniũ, partim vt a pſeudapoſtolis ſeductoribus, noſtras literas diſcernatis c Quicũq; enim volũt hominibus placere, & in carne gloriari, hi ſunt qui vos faciũt circũcidi, ob hoc tm̃ vt pſecutionẽ non patiantur crucis Chriſti, quã pati timerent, ſi circuncisionẽ euacuarẽt, ſicut & ego patior, quia crucis Chriſti gloriam & libertatẽ prædico. d Nam neq; ipſi circunciſi, qui vobis circunciſionẽ p̃dicant, legẽ obſeruãt. Vñ patet eos ſatis ſcire, quod nõ ſit neceſſaria legis obſeruatio. e Volũt tamẽ vos in circũciſionẽ inducere. vt gloriẽtur in catnali vr̃a circunciſione, tanq̃ magiſtri veſtri. f A me aũt p̃cul ſit oĩs huiuſmodi gloriatio. Nolo eni in aliquo gloriari, niſi ĩ virtute crucis & mortis Chriſti, in qua ſola, ſalus perfecta eſt humano generi g per quẽ Chriſtũ crucifixũ, mũdus totus mihi mortu⁹ eſt, & ego mũdo ſum mortuus, eo quod nihil profus eorum q̃ habet mũdus, aut me poſſit oblectare,

aut ego queã cõcupiſcere, propter cru‐cifixi amorẽ, in nullo alio pręterq̃ in ipſo, poſſum oblectari. a Vt enim Chriſto Ieſu placeas, illiq; accept⁹ fias, & ſalutis ei⁹ particeps efficiaris, nihil confert circũciſum eſſe carne aut incircũciſum b ſed ſpiritualis per fidem regeneratio in nouã creaturã, vetuſtate omni in baptiſmo depoſita, hęc ſola ad ſalutẽ chriſti conducit. c Et quicunq; hũc canonẽ propoſitũ fuerint ſequuti, nẽpe gloriari in ſola Chriſti morte, & in regeneratione nouæ creaturæ, præcor magnũ Deũ omnipotentẽ, vt requieſcat & maneat ſuper illos pax, & miſericordia, & ſuper omnem populũ fidelẽ, qui credit in deũ. d De cętero, nemo mihi ſit moleſtus, vt mihi ſuadeat circunciſionis aut legis p̃dicationẽ. e Ego enim ſtigmata Chriſti, quaſi miles eius glorioſus & cicatrices, in meo corpore porto, tanq̃ ſigna paſſionum & vulnerũ, quæ ob Chriſti amorẽ & prędicationẽ ſuſcepi, in quibus glorior, dum recordor perſequutionũ, quas pro crucis gloria, & Euãgelica libertate ſuſtinui. f Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſit cum ſpiritu veſtro fratres. Amen.

a In Chriſto enĩ Ieſu neq; circũciſio aliquid valet neq; preputium. b ſed noua creatura.

c Et quicunq; hanc regulã ſecuti fuerint. pax ſuper illos, & miſeri cordia, & ſup Iſrael dei. d de cętero, nemo mihi moleſtus ſit.

f Ego enim ſtigmata Domini Ieſu, in meo corpore porto.

f Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti, cũ ſpiritu v̄ro fratres. Amen.

¶ Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Galatas Beati Pauli Apoſtoli.

Finit textus Epiſtolę ad Galatas B.A.P.

❡ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolā ad Epheſios Beati Pauli Apoſtoli.

QVemadmodum ex Apoſtolorum actis diſcimus, multum apud Epheſios fructum in fide & negocio Chriſti, Paulus conquiſierat. Mãſit namq; apud eos biẽnium totum quotidie diſputans in ſchola tyranni cuiuſdam, vbi & virtutes non modicas faciebat Deus per manus Pauli, ita vt etiam ſuper languidos delatis a corpore eius ſudarijs, ipſi ſanarentur, quando & coram omnibus allati ſunt combuſtiq; libri eorũ qui curioſa fuerant ſectati, quotum precium erat denariorum, quinquaginta milium. Et omnino fortiter apud hos creſcebat verbum Dei, & confirmabatur. Ad hos ergo de carcere ſcribit hanc Epiſtolam, altiſſimis myſterijs & ſacramentis abditiſſimis refertam. Iuxta id quod Corinthijs ſcripſerat. Sapientiam loquimur inter perfectos, & ſapientiam Dei in myſteria, quę abſcondita eſt quam nemo principum huius ſæculi cognouit. Vnde præ omnibus Pauli epiſtolis, ſublimibus intelligentijs & cœleſti ſapientia iſta eſt plenior, potiſſimum quantum ad priora duo capitula. In quibus magnificentiam diuinorum beneficiorum, quę nobis ab æterno quidem deus donare diſpoſuit, ſed in hoc tẽpore gratiæ, ſecundum prouidam ſuam diſpenſationẽ, nunc primum opere exhibuit, mirifice collaudat, pro eis & ipſe gratias agẽs, & cæteros quibus ſcribit ſimiliter ad gratiarũ actionem inuitans, Specialius autem ſecundo capitulo, in memoriam eis reducit, quemadmodum a morte & ira Dei, per Chriſtum ſint liberati, & ad vitam reſtaurati, Dei ſolius munere, non exvllis ipſorum prę cedentibus meritis, eo quod per ſolam gratiam & charita-

tem ſuam, Chriſtus Dei filius mortem pro nobis ſuſtinere voluit, per quam totius humani generis redemptio perfecta creditur, per quam etiam inimicitiæ omnes & ſimultates, quæ inter Iudęos erant atq; gentiles, ſublatæ ſunt, ambobus populis in vnam Eccleſiam (interfectis inimicitijs parieteq; ſublato) compoſitis, adinuicemq; pacificatis, & ſimul Deo in vno corpore reconciliatis. Ita vt per ipſum mediatorem, vtriq; æqualem habeant ad Deum acceſſum ſintq; a modo & ciues ſanctorum & domeſtici Dei, tam Iudæi quam gentiles, in vno ſummamgulari lapide Chriſto coędificati, in habitaculũ Dei. Quorum altiſſimorum myſteriorum, capite terrio, ſe miniſtrum dicens Apoſtolus & prędicatorem, eoſdem hortatur, vt a ſemel ſuſcepta fide, propter captiuitatis ſuæ vinccula, non deficiant. Prȩcatur etiam Deum, a quo omnis paternitas, vt illis det in finem cordis ſemper habere oculos illuminatos, vt in his quæ ſemel crediderunt, permaneant ſtabiles. Circa medium aũt epiſtolæ, tertij capitis initio, ad moralia deſcẽdens, vt iuxta vocationẽ ſuã digne viuant: obſecrãdo commonefacit, potiſſimum autẽ, vt vnitati & paci ſollicite ſtudeant. Nec ob gratiarum diuerſitatẽ, quas pro ſuo arbitrio De⁹ diſtribuit, vlla ſit diſſenſio, Huius autem occaſione, multiformia Dei dona in vtilitatẽ Eccleſiæ collata, enumerat, quibus Eccleſiæ corpus ædificatur, creſcit, conſummatur atq; perficitur in Chriſto capite, per mutuũ mẽbrorum miniſterium. Ac deinde. cum obteſtatione monet ad Chriſtum conuerſos, non conformari iis, qui in fidelitate ſua omni immunditiæ deſperati hominis, ſe tradiderunt, ſed vt ſpiritu renouentur, nouumq; induant hominem, veteri depoſito, ad mendacij, iræ immoderatæ, furti ſermonis mali, amaritudinis: indignationis, & aliorum eiuſmodi viciorum deteſtationẽ ſpecialius deſcendẽdo. Similia fere quæ ad mores perti-

nent, Chriſti propoſito exemplo, vſq;ad quinti capitis medium proſequitur. In quibus hoc eſt precipuum eorũ quæ admonet vt tanq̃ lucis filij cõuerſatioem ſuam inſtituant, quo per eorum bonam conuerſationem tenebroſa infidelium opera redarguantur. A quinti aũt capitis medio, vſq; ad medium ſexti præſcribit, primum vxoribus, quo modo viris vt Chriſto debeant eſſe ſubiectę, eo q' caput mulieris ſit vir, ſimul & viris, vt ſuas vxores tanquam corpora ſua diligant, quo modo & Chriſt' Eccleſiam opere & veritate dilexit, ſacramentum quod in coniunctione eſt viri cum muliere (ad ſignificandum eam quæ eſt inter Chriſtum & eccleſiam coniunctionem) aperiens. Initio vero capituli ſexti filijs edicit, vt parentibus ex Dei mandato ſubiaceant, patreſq; viciſſim monet, ne ad amaritudinem animi ſuos filios vane prouocent, ſed educationẽ, diſciplinam, & correptionem, eis pro ſuo officio præſtent. Seruos, dominis ſuis vt Chriſto ſeruire docet, qui illis reddet bonam & plenam, pro ſua ſeruitute bona, mercedem. Dominos ex aduerſo monet, quod æquum eſt præſtare ſeruis, ſcientes, q' ſuperiorem habeant dominum, qui ſine perſonę acceptione, pro ſeruis faciet iudicium, ſi non vt æquum eſt illos tractauerint. Poſt quę, ad finem tendens epiſtolæ, eos iubet Dei armaturam induere, qua contra malignorum ſpirituũ impugnationes queant reſiſtere. Atq; ita adiunctis familiaribus quibuſdam, terminant Epiſtolam.

¶Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Epheſios Beati Pauli apoſtoli.

¶ELVCIDATIO CAPITIS Primi.

a PAVLVS ſecundum voluntatē Dei patris, apoſtolus Ieſu CHRISTI filij eius, ſcribit, ſalutemque dicit omnibus fidelibus qui ſunt epheſi, atque etiam omnibus qui credunt in Chriſtum, vbicunq; locorū conſiſtant, aut cuiuſcūq; conditionis ſtatuſue exiſtant. b Gratia ſit vobis ſpirituſſancti, & vera pax cordis a Deo qui eſt pater noſter, & a Domino Ieſu Chriſto. c Laudandus atq; magnificandus cum gratiarum actione eſt Dominus Deus, qui beneficentiam ſuam erga nos oſtendit, in donatione ſpiritualium bonorum, quę in cœlo poſſidebimus, per Chriſtum Ieſum. d Iuxta quod elegit nos pater ab ęterno, ī filio ſuo, ante q̄ iacerent̄ fūdamēta orbis, id eſt, ante

TEXTVS EPIſtolæ ad Epheſios beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS CAP. Primum.

a Paulus Apoſtolus Ieſu chriſti, per volūtatē dei oībus ſanctis qui ſunt Epheſi & fidelibus omnibus in Chriſto Ieſu.

b Gr̄a vobis & pax, a deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.

c Benedictus deus & pater dn̄i noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in om̄i benedictione ſpirituali, in cœleſtibus, in Chriſto.

d Sicut elegit nos in ipſo, ante mūdi cōſtitutionem.

a vt eſſemus ſancti et immaculati in cõſpectu eius in charitate.

b Qui prędeſtinauit nos in adoptionẽ filiorũ, p ieſũ Chrm, in ipſum.

c ſecundum propoſitũ volũtatis ſuæ, in laudẽ glię gřę ſuæ.

d in qua gratificauit nos.

in dilecto filio ſuo. e in quo habemus redẽptionem, p ſanguinem eius. f remiſſionẽ pctõrũ

g ſcdm diuitias gřę eius quę ſupabũdauit in nobis, i omni ſapiẽtia & prudẽtia

h vt notum faceret nobis ſacramentum volũtatis ſuę ſcdm bñplacitũ eius. i qd ppoſuit in eo, in diſpẽſatiõe plen

creationem mundi. a Elegit (inq̃) vt eſſemus ſancti per fidẽ verã & immaculati in operibus bonis, in veritate, corã eo, idq; in amore & libertate, non in timore atq; ſeruitute. b Qui pater, præordinauit ab æterno facere nos filios ſuos adoptiuos, per mediatorẽ Chrm, vt nos ſic vnum faceret cum ſeipſo. Neq; hoc vlla fecit, aut neceſſitate compulſus, aut vtilitate inductus. c ſed ſecũdum propoſitũ benignæ volũtatis ſuæ vt laudaretur in nobis gloria & magnificentia gratiæ ſuæ. d per quam nos, q ãte eramus abominabiles & ſordidi honeſtauit, ornauit, gratoſq; fecit & amabiles, in dilecto filio ſuo, quẽ pro nobis cohoneſtandis, fecit eſſe opprobrium hominũ. e Per quẽ filiũ, redempti ſumus, a iugo legis, ſeruitute diaboli & pcti, per efficaciã ſanguinis ei⁹, f Quę redẽptio: eſt remiſſio peccatorũ nřorũ, tam originalis q̃ actualiũ, g ſecundũ copioſam & ſuperabundantem gratiã ſuam, quę in nobis abundanter eſt multiplicata, in omni ſapientia cæleſtium myſteriorum, quę ad fidem & ſpẽ noſtram pertinent, et in omni ſcientia agendorum. h Ad hoc, vt nobis notum faceret illud occultum decretum atq; myſterium voluntatis ſuæ, iuxta beneplacitũ ſuũ, i qd ſacramentũ vel beneplacitũ, ppoſuit in Chro filio ſuo

diſpēſando implere, plenitudine tēpo-
ris adueniēte, q̄d ad hoc fuit ab æterno
p̄ordinatū a Sacramētū aūt hoc & pro
poſitū eſt, inſtauratio & reparatio oīm,
tam cœleſtiū, quo ad numerū implen-
dū ſaluandorū, quā terreſtrium, in Chri
ſto Ieſu, b In quo etiam nos peculiari
ter, nullis noſtris pręcedentibus meritis
velut ſorte a Deo vocati ſumus, ad fidē
ipſius. c Non ſic tamen ſorte, quaſi
nos deus fortuito aut caſu vocauerit,
ſed prædeſtinati ab ęterno, ſecundum
volūtatem ipſius, qui omnia operatur
ſecundum decretum ſuæ voluntatis, d
ad eum finem, vt laudetur & magnifi-
cetur gloria eius, in nobis: fidelibus, qui
in Chriſto præſperauimus, nondum vi
ſis ijs quæ per ſpem expectamus in fi
de noſtra. e In quo ſperatis etiā vos
cum audiſſetis nobis prædicātibus ver
bum veritatis, nēpe Euangeliū ſalutis
veſtræ, in quo, inquam, vos audiendo
credentes etiam ſignati eſtis ſpiritu ſan
cto, qui eſt ſpiritus promiſſionis. Nam
ſignum eſt, quo diſtinguntur filij Dei, a
filijs diaboli, & eſt promiſſionis ſpiritꝰ
quia a Deo olim per Prophetas, & etiā
per Chriſtū Apoſtolis p̄miſſus. Inſup
etiā ip̄e eſt, qui nobis p̄mittit fidelibus
cœleſtia bona. f Qui ſpiritusſanctꝰ eſt
pignus & arrabo futuræ hæreditatis, p
quē acquiſitio (id eſt populꝰ fidelis, ma

tudinis temporum.

a inſtaurare omia in Chriſto, quæ in cœlis & quę i terra ſunt, in ipſo.

b in quo etiā nos ſorte vocati ſumus.

c prædeſtinati ſcd̄m propoſitum eius, qui operatur oīa ſcd̄m cō ſilium volūtatis ſuę.

d vt ſimus in laudē glorię eius, nos qui ante ſperauimꝰ in Chriſto.

e In quo & vos, cū audiſſetis verbū veritatis, Euangelium ſalutis veſtrę, in quo & credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto.

f qui eſt pignus hæreditatis noſtrę, in redēptionē acquiſitionis, i laudē glorię ipſius.

gno ſtudio, cura, & precio acquiſitus) re dimitur a mortis damnatione, ad vitam ſempiternam, vt ſic laudetur in nobis gloria eius in perpetuum.

a Propterea & ego audiēs fidē veſtram quæ eſt in Chriſto Ieſu, & dilectionem in omnes ſāctos, nō ceſſo gratias agens pro vobis, memoriā veſtri faciens in orationibus meis. b vt Deus domini noſtri Ieſu Chriſti: pater gloriæ det vobis ſpiritū ſapientię & reuelationis, in agnitionē eius

a Quoniā ergo tanta de nobis Deus diſpoſuit, & tam mira nobiſcum ipſe perfecit, propterea & ego Apoſtolus eius, audiens vos recte in Chriſtum credere, & dilectionem habere atq; oſtendere ad omnes fideles, inceſſanter gratias ago deo pro veſtro iſto bono quod in vobis ipſe incepit, orare non deſinens, b vt ipſe Deus Chriſti Ieſu (ſecundum humanitatis infirmitatem, qua patre eſt minor) qui eſt pater a quo omnis gloria, det vobis, & amplius det, ſpiritum ſanctum, a quo eſt ſapientia & intelligētia, vt agnoſcere eum, prout dignum eſt, poſſitis.

c illuminatos oculos cordis veſtri vt ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ glorię hereditatis eius in ſanctis,

c hoc eſt, vt det vobis habere oculos mentis illuminatos, lumine ſpiritus ſancti, vt ſciatis quęnam ſint & quā ta, quę ex vocatione veſtra ſperare debeatis, & q̄ abundans gloria eius ſit ſuperuentura ſanctis, in die remunerationis eorum.

d & quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius, in nos qui credidimus

d Et vt intelligatis ſupereminentē & mirabilem magnitudinem virtutis eius, quam erga nos oſtendit qui credim⁹, dum nos de manu diaboli & omnium peccatorum ereptos, tranſtulit, atq; regenerauit. Nā maior eſt virtutis magnitudo, in vnius peccatoris regeneratione, q̄ in totius mundi ſubſtan

tiali creatione, ſupeminētem,inq̄, magnitudinē virtutis eius, a quæ accepi & attendi debet, in opere illo ſummæ potētiæ atq; virtutis eius, quod operatus eſt in Chriſto filio ſuo, b dū illum a mortuis ſuſcitauit, & ad dexterā ſuā in omnibus ſibi coæqualem conſtituit in cœlis, c faciēs eum altiorē omnib⁹ ordinibus angelorum, ſupra omnē ordinem principatuum, poteſtatum, dominationum, virtutum, & cæterorum, & ſupra omne quod eſt aut nominari poteſt, tā in cœlis q̄ in terris. d Neq; ſolū altiorē fecit omnibus, ſed etiam omnia ſubiecit eius imperio, dās illi omnē poteſtatē, in cœlo & i terra. e Inſuper & ipſum, pater fecit caput toti⁹ ecclefiæ tā militantis q̄ triumphantis, q̄ eccleſia eſt corpus, ipſi capiti Chriſto cohęrēs, eodē ſpiritu viuificata & eſt plenitudo capitis Chriſti quatenus ipſa vt corp⁹ Chriſto capite coniūcta, vnū cōſtituit corpus integrū cū ipſo, f qui oīa adimplet & operatur in omnibus ſecundum virtutem diuinitatis ſuæ, quiq; licet exiſtēs omnia in omnibus, tamē dicto modo ſic adimpletur. vt vnum corpus cum eccleſia componat.

a ſecūdū operationē potentię virtutis eius quam operatus eſt in Chriſto: b ſuſcitās illum a mortuis, & cōſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus, c ſupra omnem principatum & poteſtatē & virtutem & dominationem, & omne nomē quod nominatu r, non ſolū in hoc ſęculo, ſed etiā in futuro.

d Et oīa ſubiecit ſub pedibus eius.

e Et ipſum dedit caput ſupra omnem eccleſiā, quæ eſt corp⁹ ipſius.

& plenitudo eius,

f qui omnia in omnibus adimpleuit.

ELVCIDATIO CAPITIS. Secundi.

TEXTVS CAP. ſecundum

a Er hãc aũt Chrĩ reſuſcitationẽ & glorificationẽ, vos quoq; cum Chriſto conreſuſcitauit & conuiuificauit, cum eſſetis per peccata veſtra mortui, ſecundum animam, In quibus peccatis olim cõuerſabamini, ſecundũ vanitates & vicia quæ in ſæculo (id eſt, mundo) regnãt, b ſecũdum inſtinctus & voluntatẽ diaboli. qui eſt princeps ac poteſtatẽ habẽs in hoc aere: in quo nos habitamus, ad poſſidẽdum impios & exercitandum iuſtum, ſpiritus ille, qui etiam nunc operatur in filijs diffidentię, hoc eſt, in incredulis & inobedientibus Deo, hominibus. Ipſe enim huiuſmodi ſuadet ad malum, & operatur ac regnat in eis. c Quorum de numero, & nos eramus ante cõuerſionẽ noſtrã, conuerſantes ſecundum deſideria carnis noſtræ, faciẽtes concupiſcẽtias carnis noſtræ, faciẽtes concupiſcẽtias carnis & carnalium cogitationũ. d Eramuſq;, quantum ad naturalem generationem atque educationem, obnoxij iræ & vltioni Dei, æque atq; cęteri. Sed quod natura nõ præſtitit gratia Dei donauit. e Deus enim qui eſt copioſus in miſericordia, propter ſuperabundantẽ amorẽ noſtri, etiam tunc cum eſſemus in peccatis noſtris mortui, conuiuificauit nos Chriſto cui⁹ gratia & miſericordia, eſtis ſalui facti ab ira illa, cui natura

a Et vos cõmunicauit cum eſſetis mortui in delictis & peccatis veſtris: in quib⁹ aliquando ambulaſtis, ſcd̃m ſęculũ mundi huius.

b ſecũdum principẽ poteſtatis aeris huius

ſpiritus qui nũc operatur in filijs diffidentiæ.

c in quibus & nos omnes aliqñ cõuerſati ſum⁹, i deſiderijs carnis noſtrę, faciẽtes voluntatẽ carnis & cogitationũ. d & eram⁹ natura filij iræ ſicut & cæteri.

e Deus autẽ, q̃ diues eſt in miſericordia, propter nimiã charitatem ſuã qua dilexit nos & cũ eſſem⁹ mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, cuius grã eſtis ſaluati.

eramus obnoxij, a & conreſuſcitauit nos cum Chriſto, & fecit ſimul reſidere in cœlis. Q̃m Chriſti reſurrectio & glorificatio operata eſt iuſtificationẽ reſurrectionẽ, & glorificationẽ noſtram. Nã quia ille præceſſit, nos ſubſequimur, & in omnib⁹ cum eo participamus, vt merito dicamur Chriſto conuiuificati, conreſuſcitati, & ſemel cum eo in cœlis cõſtituti, b Fecit autem Deus pater hęc omnia nobis per Chriſtum, vt in venturis ſęculis demonſtraret copioſiſſimam gratiam ſuam, quam in nimia dulcedine & bonitate ſua, erga nos genus humanum, per ipſum, & operatus eſt, & operabiẽ ampli⁹. c Gratuito enim munere, ſalutẽ hãc vobis operat⁹ eſt De⁹, quã ſalutem per fidẽ conſequimini. At q; hoc ipſũ, ꝙ ſcilicet ſic ſalui facti eſtis per Chriſtum, nõ ex veſtris neq; patrũ veſtrorum meritis proceſſit. d Eſt eni gratuitũ prorſus Dei donum, non propter cuiuſquam opera datum, vt ne qs glorietur, niſi in ſolo domino, cuius mera gratia eſt, ꝙ p fidẽ ſaluamur, ac pinde iuſtũ eſt, illi ſoli gl'iam de nr̃a ſaluatione reddi. e Ipſius enim Dei, per hanc regenerationẽ, ſumus noua creatura, ſpiritu regenerati, & velut denuo creati, nõ vt i ocio deinceps aut carne viuamus, ſed vt inſiſtamus operib⁹ bonis, f quę tamen ipſe nobis Deus ab

a & cõreſuſcitauit, & cõſedere fecit in cœleſtibus, in Chriſto Ieſu.

b vt oſtenderet in ſæculis ſupueniẽtib⁹ abũdãtes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate, ſuper nos in Chriſto Ieſu.

c Gratia enĩ eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis.

d Dei enĩ donũ eſt, nõ ex operibus, vt ne quis glorietur.

e Ipſius enĩ ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu, ĩ operibus bonis.

f quæ præparauit

Deus vt in illis am‑bulemus.

ęterno pręordinauit donare, vt in eis viuamus,& ambulemus ſemper profi cientes. a Cum igitur tantam vobis gratiam Deus contulerit, in memoriã ſubinde attentiſſimam reducite,quęſo vocationem veſtrã. Quemadmodum vos gentiles,qui ad ignominiã vocaba mini pręputiati & incircunciſi, a popu lo Iudaico,qui circunciſionem in carne ſua, factã manu incidẽtis ſuſcipiebat b qui eratis tunc temporis nondum cre‑dentes in Chriſtum, c alieni a conſortio politia, & conuerſatione Iſraelitarum & hoſpites atq; aduenæ habebamini teſtamentorum, Iudæis a Deo diſpoſi torum,ſi ad ipſorũ legem tranſire pla cuiſſet. d & promiſſionis eis factæ ſpẽ non habebatis omnino, in veſtra gen‑tilitate permanentes,niſi ad illorum ri tum tranſiſſetis,& velut ſerui idolorũ, a Deo vero alieniſſimi, in hoc mundo viuentes eratis, e Nunc autem in tẽ‑pore gratiæ huius per Chriſtum factæ ſunt immutata omnia. Vos enim qui olim eratis longe a Deo,acceſſum ha‑betis per fidem,ad Deum,in ſanguine Chriſti. f Ipſe enim eſt author pacis noſtræ ad Deum,qui vtroſq; populos, & a ſeinuicem,& a Deo prius diuiſos,in vnum corpus vnamq; Eccleſiam con‑uocauit, legem, quæ erat velut murus atq; interſtitium,diuidens inter genti‑

a Propter qđ memo res eſtote, ꝙ aliquã‑do vos q gentes era tis in carne,q diceba mini præputiũ,ab ea quæ dicitur circun ciſio in carne manu‑facta.

b qui eratis illo in tempore ſine Chr̃o.

c alienati a cõuerſa‑tione Iſrael & hoſpi tes teſtamentorum.

d promiſſionis ſpẽ nõ habẽtes, et ſine deo in hoc mundo.

e Nũc aũt in Chr̃o Ieſu vos q̃ aliquãdo eratis longe, facti e‑ſtis prope, in ſangui ne Chriſti.

f Ipſe enĩ eſt pax no ſtra qui fecit vtraq; vnum,& medium, parietem macerie ſol uens, inimicitias in carne ſua.

lem populum & iudaicum, quę inimicitias ponebat inter nos, in corporis ſui paſſione deſtruēs atq; diſſipans, a legem illam difficilem mandatorum & operum, euacuans leuibus fidei dogmatibus, vt ſic ambos populos, in vna lege fidei, in vnam Eccleſiam compactos reconciliaret Deo patri, & quia etiam inter Deum & genus humanum vniuerſū, inimicitię peccatorum erant intermediæ, quę nos prohibebant deo appropinquare, etiam has inimicitias ſuſtulit, in carne patiendo, mortemque in cruce ſuſtinendo, b & veniens ad nos in aſſumpta carne, euangelizauit ipſe, atq; Apoſtolos euangelizare miſit pacem factam, & Dei cum hominibus, & hominū ad inuicem, tam his qui prope videbātur Iudæis, quam his qui longe erant gentibus. Iudæi enim prope erant, quia promiſſionem acceperant, & Gentiles longe, quibus promiſſiones factę non fuerant. c Quoniam per Chriſtū, habemus ambo populi acceſſum, eodē ſpiritu ductore, ad patrē. d Ergo nō amplius eſtis hoſpites, & extranei a populo Dei, ſed eſtis facti conciues electorum & de domo atq; familia Dei (quoniā pars bona eccleſię, eſt gentilium) ſuperſtructi ſuper Apoſtolorum & Prophetarum fidem, quaſi ſuper firmum fundamentum. e eadē

a legē mādatorū decretis euacuans, vt duos cōdat in ſemet ipſo, in vno nouo homine, faciēs pacē, vt reconciliet ambos in vno corpore Deo, per crucē, interficiens inimicitias i ſemetipſo.

b & veniēs euāgelizauit pacē vobis qui longe fuiſtis, & pacē his qui prope.

c Qm̄ p Ieſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu, ad patrē. d Ergo iā non eſtis hoſpites & aduene, ſed eſtis ciues ſanctorū & domeſtici Dei ſupedificati ſuper fundamentum Apoſtolorū & prophetarum, e ipſo

ſummo angulari lapi de Chriſto Ieſu.

a In quo oīs ædificatio cōſtructa, creſcit i tēplū ſanctū, in dño.

b In quo & vos coædificamini in habitaculum Dei, in ſpiritu ſancto.

enim fuit fides prædicatioq; Prophetarum, quę & Apoſtolorum, licet obſcurior. Eſt autē huius ædificij lapis ſummꝰ angulos vtriuſq; parietis concludēs, Chriſtus. a In quo velut totius ędificij lapis ſtructuram continēte, tota hæc ędificatio conſtruitur, & augmētum ſumit, vt fiat templum ſanctum, ī quo in habitet dominus. b In quo ędificio, etiam vos vt lapides viui coædificamini, vt conſtituatis eccleſiam ſanctam, q̄ eſt habitaculum Dei. Fitq; hæc coædificatio in ſpiritu ſancto, qui eſt huius ędificij glutinum, quo lapides lapidibꝰ cohęrent.

TEXTVS CAP. Tertium.

ELVCIDATIO CAPITIS. Tertij.

a Huius rei gratia, ego Paulus vinctus Chriſti Ieſu, pro, vobis gentibus.

b ſi tñ audiſtis diſpēſationem gratiæ Dei, quę data eſt mihi in vobis.

c Quoniam ſcd̄m reuelationē notum mi-

Oa B huius igitur fidei noſtrę tāta ſacramenta, ego Paulus, qui vinctus ſum cathenis captiuitatis meæ ob confeſſionem Chriſti Ieſu, pro veſtra, hoc eſt gētium, ſalute, non deficio in obueniētibus mihi tribulationibus, & vt vos ſimiliter non deficiatis peto. b Credo enim vos audiſſe & cognouiſſe quēadmodum ſit mihi data diſpenſatio atq; prędicatio gratiæ Dei in gentibus, per datam mihi Apoſtolici muneris commiſſionem. c Quoniam Deus per reuelationem me edocuit to-

tum fidei Chriſtianæ myſteriũ, a quẽadmodum iam nunc paucis verbis, illud deſcripſi, non vtiq; quantum res ipſa exigeret, ſed iuxta veſtram capacitatem, vt poſſitis legentes intelligere prudentiam ac ſapiẽtiam meam, qua ſum Dei gratia ſufficienter inſtructus, in myſterio Chriſtianæ fidei. b Quod quidẽ myſterium, in ſæculis præteritis nõ eſt ſic agnitũ ab hominibus. c quo modo nunc manifeſtatum eſt Deo aperte reuelante per ſpiritum ſanctum Apoſtolis fidelibus, atq; nouæ legis Prophetis. d Nimirum, ꝙ eſſent gentiles hoc tẽpore ſimul ex æquo cum populo dei hęredes. Imo ad idem corpus cõſtituẽdum pertinẽtes, & ſimul in eadem promiſſione participantes, in Chriſto Ieſu, in quo hæc beneficiá præſtita ſunt nobis, e per fidem ſancti Euangelij, cuius me fecit Deus miniſtrũ & prædicatorẽ. f non ſecundũ meorũ meritorũ exigentiam, ſed ſecundum gratuitum donum quod dedit mihi (Apoſtolatus loquor officium) quod donum miraculoſa operatione potentiæ ſuæ mihi iniunxit, & in me confirmauit in varijs ſignis g Nam cum ſim ex me omnium fidelium infimus, omnino gratia ſit oportet prorſus gratis data, & ex nullis proueniẽs meritis, creditum mihi officium iſtud, vt euangelizem in gentibus im-

hi factum eſt ſacramẽtũ, a ſicut ſupra ſcripſi in breui, prout poteſtis legẽtes itelligere prudentiam meam in myſterio Chriſti,

b quod alijs generationibus nõ eſt agnitũ filijs hominũ, c ſicuti nũc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius & Prophetis in ſpiritu,

d eſſe gentes coheredes, & concorporales & cõparticipes ꝓmiſſionis in Chriſto Ieſu,

e per Euangeliũ, cui⁹ factus ſũ ego miniſter

f ſecundũ donum gratiæ Dei, quæ data eſt mihi, ſecundũ operationẽ virtutis eius.

g Mihi enim oĩm ſanctorum minimo, data eſt gratia hæc, in gentibus, euãgelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti.

perueſtigabiles diuitias Chriſti, id eſt co
pioſiſſimam abundãtiam omnis boni,
qua implentur & implebuntur omnes,
qui credũt in eum, a & vt inſtruã oẽs
quoſcunq; dominus præordinauerit,
quod ſit hoc ſacramẽtũ exhibitũ nobis
ac ſapienter diſpenſatum hoc tempo-
re, quod fuit ab æterno abſconditum,
latens, atq; occultatum in prædeſtina-
tione Dei omniũ creatoris. Vt nunc per
eccleſiam iſtam, nota fiat multiplex illa
Dei ſapientia, non ſolũ hominibus, ſed
etiam principatibus, ac poteſtatibus, &
cęteris ordinibus angelorum, in cælis.
b Innoteſcat, inquam, nunc in hoc tẽ-
pore, ſicut ab æterno præfinitum eſt in
chriſto Ieſu domino noſtro. c Per quẽ
ſecurũ acceſſum habemus, & liberũ adi
tum ad patrem, per fidem eius, in bona
ſpei confidentia. d Propter hoc my-
ſteriũ admirabile, obſecro, ne deijciami
ni animo ex tribulationibus meis, quas
pro veſtra ſalute, ſuſtineo, in quibus po
tius gloriari debetis. Gaudere enim de
betis, cum me videtis pro myſterio fidei
quod vobis prædicatum eſt, & vos cre
ditis, nec vincula recuſare. e Huius igi
tur tanti beneficij, tantiq; myſterij gra-
tia, humili ſupplicatione deprecor pa-
trem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt
primus pater & dominus omniũ, a quo
omnis præſidentia, dominatio, atque

a & illuminare om-
nes, quæ ſit diſpenſa-
tio ſacramẽti abſcõdi
ti a ſæculis in deo qui
omnia creauit.

b vt innoteſcat prin-
cipatibus & poteſtati
bus in cœleſtibus, per
eccleſiã multiformis
ſapientia dei, ſcd̃m p̄
finitionẽ ſæculorum,
quã fecit i Chriſto Ie
ſu dño noſtro, c in
quo habemus fiduciã
& acceſſum, in cõfi-
dẽtia, per fidem eius.
d Propter quod pe-
to, ne deficiatis in tri-
bulationib9 meis pro
vobis, quæ eſt gloria
veſtra.
e Huius rei gratia fle
cto genua mea ad pa
trẽ dñi noſtri ieſu chri
ſti, ex quo oĩs paterni
tas in cœlis & in terra
nominatur.

generatio, ſiue quę in cœlis eſt, ſiue quę in terris, deriuatur atq; deducitur. Nã ꝙ angeli angelis præſideant, ꝙ itẽ homines progignant alius alium, ꝙ inter creaturas cæteras aliæ ſint aliarum pricipia, vniuerſum a Deo ẽſt. a Pręcor (inquã) flexis genib⁹ cordis mei, vt det vobis ſecundum copioſam magnificentiam glorię ſuę virtutem ac fortitudinẽ, qua corroboremini per ſpiritum eius, in ſpiritu veſtro. b Det etiam, vt manſionem faciat Chriſtus per fidem viuẽ tẽ in ſpiritu veſtro, idq; vobis radicatis atq; firmatis in charitate. Fruſtra enim eſt fides, quæ non in charitate radices habuerit defixas. c Det, inquam, De⁹ vobis hæc omnia, vt ſuffiçiẽtes ſitis ei⁹ munere, per intellectum apprehendere & cognoſcere immenſitatem, & ſecũdum omnem dimenſionem infinitatẽ eius, que ſit latitudo beneficiorum, longitudo promiſſorum, ſublimitas maieſtatis, & profunditas iudiciorum eius. d Valeatis etiam ſcire charitatem chriſti, longe, præſtantiorẽ omni ſciẽtia, vt ſic impleamini pfecte, in omibus bonis Dei, e Ei aũt qui potẽs eſt & volens, etiã vltra quã petere vel deſiderare nos poſſumus, omnia petentibus pręſtare, ſecundum virtutẽ ſuam diuinam, quæ in nobis operat̃, ipſi ſit gloria in eccleſia

a vt det vobis ſecundũ diuitias gloriæ ſuę virtutem, corroborari per ſpiritũ eius, in interiori homine.

b Chriſtũ habitare p fidẽ in cordibus vris in charitate radicati & fundati.

c vt poſſitis comprehendere cũ oibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum.

d Scire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitem Chriſti & impleamini in omnem plenitudinem dei.

e Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuper abũdãter quę petim⁹ aut intelligimus ſcdm virtutem quæ ope-

ratur in nobis, ipſi glo ria in eccleſia et ĩ Chri ſto Ieſu, in oẽs genera tiones ſęculi ſęculorũ, Amen.

& ex eccleſia, quę eſt corpus, & in Chriſto capite eius, per omnes generationes quæ fuerunt aut erunt in æternũ, Amẽ.

TEXTVS CAP. Quartum

ELVCIDATIO CAPITIS. Quarti.

a Obſecro itaque vos ego vinctus in domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati eſtis, cũ omni humilitate & mãſuetudine cũ patientia.

b ſupportantes inuicẽ in charitate, ſoliciti ſeruare vnitatem ſpirit⁹ in vinculo pacis.

c Vnũ corpus, vnus ſpiritus, ſicut & vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ.

d Vnus domin⁹, vna fides, vnum baptiſma vn⁹ Deus, et pater omniũ qui ſuper oẽs eſt

Ca Vm itaq; tantis nos Deus beneficijs ſit dignat⁹, obſecro vos ego Paulus, vinctus ob confeſſionem Chriſti, vt deinceps cõuerſationem habeatis dignã vocatione iſta, qua a Deo vocati eſtis. Idq;, ĩ perfecta & omnimoda humilitate, in manſuetudine & animi lenitate, cum longanimitate, vt non frangamini, vel expectatione futurorũ vel præſentia aduerſorũ, b tollerantes voſinuicem in charitate, ſtudioſe curantes intertinere vnitatem ſpiritualem per pacem, quæ eſt vinculum ſpiritualis vnionis. Per pacem enim verum, eſt vnio ſpiritualis, ſicut per diſcordiã, eſt diuiſio. c Quo modo enim non ſtudebitis in vnitate pacis permanere, cũ omnes ſitis vnum corpus, vnum caput habentes Chriſtum & vnus ſit ſpiritus, quo omnes potati eſtis? Iuxta quod vocati eſtis ad eãdẽ ſpẽ, eorum quæ expectatis ex iſta vocatione veſtra. d Vnũ habemus eundẽq; dominum, eandẽ fidẽ, idẽ baptiſma, propter quod, merito vnitati ſtudere debemus. Inſuper vnus

eſt De⁹,qui eſt pater omnium, ſupra omnes præſidentiam atq; dominium habens, per omnia gubernando tranſiẽs, & peculiari quadam familiaritate in nobis fidelibus ſuis inhabitans. a Vnicuiq; autem noſtrum gratiæ & dona Dei data ſunt, quantum, & ſicut Chriſto placuit nobis donare: vt diuerſitas gratiarum, non ſit iuſta cauſa diffidij inter fideles eo ꝙ ſecundum Dei voluntatem, quiſq; accepit. b In cuius confirmationem, dicit ſcriptura. Aſcendens Chriſtus i altitudinẽ cœlorum, abſtulit a diabolo, quam detinebat captiuitatẽ, & ſecum abduxit velut prædam glorioſam, mittẽſq; de cœlo ſpiritum ſanctum hominibus fidelibus, varia eis dona copioſe diſtribuit. c In eo autem quod dicitur Chriſtus aſcendiſſe in altum, ille qui præceſſit includitur deſcenſus, in inferiores partes terrę, in quibus detinebatur captiuitas, id eſt, in lymbum inferni d Nam qui ad eos liberandos deſcendit per humilitatẽ, idem ipſe aſcendit eleuatus ſupra omnes angelorum ordines: & ſupra omniũ cœlorum gloriam, vt ſic adimpleret omnia, inſtaurãdo deperdita, & in fine ſæculi conſũmando vniuerſa. e Et ipſe conſtituit, quoſdã quidem Apoſtolos, eccleſiæ fundamenta, quoſdam autem Prophetas qui ſpiritus reuelatione occulta nouerunt my-

& per oĩa, & in omnibus nobis.

a vnicuiq; aũt noſtrũ data eſt gratia, ſecũdũ mẽſurã donatiõis Chriſti.

b Propter qđ dicit, Aſceddens in altũ captiuã duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.

c Quod aũt aſcẽdit, qđ eſt niſi quia & deſcẽdit primũ in iferiores partes terræ?

d Qui deſcẽdit, ipſe eſt & qui aſcẽdit ſup oẽs cœlos vt adiplerct omnia.

e Et ipſe dedit quoſdã quidẽ Apoſtolos, quoſdã autẽ Prophetas, alios vero Euãgeliſtas, alios autẽ Paſtores, & doctores.

ſteria intelligere, & alios illuminare, alios vero, qui Euangelij diuulgandi gratia circumeunt, alios qui ſint populo cuilibet prælati, vt eos paſcant & doceant, quibus præſunt. a Hos autẽ Deus ſic diuerſis in officijs conſtituit ad perfectam eruditionem & ædificationem fidelium, vt operentur velut miniſtri Dei, ad ędificandum & complendum Eccleſiam CHRISTI, per ſuum miniſterium, b donec euadamus omnes nos, quantum ad vnitatem fidei & agnitionis domini noſtri Ieſu Chriſti, perfecte credẽtes, & plene edocti, c in mẽſuram ætatis, hoc eſt, in iuſtam quãtitatẽ & perfectionẽ plenitudinis Chriſtianę fidei, hoc eſt, donec in Chriſtiana fide ſimus iam viri, & perfectam ſtaturam habentes inq; ea ſufficienter inſtructi. d Itaq; inquam ſufficientes & perfecti, vt iam non amplius ſimus paruuli & hęſitantes in fide, facile nos permittentes propter inſtabilitatem, vanis perſuaſionibus falſę doctrinę, a veritate abduci, e per homines nequam & doloſos Apoſtolos, qui ĩ aſtutia ad ſimplices veniunt, vt circumueniendo atq; decipiẽdo, in errorem mittant. Nos autem omnia in veritate agentes, in Charitate radicati, creſcamus quotidianis profectib⁹, q̃tum ad omnia vere bona, in illo, nẽpe Chriſto, qui eſt caput Ec-

a ad conſummationẽ ſanctorum, in op⁹ miniſterij, in ædificationẽ corpori Chriſti.

b donec occuram⁹ omnes ĩ vnitatẽ fidei & agnitiõis filij Dei, in virũ perfectum.

c in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti.

d vt iam nõ ſumus paruuli fluctuãtes, & circũferamur omni vento doctrinæ.

e In nequitia hominũ in aſtutia, ad circũuentionẽ erroris.

Verumtamẽ aũt faciẽtes in charitate; creſcamus in illo per omnia qui eſt caput Chriſt⁹.

deſię a ex quo totũ corpus Eccleſiæ ſecundũ ſuas partes compaginatũ atq; cõiunctũ,per omnẽ coniunctionẽ ſubminiſtrationis mutuæ, vnoquoq; membro operãte ſecundũ menſuram gratię ſuę ſibi datę, b ipſum,inq̃,totũ eccleſię corpus (ratione diuerſarum partiũ diuerſa officia exercẽtium)ſeipſum ędificat,augmẽtum ſui facit, atq; ſeipſum perficit, ſecundum virtutem charitatis quam ex capite ſingula membra habẽt Nã in eccleſia militante nectuntur mẽbra adinuicem, per hoc ꝙ quiſq; admíniſtrat in alterum gratiam ſibi a deo datam, atque hoc pacto corpus Eccleſiæ perficitur. Et(q̃tum ex ſe eſt) corpus eccleſiæ, ille quodãmodo adiuuare ad pficiẽdum & conſtruendum recuſat, qui gratiã ſibi datã ad ædificationẽ conferre renuit. c Cum igitur ſic ſitis in Chriſto,in vnum corpus compaginati, illud vobis denuncio, & per Chriſtum obteſtor,ne iã Chriſtiani facti,viuatis gentium more,qui ambulant in vanitate intellectus, habẽtes cor tenebris ignorantiæ obſcuratum,alieni facti per peccata ſua, a vita q̃ ſecundũ Deũ eſt, d idq; p ignorãtiã ſuã quam vtiq; non paruam eſſe conſtat,neq; ſatis excuſabilẽ, quoniã a cordis cæcitate(id eſt, affectu indurato, & voluntate obſtinata) procedit.

a ex quo totum corpus compactũ & connexũ per oẽm iuncturã ſubminiſtrationis, ſecũdũ operationẽ,in menſurã vniuſcuiuſq; membri.

b augmentum corporis facit,in ædificationẽ ſui in charitate.

c Hoc igiẽ dico & teſtificor ĩ dño,vt iã nõ ãbuletis ſicut & gẽtes ambulant in vanitate ſenſus ſui,tenebris obſcuratũ habẽtes intellectum,& alienati a vita dei.

d per ignorantiã quę eſt in illis, propter cæcitatem cordis ĩporũ.

Nam eſt ex paſſione alia quędam ignorantia ad tempus, quæ facile remediabilis eſt. a Qui poſtquam in profundum venerint vitiorum, facti deſperati ſine vllo remorſu aut doloris ſtimulo audacter quælibet mala perpetrantes, tradiderunt ſemetipſos ſine verecundia, ſine freno, ſine retinaculo, in impudicitiam, in operationem cuiuſlibet immunditiæ, ſimiliter & in auaritiam atq; iniuſtitiam. b Vos autem Chriſtiani facti non ita didiciſtis in Chriſto viuere. Nã certo ſcio vos audiſſe omnia, & omnia edoctos eſſe ſecundum veritatem, quę eſt in Chriſto Ieſu. c Nempe, vt abijciatis veterem hominem, qui eſt ſecundum priſtinam atq; gentilem conuerſationẽ (id eſt vitia atq; peccata) qui vet⁹ homo, per concupiſcentias carnales erroneas atq; rationi recte contrarias, accipit ſuæ corruptionis vetuſtatem. d Abiecta autem vetuſtate, curate vt efficiamini noua creatura, per ſpiritum ſanctum regenerati, ſecundum ſpiritum internum, quem mentem etiam dicimus & aſſumite hominem nouum (id eſt, virtutes & opera bona) e qui creatur ſecundum voluntatem & præcepta Dei, & recta deſideria, in iuſtitia & ſanctitate, modo vera ſit hæc ſanctitas, & iuſtitia vera. f Propter quod, abijcientes mendacium & iuſtitiam omnem, loqui-

a qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitię.

in operationẽ immũditię oĩs, in auaritiam.

b Vos aũt nõ ita didiciſtis Chriſtũ, ſi tamẽ illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, ſicut ẽ veritas in Chriſto Ieſu. c deponere vos ſecundũ priſtinã conuerſationẽ veterem hominẽ, qui corrũpitur ſecũdum deſideria erroris.

d Renouamini aũt ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouũ hominẽ.

e qui ſecundũ deum creatus eſt, in iuſtitia, & ſanctitate veritatis.

f Propter qđ, deponẽtes mendaciũ loqui

mini,atq; operemini id qđ verum eſt & iuſtum,adinuicē. a Sumus enim membra adinuicē hærentia,& adinuicē compoſita.Non debēt autem membra ſibi mentiri,aut mutuo ſe fallere:ſed fideliter pro inuicem,ſollicitudinē gerere. b Si iraſci contingat, vel ratione dictante vel carnis malicia pręueniente ,cauete, ne permanens ſit ira,ſed mox extincta cadat, c Ne detis diabolo locum ad vos ingrediendi,quod fit per irā diuturnā. d Qui olim furabatur, iā non ſolum a furto abſtineat,ſed etiam laboret multo magis opere manuum honeſto, vt qui prius rapuit aliena,iam ex labore ſuo conquiſitis,& alijs poſſit ſubuenire, qui penuriam patiuntur. e Ne loquamini ſermonem corruptum aut prauū, ſed ſi ſermonem habetis bonum , quo poſſint fideles ædificari,hunc loquimini,vt gratus ſit audientibus. Spiritualibus enim auditoribus,ſunt ingrati ſermones mali. f Cauete autem , ne per peccata prędicta contriſtetis atq; effugetis ſpiritum ſanctum a Deo vobis datum,per quem eſtis ſignati in diem redemptionis,id eſt,in die iudicij , vt tūc redimamini a dānatione, quæ ſuper eos veniet,qui hoc ſignum non habent. g Omnis amaritudo animi , & ira exurgens in pectore , indignatio in vultus immutatione & clamoroſa vociferatio,

mini veritatē, vnuſqſ ꝙ cū proximo ſuo.
a quoniam ſumus inuicem membra.

b Iraſcimini et nolite peccare,ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram.

c nolite locum dare diabolo.

d Qui furabatur, iā nō furetur,magis aūt laboret operando manibus ſuis,quod bonū eſt,vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.

e Omnis ſermo malꝰ ex ore veſtro ,nō procedat,ſed ſi quis bonꝰ ad ędificationē fidei, vt det gratiam audientibus.

f Et nolite contriſtare ſpiritū ſanctum dei,in q̄ ſignati eſtis , in die redemptionis.

g Omnis amaritudo & ira ,& indignatio, & clamor & blaſphemia,tollat a vobis.

cum omni malicia.
a Eſtote aũt inuicẽ benigni miſericordes, donãtes inuicẽ,
b ſicut & deus in chriſto donauit vobis.

atq; omẽ conuitium apertum, ſiue maledicentia, quæ ſolet poſt clamores & iras ſequi, prorſus euellatur a veſtris animis, cum ommi malicia quę i vobis eſt, a Induite autem pro vitijs iſtis contrarias virtutes, vt ſitis benigni animo & miſericordes, contra amaritudinem & iram & cætera, remittentes vobis inuicem ſi contingat vos adinuicem aliquid habere, b ad exemplum Dei, qui per Chriſtum donauit & remiſit nobis vniuerſa noſtra debita, & p miſericordiam ſuam, placatus eſt nobis.

TEXTVS CAP. Quintum

a Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate i dilectione ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis, oblationẽ & hoſtiã deo, in odorem ſuauitatis.
b Fornicatio aũt, & omis immunditia aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium: aut ſcurrilitas, quæ ad rem non pertinet, ſed magis gratiarum actio.

¶ELVCIDATIO CAPITIS Quinti.

E a Stote ergo Dei hac in pte tanq̃ optimi patris imitatores, ſicut filios decet, & proficiẽtes viuite in dilectione mutua, ad exemplũ Chriſti qui dilexit nos, id quod opere declarauit, quando tradidit ſeipſum pro nobis, in oblatiõnẽ & hoſtiam. Deo patri modis omnibus gratiſſimam. b Fornicatio autem & quęlibet immundicia, aut auaritia, vel ipo nomine vobis odio ſunt & abominationi habenda, quemadmodum ſanctos decet. Idem ſentio de fœditate qualibet in operatione, de colloquio ſtulto, atque prauo, de omni ſcurrilitate, quærente præter honeſtatem & decorum inordinate riſum ex-

cutere, quæ prorſus ad nihil ſunt vtilia ſed magis audiatur inter vos & vigeat gratiarum actio. Qui enim in gratiarum actione ſeſe occupauerint, facile ſtultiloquia & cætera vitabunt. a Illud enim intelligendum eſt vobis atq; ſciendum, quod omnis fornicator, aut quomodo libet immundus, aut auarus (quod auarū eſſe ad idololatriam pertinet, quod ambo colāt aurū & argētum) non habebit hæreditatem in regno cœlorum quod eſt regnum Chriſti filij, & dei patris. b Ne ſinatis vos facilib⁹ ac mendacibus verbis ſeduci, quoniam ſic vere res habet: vt dixi. c Hæc enim q̄ enarraui peccata, ſunt quibus homines increduli, inobediētię filij Dei iram cōtra ſe prouocant. d Quamobrem, nolite effici ſimiles illis, neque participare cum operibus eorum, ne ſimilis quoq; vos pœna nunc maneat, & ſuo tempore inueniat. e Eratis enim olim ante conuerſionem infidelitatis tenebris oppreſſi, ſed nunc per Dei gratiam & noſtram prędicationem facti fideles, illuminati eſtis in domino. Conuerſatione igitur veſtra exprimite, quod filij lucis ſitis ſicut illi, ex operibus demonſtrant ſe filios eſſe tenebrarum. f Fructus enim fidei noſtræ, quæ eſt in nobis lux vera, conſiſtit in perfecta bonitate iuſtitia, & veritate in om̄ibus actionibus no

a Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus (quod eſt idolorū ſeruitus) nō habet hæreditatē in regno Chriſti & Dei.

b Nemo vos ſeducat inanibus verbis.

c Propter hęc enī venit ira Dei in filios diffidentiæ.

d Nolite ergo effici participes eorum.

e Eratis enim aliquādo tenebræ, nunc aūt lux in domino, vt filij lucis ambulate.

f Fructus enim lucis eſt, in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate.

* Probantes quid ſit beneplacitum deo. Et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum.

b Magis autem redarguite.

c Quæ enim ī occulto fiūt ab ipſis, turpe eſt dicere.

d Om̄ia autem quæ arguunt̄, a lumine manifeſtantur.

e Omne enim quod manifeſtat̄ lumen eſt.

f Propter quod dicit Surge qui dormis,

&, exurge a mortuis, & illuminabit te chriſtus.

g Videte itaq; fratres, quomodo caute ambuletis, non quaſi

ſtris. a Ambulate, inquam, vt filij lucis, probantes opere quid ſit Deo bene placitum, vt illud adimpleatis ſtudioſe Neq; vllo pacto communicetis cum illis infidelitatis operib⁹, quæ nullum ſalutis faciunt fructum. Idq; nec imitatione, nec conſenſu. b Imo vero potius, vbi erit oportunitas, reprehendere debetis illorum praua opera. c Fuerit autem hoc factu facile, quoniā mala quæ in occulto ab ipſis fiunt, adeo ſunt fæda vt pudor ſit vel nominare. Atq; tanto facilius confundentur, cum fuerint per vos correpti, ſuper huiuſcemodi. Decet autem vos, cum fideles ſitis, infidelium opera redarguere. d Nam omnia quę arguuntur, etiamſi ante latebant, per lumen fiunt manifeſta dum arguuntur. e Nam id quod primo & per ſe manifeſtatur, lumen eſt eo quod nihil videri, nec manifeſtum fieri poteſt, niſi in lumine. Vos autem eſtis lux in domino vt merito debeat per vos fieri eorum, qui ſunt in tenebris correptio. f Propter quod loquitur nunc dominus per Apoſtolorum miniſterium ad eos qui in infidelitate iacēt demerſi, dicēs. Surge qui dormis, in infidelitatis ſomno, & exurge qui eras in peccatis mortuus, & perfecte illuminabit te Chriſtus per gratiam fidei & ſpiritus ſui. g Itaq; fratres diligenter conſiderate, quomodo pru

denter conuerſemini. Nō iam quaſi ſto lidi (vt olim) & inſipientes, ſed vt prudentes, diſcernētes inter proſequenda acfugienda. a Curantes omni ſtudio, tempus quod in cōmunę omnibus proponitur, vtiliter expendere atq; conſeruare, ne pereat, quoniam tempora plena ſunt malicia. Quo ampli⁹ nos oportet cautos eſſe, & cōſideranter atq; prudenter inter tot mala verſari, vt ab iſtorum dierū malicia poſſimus eſſe immunes. b Propter hoc non debetis vltra viuere ſine intellectu inſipiētes, ſed eſtote intelligentes, quæ ſit voluntas Dei, vt impleatis illam. c Et quoniam gula multorū malorum eſt origo, principio vobis cauendum, ne aut vino, aut alio quolibet liquore grauiori, inebriemini, quoniam ad luxuriam, via eſt ebrietas d Magis autem ſtudete ebrij eſſe & pleni ſpiritu ſancto loquentes vobiſinuicē atq; etiā vobiſipſis, in Pſalmis, & Hymnis, & canticis ſpiritualibus, e laudantes Deum & patrem omnium in cordibus veſtris, ſemper ſollíciti gratias agere domino, de omnib⁹ bonis in omnes collatis, per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, in cuius nomine donantur omnia. f Subditi eſtote inuicem, per charitatem, & timorem Chriſti. g Mulieres ſint viris ſuis ſubditę, quaſi domino Nam domini eſt hoc inſtitutum, vt vir

Inſipientes ſed vt ſapiētes.

a redimentes temp⁹, quoniā dies mali ſūt.

b Propterea nolite fieri imprudentes. ſed intelligētes quę ſit volūtas dei.

c Et nolitę inebriari vino: in quo eſt luxuria.

d ſed impleamini ſpiritu ſancto. loquentes vobiſmetipſis in Pſalmis, Hymnis, & canticis ſpiritualib⁹, e cantantes & pſallentes in cordib⁹ veſtris domino, gratias agentes ſē per pro omnib⁹, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, deo & pr̄i.

f Subiecti inuicē in timore Chriſti.

g Mulieres viris ſuis ſubditę ſint, ſicut domino, qm̄ vir caput

eſt mulieris.

a ſicut Chrs caput eſt eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius.
b Sed ſicut eccleſia ſubdita eſt Chriſto: ita et mulieres viris ſuis in omnibus.
c Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chrs dilexit eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea: vt illã ſanctificaret.
d mundans eã lauachro aquę in verbo vitæ.
e vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiã, nõ habentę maculam aut rugam aut aliqd huiuſmodi, ſed vt ſit ſctã & immaculata.

f Ita & viri debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua.

g Qui ſuã vxorem diligit, ſeipſũ diligit.

h Nemo enim vnq̃

ſit caput mulieris, & dominetur ei, regat q; illam. a Quemadmodũ Chriſtus eſt caput totius Eccleſiæ, vt corporis ſui cuius eſt idẽ ipſe rector, & ſaluator, b Itaq;, quemadmodum Eccleſia eſt ſubdita Chriſto, ſic ſint vxores viris ſuis ſubditæ & obediẽtes, in omnibus quæ ſecundũ Deum ſunt, c Vos autẽ viri, ne efferamini ſuperbia, dum vobis vxores auditis ſubijci, Magis autẽ diligite vxores veſtras, exemplo Chriſti, qui eccleſiam dilexit, ſicuti & opere comprobauit, in eo quod ſeipſum dedit in mortẽ, pro ea ſanctificanda, d mũdans eam a ſordibus priſtinis baptiſmali lauachro, in virtute verbi, q̃d eſt vita omnium. e ad hoc, vt eam cõſtitueret, faceretq; ſibi, Eccleſiam glorioſam, velut ſponſam ornatã multa gloria, quę eſt in ornatu ſpirituali iũ gratiarum, non habentem vllã maculã aut inueteratam rugam, id eſt, prorſus decoram, non habentem aliqd apparentis maculæ, ſed vt eſſet prorſus ſancta, & ſine omni macula, atq; irreprehenſibilis. f Iuxta hoc Chriſti exemplum, debent viri vxoribus ſuis ipſo opere exhibere dilectionẽ, quẽadmodũ ſuis corporibus. g Nam qui ſuam vxorem diligit, non extra ſe amorem fundit, ſed vxorem diligendo quæ eſt quodammodo corpus eius ſeipſum diligit. h Nemo enim aduerſus propriũ

corpus odium exercet, ex propoſito & finis intentione malum optans ſibiipſi imo econtrario nutrit vnuſquiſque, & cura debita curat corpus ſuum, ſicut & dominus Eccleſiæ omnẽ curam adhibuit. a propterea quod ſimus ſinguli membra corporis eius, quod eſt tota eccleſia, ex eadem ſecundum, ſpeciem natura oſſis & carnis cõpoſiti. Id quod olim in myſterio, prophetico ſpiritu prædixit Adam. b Propter hoc (inquit ille) quoniam de eadem carne & eiſdẽ oſſibus ſunt vir & mulier, relinquet homo (ob matrimonij vinculum) patrem & matrem, & adhęrebit vxori ſuæ, per cõiugalem ſocietatem, c & velut duo in carnem vnam conflabuntur, ad generationis ſufficientiam, ad quam nec maſculus ſufficit per ſe, neque fœmina. d Magnum omnino ſacramentum, & occultum ſacrum aliquid deſignans eſt hæc viri cum muliere tam firma coniunctio. e Magna eſt (inquam) non ipſa quidem in ſeſe, ſed in eo quod ſignat, nempe in coniunctione CHRISTI cum Eccleſia. Nam ſignum quidem ipſum, in ſe modica res eſt, coniunctio viri corporalis cum muliere, ſed magnum eſt, ad quod ſignandum Deus ipſum inſtituit, nempe coniunctio CHRISTI capitis cũ corpore eccleſia. f Nihillomin⁹, licęt ad my

carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam.

ſicut & Chriſtus eccleſiam, a quia mem bra ſum⁹ corporis ei⁹ de carne eius & de oſſibus eius.

b Propter hoc, relinquet homo patrem & matrẽ ſuã, & adhærebit vxori ſuæ.

c & erunt duo in carne vna.

d Sacramentum hoc magnũ eſt.

e ego aũt dico in chriſto & eccleſia.

f Veruntamẽ & vos

ſinguli vnuſquiſq; vxorē ſuam ſicut ſeipſum diligat. Vxor autē, timeat virum ſuum..

ſterium, coniugalem duxerim ſocietatē vos tamē commonitos ſcitote per eadē vt viri vxores diligatis, quiſq; ſuam, vt quæ ſit proprium ipſius corpus, & vxor virum ſuū reuereatur tanquā inferior.

TEXTVS CAP. Sextum.

a Filij obedite parētibus veſtris in domino Hoc enim iuſtum eſt,

b Honora patrē tuū & matrem tuam.

(quod eſt mādatum primū in promiſſione) vt bene ſit tibi, & ſis lōgæuus ſup terrā.

c Et vos patres, nolite ad iracundiā prouocare filios veſtros, ſed educate illos i diſciplina & correptione domini.

d Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis ve

ELVCIDATIO CAPITIS Sexti.

Filij, obedientes eſtote parentibus veſtris, ſicut domino, in ijs q̄ licita ſunt & honeſta. Hoc eni & naturę ius, & ſcripta lex, tanquam iuſtū poſtulat. b Honora (inquit lex) patrē tuum, & matrem tuam, per reuerētiam & obedientiam, & neceſſariorum ſubuentionem, ſi erit opus, Quod mandatum Deus primum poſuit, inter ea quę nos erga homines dirigunt, habens peculiariter promiſſionem adiunctam, vitę longitudinem, pro debito parentum obſequio. c Et vos patres, cauete ne per moroſitatem atque aſperitatem, ſuperfluis obiurgationibus, ad iracundiā filios exaſperetis, ſed benigne enutrite illos, neceſſaria ſubminiſtrantes corpori, inſtruentes eos in diſciplina atq; doctrina morum, addētes (cum opus erit) & ſeueriorem correptionem, vt diſcant ſciātq; timere dominum. d Serui, Dominis temporalibus, quibus eſtis iuſta ſeruitute ſubiecti obedētiam præſtate

cũ timore atq; tremore, id eſt, cũ atten tiſſima reuerẽtia, vt ſeruos decet, i ſim plicitate cordis veſtri, ſine omni dupli citate, vt Chriſto ſeruientes in homine a Non ad exteriorem ſpeciem tantum ſatiſfacientes hominibus, quaſi domi norum fauorẽ ſtudentes acquirere, ſed vt ſerui Chriſti, dominorum carnalium iuſſa, vt dei voluntatem ex animo perfi cientes, b cum promptitudine volun tatis, quaſi Deum in veſtro ſeruitio an te oculos habentes non hominem. c Conſiderantes quoniam Deus iudex eſt, qui vniuſcuiuſq; opus in nouiſſimo remunerabit, ſine perſonarũ acceptio ne. Dominus autem carnalis iudex ſer ui ſui tunc non erit nec remunerationẽ illam ab eo ſpectare debet. d Et vos domini eadem erga illos benignitate, fidelitate, atque iuſtitia vtamini, cauen tes ſuperfluis minis aut verborũ vexa tionibus animos illorum aggrauare, cõ ſiderantes ꝙ idem ſit iudex in cœlis ha bitans: a quo dominus pariter atq; ſer uus erãt æquali iuſtitia iudicandi, citra perſonarum acceptionem, quiſq; ſecũ dum opera ſua, nullo habito ad perſo næ dignitatem aut vtilitatem reſpectu. e Quod ſupereſt fratres, volo vos cor roborari & fortitudinem accipere in do mino, & in eius potentiſſima virtute. In domino enim faciemus virtutẽ, & non

ſtri, ſicut Chriſto.

a Non ad oculũ ſer uientes, quaſi homini bus placẽtes, ſed vt ſer ui Chriſti, facientes vo luntatẽ Dei ex animo.

b cum bona volũtate ſeruientes, ſicut domi no, & nõ hominibus.

c ſcientes, quoniã v nuſquiſque, quodcun que fecerit bonũ, hoc recipiet a domino, ſi ue ſeruus, ſiue liber,

d Et vos dñi, eadem facite illis, remittentes minas, ſcientes quia et illorum & veſter do minus eſt in cęlis, & p ſonarum acceptio, nõ eſt apud deum.

e De cętero fratres, confortamini in domi no, & in potentia vir tutis eius.

a Induite vos armaturam dei. vt poſſitis ſtare aduerſus iſidias diaboli.

in nobiſipſis, a Armatos inſuper vos eſſe velim ad pugnam, amatura non corporali, ſed diuina, vt aduerſus callidiſſimas oppugnationes diaboli poſſitis perſtare immobiles ſine nocumento.

b quoniam nõ eſt nobis luctatio aduerſus carnem & ſanguinẽ.

b Armaturam vtiq; Dei nos oportet eſſe indutos, ob hoſtium cum quib⁹ pugnamus qualitatem, quoniam non eſt nobis pugna, aduerſus homines, carne compactos & ſanguine, contra quos prodeſſet forſitan, carnem armis ferreis induere,

c ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harũ, cõtra ſpiritualia nequiciæ in cœleſtibus.

c ſed aduerſus turmas ſpirituũ, nẽpe aduerſus eos qui pricipatum vſurpant & poteſtatem huius mundi, qui ſunt rectores & principes mundi, rectores, inquam, tenebrarũ harum, id eſt mundi huius, qui plenus eſt tenebris: aduerſus ſpiritus nequam, omni nequicia plenos, q habitant in hoc caliginoſo cœli aeriſq; loco.

d Propterea accipite armaturom Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo & in omnibus ꝑ perfecti ſtare.

d Cũ ergo tales habeatis inuiſibiles, præpotentes, & ſpirituales hoſtes, nolite negligẽtes eſſe, ſed induite armaturam Dei, arma lucis, opera virtutum, vt poſſitis in die oppugnationis atq; tentationis, reſiſtere pugnantibus, & ſic in omnibus ſtare perfecti, vt in nullo ſuccumbatis, conſenſum præbentes malignis ſuggeſtionibus.

e State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veſtros in veritate.

e Vigilanter ergo erecti ad Deum, ſtate per veritatẽ fidei atq; morum, mortificatis ſiue compreſſis concupiſcẽtijs & libidinib⁹ carnalibus, quæ

& induti loricã iuſtitię & calciati pedes, in

in lumbis ſedem habēt. Induti inſuper iuſtitiam pro lorica, & calcari pedibus, id eſt, affectionibus a terra ſeparatis, atq; ad cœleſtia directis, vt ſitis pręparati ad ambulandum viā Euangelij pacis a In omnibus occurrētibus tentationibus, ſemper ſumentes ſcutum fidei in quo facile eſt, quæuis quantumuis vrētia iacula maligni excipere & vt, nihil noceant extinguere. b Et galeam ſalutis aſſumite, ad capitis munimentū. Nam fides ipſa, ratione charitatis, vel ipſa charitas caput Chriſtum in nobis cuſtodit, vt non lædatur in nobis. Atq; hęc ad defenſionem ab aduerſarijs dixi aſſumenda. c Nunc autem, iubeo ad impugnandū aduerſarios, gladium ſpirit⁹ vos aſſumere, quod eſt verbum Dei, quo & diabolum conſtat confodi, ad confuſionem propriam, & qui ſub eo detinentur in peccatis captiui liberātur, ad veritatē tuam vitæ q̃ doctrinæ educti. d His autem omnibus adiūgēda eſt omnis boni aſſidua petitio, & vehemēs obſecratio, vt oretis omni tēpore ſpiritu magis q̃ ſibilo linguæ, ad hoc ipſum cum aſſidua quadam inſtantia & affectuoſa obſecratione vigilanter inſtātes, e pro omnib⁹ fidelibus, & ꝑ me Apoſtolo veſtro, vt det mihi dominus ſermonem bonum & congruum, ad defenſionē fidei, ī ſola aptione oris

præparationem Euangelij pacis.

a In omnibus ſumentes ſcutū fidei, in quo poſſitis oīa tela nequiſſimi ignea extinguere.

c Et galeā ſalutis aſſumite.

c & gladium ſpiritus quod eſt verbum dei.

d Per omnem orationem, & obſecratione morantes omni tēpore in ſpiritu, & in ipſo vigilantes in omni inſtantia & obſecratione.

e pro omnib⁹ ſanctis & ꝑ me vt detur mihi ſermo, in aptione oris mei, cū fiducia notū facere myſterium euāgelij.

mei, ita vt per os meum ipſe loquatur & ſic audeam fiducialiter notum facere atq; profiteri myſterium Euangelij & prædicationis meæ. a pro cuius defenſione nunc legatione fungor in iſtis vinculis, ita vt nō puſilanimitate deterrear, ſed audacter loqui valeā, prout ad Dei & Chriſti gloriā oportet, b Vt autem cętera quæ circa nos aguntur, & familiora noſtra negocia, & quid nūc agā & quo in ſtatu res noſtræ ſint exactæ, pernoſcere valeatis, ecce Tychicus chariſſimus frater noſter & fidelis miniſter in dño, oía nouit, omnia poterit vobis familiariter explicare. c Quem ea cauſa nunc mitto ad vos, vt ex eo diſcatis q̄ circa nos aguntur, & vt ipſe conſoletur corda veſtra. d Sit pax vera omnibus fidelibus, & charitas quæ eſt cum fide a Deo patre omnium noſtrum, & domino Ieſu Chriſto. e Gratia Dei cū omnibus qui dilig ūt dominum Ieſum Chriſtum, in corruptione fidei & morum, incorruptam fidem mēte & incorruptam vitam moribus tenentes, & ſpē incoruptibilem ab eo, non corruptibilia bona expectantes, Amē.

a pro quo legitur fungor ī cathena iſta: ita vt in ipſo audeā, ꝑut oportet, me loqui.

b Vt autē & vos ſciatis, quę circa me ſunt, quę agā, oīa vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter in dño:

c quē miſi ad vos, in hoc ipſum, vt cognoſcatis quę circa nos ſūt & cōſoletur corda veſtra.

d Pax fratribꝰ, & charitas cū fide, a Deo patre noſtro, & dño Ieſu Chriſto.

e Gratia cū oībus qui diligunt dñm noſtrū Ieſū Chriſtū in incorruptione, Amē.

¶Finit textus Epiſtolæ ad Ephcſios beati Pauli Apoſtoli.

¶FINIT ELVCIDATIO IN Epiſtolam ad Epheſios Beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolã ad Philippẽſes beati Pauli Apoſtoli.

PHilippenſes, præ cæteris Eccleſijs, Paulo Apoſtolo ſuo, frequẽtius quæ erant illi neceſſaria ſubminiſtrabant, id quod tam ex huius Epiſtolæ nouiſſimo, quã ex eius quę ad Corinthios poſterior ſcripta fuit, capitulo vndecimo, euadit manifeſtum. Nam in fine huius Epiſtolæ, ſemel illos atq; iterum, Theſſalonicam miſiſſe ſibi neceſſaria, profitetur. Et illo in loco, apud Corinthios gloriatur, quod cum apud illos eſſet & ẽgeret, nulli oneroſus fuerit, eo quod fratres qui veniebant a Macedonia, ſuppleuiſſent quod ſibi deerat. Vnde & nunc, per Epaphroditum, ad illum in carcere conſtitutum miſerant quæ erant neceſſaria, per quem eis hanc reſcribit, commẽdatitiam & affectu charitatis plenam epiſtolam. In qua, primum de illorum bono profectu gratias agens, pro perſeuerantia, deinde & virtutum augmento, precatur Deum. Mox ad ea quę circa ipſum aguntur, ad illorum conſolationem tranſiens, dicit, omnia ad profectum Euangelij cedere, dum per ea quæ pro Chriſto perfert vincula Chriſti nomen efficitur glorioſius, licet quidam exurgant ipſo in vinculis conſtituto, qui CHRISTVM non ſyncere prædicant, ſed propter inuidiam, captiuitatis eius preſſuram ſuſcitare volentes. Verum & hoc ipſum Dei diſpenſatione, in fructum Euangelij ceſſurum confidit. Se quoque ad vtrumlibet, tam ad vitam dicit, quam ad mortem animo paratũ, iuxta voluntatem Dei, quanquam ſe confidit ad diſcipulorum profectum, adhuc in carne

(alioqui moleſta) permanſurum. Monet autem eos vt Euangelio digne viuant, vtque perſequutionibus (quas Deus pro magno dono ſuis electis frequenter immittit) non frangantur, quibus ſint ad ſalutem peruenturi. Secundo autem capitulo, ad fidei vnitatem eos obteſtando hortatur, vt id ipſum ſapiant, abſq; contentionibus, & omni ſuperbia. Exemplo quoq; Chriſti, qui cum in forma Dei eſſet, propter nos exinaniuit ſemetipſum, ipſos quoq; ad humilitatis, charitatis, ac miſericordię hortatur affectum, ad obedientiam quoq; ſalutarem, tam in præſentia q̃ in abſentia ſine murmurationibus exhibendam, vt tanq̃ luminaria luceant in medio nationis peruerſæ infidelium dicens ſe pro illorum ſalute libenter etiam victimari velle, ſi Domino placitum fuerit. Poſt hoc de Timotheo ad eos breui mittendo, & Epaphrodito, remiſſo, familiariter loquitur, cuius etiam infirmitatem narrat atque conualeſcentiam. Tertio autem capite, ſemper gaudere eos iubens, monet a circunciſionis prædicatoribus cauendum, cum nos qui per fidem Deo ſeruimus, vere ſimus in ſpiritu circũciſi, ante Deum. Et quoniã huiuſmodi plurimum ſolent gloriari, obiter Paulus ſe quoq; (ſi velit) contra poſſe gloriari, declarat, ſed propter Chriſti fidẽ, omnia eiuſmodi in quibus illi gloriantur & in quibus etiam ipſe ſecundum carnem poſſit gloriari, ſe ait nihilifacere, velut ſtercora, & omnia detrimentum æſtimare, vt Chriſtum ſibi ſolum lucrifaciat. Ad cuius perfectionẽ ſe nondum arbitratur pertigiſſe, currit tamẽ extentis in anteriora manibus, vt comprehendat. Rurſumq; vt ab iis caueãt falſis prędicatoribus, qui inimici ſũt crucis Chriſti, & terrena ſapiunt, commonefacit. In quarto autem capitulo, ad moralem tranſit exhortationem, vt ſtabiles perſiſtant, idem ſapiant, ſe inuicem adiuuent, ſemper in domino gaudeant, modeſtiam ſuam omnibus innote-

ſcere faciant, & in pace Dei cuſtodiantur, & quęcunq; boni tatis ſunt ſtudioſę ſectētur. Poſtremo de acceptis per Epaphroditum muneribus, famliariter gratias agēs, Deum illis remuneratorem praecatus, ita claudit Epiſtolam.

¶Finit argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Philippenſes Beati Pauli Apoſtoli.

¶ELVCIDATIO CAPITIS Primi.

PaAVLVS & Timothe⁹ ſerui Ieſu Chriſti, ſcribunt ſalutēq; precātur omnibus credētib⁹ in Chriſtū Ieſum, qui ſunt in Philippis ciuitate congregati & ſingulariter preſbyteris atq; dyaconis, qui ſunt inter ipſos. b Gratia ſit vobis & pax a Deo omnium noſtrum patre, & a domino noſtro Ieſu Chriſto c Gratias ago Deo meo, quoties memor ſum veſtri, id quod facio ſemper in orationibus, quas ſine intermiſſione facio pro vobis omnibus, quicunque

TEXTVS EPIſtolę ad Philippenſes Beati Pauli apoſtoli.

TEXTVS CAP. Primnm.

Pa Aulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, omnibus ſanctis in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis, cū epiſcopis & diaconibus.

b Gr̄a vobis & pax a deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto.

c Gratias ago Deo meo, in omni memoria veſtri ſemper i cūctis orationib⁹ meis, pro omnibus vobis

cum gaudio depreca tionẽm faciens.

a ſuper cõmunicatione veſtra in Euangelio chriſti, a prima die vſq; nunc.

b confidẽs hoc ipm, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vſq; in diẽ Chriſti Ieſu.

c ſicut eſt mihi iuſtũ hoc ſentire pro oĩbus vobis.

d eo q habeã vos in corde, & in vinculis meis, & in defenſione & confirmatione euãgelij.

e ſocios gaudij mei omnes vos eſſe.

f Teſtis enim mihi eſt de9, quomodo cupiã oẽs vos eſſe in viſceribus Ieſu Chriſti.

g Et hoc oro, vt charitas veſtra magis ac

per noſtram prędicationem credidiſtis cum gaudio ſpirituali & alacritate mentis, deprecando dominum, pro iſs quæ adhuc vobis ſunt neceſſaria. a Gratias, inquam, ago, de hoc, q participes facti ſitis Euangelij Chriſti, a prima die, ſtatim vt prædicationem noſtram audiſtis, credendo, & proficiendo & perſeuerando in eadem, vſq; nunc, b cõfidens & ſperãs, quoniam ipſe qui dedit vobis boni operis initium, dabit & profectum & conſummationem, vſq; in diem aduẽtus Chriſti, c quemadmodum merito & iure optimo debeo hoc de vobis ſperare atq; exiſtimare, d eo q vos geſtẽ per nimiũ charitatis affectum in intimis cordis mei eiam in vinculis iſtis non perdens veſtri amorẽ habẽs vos ad defenſionẽ & confirmationem Euangelij, pro cuius prædicatione ſum vinctus. Nã numeroſitas bonorum diſcipulorum, defendit commẽdat, atq; confirmat doctrinam præceptoris. e Habeo autem vos in corde, inq; defenſione Euangelij, vt ſitis vos omnes participes gaudij mei, quod & nunc habeo in ſpiritu, & plenius expecto in patria. f Deus enim teſtis eſt, quemadmodum & quantum , omnes vos cupiam iungere Chriſto Ieſu, & in viſcera eius traijcere. g Atq; hoc eſt, qđ aſſidua oratione peto a dño: vt cha-

ritatem veſtrã faciat ſemp excreſcere,
in plena ſpiritualium ac cœleſtium rerũ
ſcientia, et in exacto iudicio, veraq; itel
ligentia, vt dijudicetis, eligendo ſemp
meliora, a vt ſitis integri in omnibus
virtutibus, et ſine vicio, in diem aduen‐
tus Chriſti, repleti operibus bonis, per
Ieſum Chriſtum, qui dat oĩa, in laudem
& gloriam Dei patris. b Illud autẽ vo
lo vos ſcire fratres mei (ne deijciamini
in captiuitate mea) q̃d ea quæ de me a‐
guntur, id eſt captiuitas & perſequutio
iſta, vſqueadeo nihil officiunt glorię E‐
uangelij, vt etiam multo magis cedant
in profectum, & honorem, & diuulga‐
tionem eius. c Vſqueadeo vt fiant vin
cula mea quæ pro Chriſto patior, mani
feſta in toto prætorio, & in omni loco,
in quo narrantur, quę hic circa me agũ
tur. d Vnde fit: vt fidelium complu‐
res, fiduciã accipientes ex vinculis meis
in dño, plus etiam ſolito audeant ver‐
bũ Dei proloqui, ſine timore perſequu‐
tionum. e Ex eis vero qui prædicant
Chriſtum, ſunt quidam qui propterin‐
uidiam qua mihi inuident, et malicioſã
quandam contentionẽ, vt habeantur
Apoſtoli ſicut et ego, hoc faciunt. f
Alij xero ex recta et ſyncera voluntate,
propter Dei gloriam. g iſti (inquã) ex
amore quo tũ erga Deũ, tũ erga Euan‐
geliũ, tũ erga nos afficiuntur, ſcientes

magis abundet, in o[mni]
ſcientia & in omni ſẽ‐
ſu vt ꝓbetis potiora.

a vt ſitis ſynceres &
ſine offenſa, in die
Chriſti repleti fructu
iuſtitiæ, per Ieſũ xp̃m
in gloriam & laudem
Dei.

b Scire aũt volo vos
fratres, quia quę circa
me ſunt, magis ad ꝓ‐
fectum venerunt E‐
uangelij.

c ita vt vincula mea
manifeſta fierent in
Chriſto, in omni præ
torio, & in cæteris o‐
mnibus.

d vt plures e fratrib9
in dño confidentes in
vinculis meis, abũdã
tius auderent ſine ti‐
more verbum dei lo‐
qui.

e Quidam quidẽ, &
propter inuidiam &
contentionem.

f Quidã aũt, & pro
pter bonã voluntatẽ
Chr̃m prędicant.

g Quidã ex charita‐
te, ſciẽtes q̃m in defẽ
ſione Euanglij poſit9
ſum.

a Quidam aũt, ex cõ tentione Chriſtũ annũ ciãt, nõ ſyncere, exiſti mantes preſſuram ſe ſuſcitare vinculis meis

b Quid eni dũ omni modo, ſiue p occaſio nẽ, ſiue p veritatem Chriſtus annuncietur

c & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.

d Scio ei ꝙ hoc mi hi pueniet ad ſalutẽ, p veſtrã orationẽ, & ſubminiſtrationẽ ſpi ritus Ieſu Chriſti.

e ſecundum expecta tionem & ſpem meã quia i nullo cõfũdar. f ſed in omni fiducia ſicut ſemp, & nunc magnificabitur Chri ſtus in corpore meo, ſiuę per vitam, ſiue p mortem.

g Mihi ei viuere xp̃s eſt, & mori lucrum.

me in defenſionẽ Euangelij conſtitutũ a Deo, ſiue recluſum carcere a perſecu toribus, et quia mihi minus licet, ideo ipſi ardentius prædicant. a Quidam autem (vt dixi) contentioſe & ad inui diam Chriſtum annunciant, nõ ſynce ra voluntate, ſed ad illum finem, vt ca ptiuitas mea aggrauetur, & me reddãt odioſiorẽ. b Quid autem, mea, quo affectu hi prædicent? Mihi ſatis eſt, q̃d annuncietur Chriſti prędicatio, quocũ q; modo id fiat, ſiue per occaſionem & præter intentionẽ, propter alium finem quam propter Dei gloriam, ſiue ex veri tate & ſynceritate affectus. c In hoc ſemper gaudeo, & gaudere volo, ꝙ ſi ue ſic, ſiue ſic, tñ Chriſtus prædicatur. d Confido enim, quoniã Deo diſponẽ te, hoc ipſũ mihi ad ſalutem proueniet, per adiutorium orationum veſtrarum, & ſuggeſtionem atq; directionem ſpiri tus Ieſu Chriſti, qui facit diligẽtib⁹ deũ omnia in bonum cooperari. e iuxta quod expecto & ſpero, in nullo me con fuſum iri. f ſed in pleniſſima fiducia, ſicut ſemper glorificatus eſt Chriſtus in corpore meo, ita & nunc, ſpero, glorifi cabitur, ſiue per vitam, ſiue per mortẽ. g Nam mea quidem vita, Chriſtus eſt, & mortem ego pro lucro reputo, vt po te per quam a pluribus malis redimor & ad cœleſtia ſummeq; exoptata bona

perueniam. a Quod ſi adhuc in cor-
pore viuere me velit dominus, hoc mi-
hi fructum bonorum operum augmen
tabit. b Et ſane, vtrū ex duobus elige
re velim, ipſe ignoro, cogor tamē ad al
terum habēs quidem deſideriū morien
di ſecundū corpus, & ad Chrm̄ migran
di, id quod mihi (quantum quidem ex
mea parte) multo melius foret atq; gra
tius. c Attamen vt in corporis vita ad
huc permaneā, magis neceſſarium eſt,
propter vos oēs qui per me credidiſtis
Deo. d Et hoc fiducialiter ſperās, cre
do q̄ ſuperſtes permanebo, adhuc ali-
quantum tempus donec placitum erit
domino, oīnibus vobis diſcipulis meis,
hoc eſt ad veſtrum maiorē profectum
& vt gaudeatis in fide veſtra abundan-
tius, e vtque gaudium veſtrum & ex
ultatio, ſit abundantior in Chriſto Ie-
ſu propter me & aduentum meum, cū
venero ad reuiſendum vos, ſi ita domi
no viſum fuerit. Verumtamen (quan-
do certam omnino Dei voluntatem,
aut futurorum circa nos euentum, nō
plene cognoſcimus) quomodocunq;
eueniat, f vos tantum curate, vt ſe-
cundum formam Euangelij digne vi-
uatis, vt ego gaudeam in vobis, ſiue
cum ipſe venero & videro, ſiue cum
abſēs in vinculis manēs audiero, q̄ for
titer perſtatis in vno ſpiritu, vni⁹ animi

a Quod ſi viuere in carne, hic mihi fruct⁹ operis eſt.

b & quid eligā, ignoro, coartor aūt e duobus: deſiderium habēs diſſolui & eſſe cum Chriſto, multomagis melius.

c permanere aūt i carne neceſſariū, propter vos.

d Et hoc confidens, ſcio quia manebo, & permanebo, oībus vobis, ad profectum veſtrū, & gaudiū fidei.

e vt gratulatio veſtra abundet in Chriſto Ieſu, in me, per meū aduētū iterum ad vos.

f Tantū digne euāgelio Chriſti cōuerſamini, vt ſiue cū venero & videro vos, ſiue abſēs audiā de vobis, q̄ ſtatis in vno ſpiritu, vnanimes collaborantes fidei Euangelij

& in nullo terreamini ab aduerſarijs.

non diſcordes, pariter laborantes in fide euãgelica, ita vt perſeueretis & operemini in ea, & non deficiatis propter terrorem aduerſariorum veſtrorum. a Quęquidem aduerſatio atque perſecutio, quam vobis inferunt ipſis quidem inferẽtibus eſt cauſa æternæ damnationis, vobis autem (Deo diſponente) occaſio erit ſalutis veſtræ. b Et hoc ipſum Dei munus eſt, Deiq; eſt hęc ordinatio. Quoniam vobis donatum eſt, nõ ſolum in Chriſtum credere, ſed etiã vt pro eius amore patiamini, quod eſt ſingulare munus, & nõ niſi electis amicis conceſſum. c Idem enim certamẽ cum infidelibus perſecutoribus habuiſtis, quale & olim vidiſtis de me cum apud vos eſſem, & virgis cæſus in carcerem conijcerer, & nunc auditis iterũ de me, quomodo vinctꝰ ſum pro chriſti nomine.

a quæ illis eſt cauſa ꝑditionis, vobis autem ſalutis.

b Et hoc a deo, quia vobis donatum eſt ꝓ Chriſto, nõ ſolũ vt in eũ credatis, ſed vt etiã ꝓ illo patiamini,

c Idẽ certamẽ habentes: quale & vidiſtis in me, & nunc auditis de me.

TEXTVS CAP. Secundum

❡ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

a Si qua ergo conſolatio in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi quæ ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis, implete gaudiũ meum,

Na Vnc igitur, ſi qua eſt conſolatio quam mihi vultis impendere ſi mihi vllum vultis ſolatium atque refrigerium charitatis præſtare in tribulationibus iſtis, ſi vlla mihi ſpiritus ſocietate vultis coniungi, ſi mihi viſcera miſerationis oſtendere, non aliud a vo

bis poſtulo niſi vt impleatis & perficia
tis gaudium meum, quod de veſtris bo
nis principijs iamprid ē cõcepi, a hoc
eſt, vt idem ſentiatis abſq; diſſenſioni
bus, habentes mutuam charitatē in in-
uicem vnius animi atq; affectus, in fi-
dei negocio penitus ſentientes. b Ni-
hil agatis ex contentione ſiue ambitio
ne, neq; ex vana gloria, ſed omnia agi
te in humilitate, tanquam ſubiecti inui
cem, proximos ſemper vt ſuperiores re
uerentes. c Non conſiderantes ſingu
li propria commoda tãtum, aut quę in
vobiſipſis ſunt bona, ſed magis etiam
quę aliorum. Sic enim & humilitas fo-
uetur, & charitas. d Si autem in vo-
bis ille affectus pro exemplo, quem &
in chriſto Ieſu comperim⁹. e Qui cum
eſſet eiuſdem cum Deo patre ſubſtan-
tiæ, & eiuſdē naturæ, non voluit tamen
patris gloriam ſibi rapere quam in om
nibus ſemper quęſiuit dum ſuper ter
ram viueret, propriam contemnendo,
nec mũdanis honoribus, tanquam pa-
tri ęqualis honorari petijt ſuper terram
Cum tamen gloriam omnem & omnē
honorem iure optimo & merito, vtiq;
accipere potuiſſet, vt pote filius patri
conſubſtantialis & coęqualis per om
nia. f Propter noſtrum tamen ſalutis
profectum, & exemplum humilitatis
nobis prębendum, humiliauit, abiecit-

a Vt idē ſapiatis, eãdē charitatē habentes, vnanimes, idipſum ſentientes.

b Nihil per cõtentionem, neq; per inanem gloriam, ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes

c Non quæ ſua ſunt ſinguli conſiderantes ſed & ea quę aliorũ.

d Hoc enim ſentite in vobis, quod & in chriſto Ieſu.

e Qui cum in forma Dei eſſet non rapinã arbitrat⁹ eſt eſſe ſe ęqualem deo.

f Sed exinaniuit ſemet ipſum, formam ſerui accipiēs, in ſimilitudinē hominũ factus.

a Humiliauit ſemetipſum, fact⁹ obediēs vſq; ad mortem, mortē tem autem crucis.
b propter quod, & deus exaltauit illū, & donauit illi nomē: qđ eſt ſuper om̄e nomē.
c vt ī nomine Ieſu omne genu flectat̄, cœleſtiū, terreſtriū, & infernorum.

b & oīs lingua confiteat̄, quia dn̄s noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt dei patris.
e Itaq; chariſſimi mei ſicut ſemper obediſtis nō in prſentia mea tātū, ſed multomagis nunc in abſentia mea, cū metu & tremore veſtrā ſalutē operemini.

q; ſemetipſum, & obſcurauit obtexitq; omnem illam diuinitatis gloriam, aſſumendo ſeruilē ſpeciē carnis noſtræ, ſecundū veritatē aſſumptę homanæ naturę ſimilis factus hominib⁹, ſpecie, figura, atq; diſpoſitione, per omnia, vt cæteri hominū viſus & cōſpectus. a Humiliauit ſeipſum, ex patris obedientia, vſq; ad mortē, & illam quidem ignominioſiſſimam, mortē crucis. b Qua humilitate promeruit exaltari a patre, & donari ſibi, clarificari, atq; prædicari nomen diuinitatis, quod ſupergreditur omne nomē. c ita vt modo poſtq̄ ei⁹ diuinitas clarificata & manifeſtata eſt a patre, diuinum illi omnis creatura rationalis exhibeat honorē, & genuflexionē (id eſt reuerentiam & obediētiam) nomini eius. Omnis (inquam) creatura, ſiue cœleſtis illa fuerit, ſiue ſuper terrā, ſiue ſubtus terram, id eſt, angelica, humano, & diabolica, d & omnis lingua cōfiteat̄ palā q dn̄s noſter Ieſus chr̄s, q tā vilis olim fuit reputat⁹, nūc in gloria reſidet patris ſui, eidē p oīa coæqualis. e Itaq; chariſſimi mei, ſicut hactenus ſemper obedientes fuiſtis, non ſolum me pręſente apud vos. Ita & nunc dum abſens ſum a vobis, multomagis obedientes eſtote, & omni ſollicitudine curate, opera ſalutis operari. Ecce enī Deum in hoc adiutorem habetis, ſi nō

go in negocio Chriſti. a Hunc igitur, tam probatum & tam dignum Chriſti ſeruum, ſpero me ad miſſurũ, mox vt cognouero certius aliquid, quid de me ſit futurum. b Confido autem (volente domino) meipſum quoq; cito venturum, ad inuiſendum vos. c Neceſſarium autem mihi fuit viſum, vt remitterẽ ad vos Epaphroditũ fratrem meum, & cooperatorẽ in prędicatione Euangel:j et comilitonem meũ in ſuſtinendis pariter aduerſis, veſtrum autem Apoſtolum, & Epiſcopum, p quem adminiſtratis mihi neceſſaria. d Quoniã ipſe quidem omnes vos ſpiritu deſyderabat, & contriſtatus erat ex eo ꝙ audieratis illũ infirmatũ, metuens ne vos id grauius contriſtaret. e Neq; falſum eſt, qđ audieratis. Nam & infirmatus eſt vſq; ad mortis periculũ: ſed dominus pepercit ei. f Non ſolum autem ei, ſed et mihi pepercit, ne me ſupra modum affligeret, et triſtitiam accumularet triſtitię. g Mox autem vt ſanitatem recuperaſſet, feſtinaui eũ remittere ad vos, vt viſo eo gaudiũ veſtrum redintegretur, & ego ſim ſine triſtitia, qm̃ veſtra triſtitia me contriſtat, & gaudiũ veſtrũ me lætificat. h Excipite itaq; illum benigne & reuerẽter, & qui tales ſunt habete in honore & reuerentia, obediendo eis. i quoniam propter opus Chriſti, pieta-

a Hunc igitur ſpero me mittere ad vos, mox vt videro quæ circa me ſunt.

b Confido autem in domino, qm̃ & ipſe veniã ad vos cito.

c Neceſſariũ autem exiſtimaui Epaphroditũ fratrẽ, & cooperatorẽ, & cõmilitonem meum, veſtrum autẽ Apoſtolũ, & miniſtrũ neceſſitatis meæ, mittere ad vos.

d Quoniã quidẽ oẽs vos deſyderabat, & mœſtus erat ꝓpterea ꝙ audieratis illum infirmatum.

e Nã & infirmatus eſt vſq; ad mortẽ, ſed Deus miſertus eſt ei9

f Nõ ſolũ autẽ eius, verũ etiã et mei, ne triſtitiã ſuper triſtitiam haberem.

g Feſtinantius ergo miſi illũ, vt viſo illo, iterum gaudeatis, & ego ſine triſtetia ſim.

h Excipite itaq; illũ cũ omni gaudio, in dño & eiuſmodi cũ honore habetote.

i qm̃ propter opus Chri vſq; ad mortẽ

aceſſit, tradēs animā ſuā, vt impleret id q̃d ex vobis deerat erga meum obſequium.

tis, et miſericordiæ, vel mortis ſe periculis obiectare nō timuit, exponens periculo vitam ſuā, vt pro vobis oib⁹ (q̃d per voſipſos nō poteratis abſētes) mihi obſe q̃ret, atq; miniſtraret i neceſſitatib⁹ meis

TEXTVS, CAP. Tertium.

¶ ELVCIDATIO CAPITIS Tertij.

a De cętero fratres mei, gaudete in domino. Eadē vobis ſcribere, mihi quidē non pigrū, vobis autem neceſſariū.

b Videte canes, videte malos operarios videte conciſionem.

c Nos eni ſumus circuncīſio, q ſpiritu ſeruim⁹ deo, & gl'iamur in Chriſto Ieſu, & non in carne fiduciam habentes.

d Quanq̃ & ego habeā con fidentiam in carne.

e Si quis alius videt

Ca Aeterū fratres, moneo vos, vt ſē per in dn̄o ſitis gaudentes. Eadē mihi ſcribere vobis, q̃ et aliīs ſcribo Eccleſiīs, aut quę vobis alias ſcripſi, aut pręſens alias docui, mihi quidē non eſt moleſtum, eo q; vobis cognoſcā eſſe vtile et neceſſarium. b Attendite a canibus, qui veſtram libertatem volūt per inuidiam dirumpere, & conſyderate ſubdolos & infideles operarios Pſeudapoſtolos, Obſeruate circunciſos iſtos docētes circunciſionē, vt ne acquieſcatis dogmatibus eorum. c Nos enim ſumus vere populus circunciſus, ſpirituali circunciſione, qui ſpiritu ſeruimus Deo, abſcidentes omnes carnis concupiſcentias, & gloriamur atq; placem⁹ nobis in fide Chriſti Ieſu, non habentes fiduciam neq; complacentiam in carnalibus obſeruantiīs, ſicut carnales faciunt Iudæi. d Quanquam nihilominus etiam ego habeam vnde poſſim gloriari (ſi liberet) in iīs in quibus illi ſolent ſe iactare. e Si quis enim alius videtur ſibi glorio

ſit defectus ex patre veſtri. a Nam Deus eſt qui operatur intra vos, coope rante veſtra voluntate, vt velitis bonū, & etiam vt perficiatis, id eſt, deſiderium operis boni, & ſimul ipſius operis cōſummationem, Idq; facit pro ſuo be nigno beneplacito, non ex vllo debito. b Omnia autem opera veſtra facite, murmurando contra Dei iudicia, & nō diffidendo de Dei auxilio, in omnibus quæ vobis obuenerint. c vt inueniamini tales de quibus cōqueri nemo iure poſſit, & nullam duplicitatem habētes, ſed integri & veraces, ſitiſq; filij Dei irprehenſibiles, & ſine crimine in medio infidelium, qui ſunt generatio praua, in omini malicia, & peruerſa, quoniam pro creatore creaturam peruerſi homines colunt. d Inter quos lucere debe retis vos fideles, ſicut luminaria ſuo lumine mundum illuſtrantia, vt ambu lēt in lumine veſtro & alliciantur ex cla ritate conuerſationis veſtræ ad viam bonā etiā qui in tenebris ſunt, e cuſto dientes in vobis per fidem & obſeruationem operis, verbum vitæ quod prædicauimus, vnde erit mihi gloria, in die aduentus Chriſti. f Tunc enim palam fiet, quod ſollicitudo mea diligentiſſima, & labores mei, non fuerint inanes, nec ſine fructu, Iā enim ego obtuli dn̄o ſacrificiū & oblationem ac

f Deꝰ eſt enī, qui operatur in vobis, & velle & perficere, pro bona voluntate.

b Omnia aūt facite, ſine murmuratiōibꝰ & hæſitationibus.

h vt ſine querelo, & ſimplices, filij dei, ſine reprehenſione, in medio nationis prauæ & peruerſæ.

d inter quos lucetis ſicut luminaria ī mūdo

e verbū vitæ continētes ad gloriā meā, in die Chriſti.

f quia nō īvacuū cucurri, neq; invacuū laboraui.

ceptiſſimam, omnium veſtrum fidem, omnes vos fideles efficiens. a Quod ſi ſupra hanc oblationem, placuerit do mino, vt etiam egoipſe immoler, & fiã oblatio ei per mortem, nequaquam cõ triſtabor, ſed gaudeo propter meum lu crum, & omnibus vobis congratulor & congaudeo: quoniam vos ex hoc fru ctum capietis, & efficiemini in fidę chri ſti & patientia, meo exemplo confirma ti. b et vos quoq; debetis in hoc gau dere propter bonum veſtrum, & mecũ gaudere, propter gloriam meam, ſi qui dẽ ſic domino placuerit. c Spero au tem (ſi voluntas domini fuerit) me bre ui miſſurũ ad vos Timotheum, vt cum cognouero per eũ, quæ apud vos agũ tur, ſim animo bene cõſolatus. d Hũc autem potiſſimum volo mittere, quo niam neminem apud me habeo, tam vnius mecum propenſiq; animi, in idẽ opus miniſterij, qui ſic ꝑ ſalute veſtra ac cæterorum diſcipulorũ zelat ex inte gro affectu ſpiritus, ſicut hic Timotheꝰ e Nã plurimi ex ijs qui videbantur ma gna facturi, orta tribulatione mea di ſcedentes, ſua priuata commoda, glo rię Chriſti præponunt. f Eius autem fidem, vel hoc ſatis probat, quod ita collaborault mihi in prędicanda euan gelio, quemadmodum filius patri, prõ ptiſſimus ad omnia, quæcunq; ei iniun

a Sed etſi immolor. ſu pra ſacrificiũ & obſe quiũ fidei veſtræ, gau deo, & cõgratulor oĩ bus vobis.

b Idipſum autem & vos gaudete, & con gratulamini mihi.

c Spero autem in do mino Ieſu Timotheũ me cito mittere ad vos vt & ego bono animo ſim, cognitis quæ cir ca vos ſunt.

d Neminẽ enĩ habeo tam vnanimẽ, qui ſyn cera affectione ꝓ vo bis ſollicitus ſit.

e Oẽs enĩ, quæ ſua ſũt quęrũt, non quæ Ieſu Chriſti.

f Experimentũ enim eius cognoſcite, q̃m ſicut patri filiꝰ, mecũ ſeruiuit in Euãgelio.

ſus & carnis propagatione, vel carnali legis obſeruatione, mihi forſitan magis in his liceret gloriari, citra mendacium, a qui ſum circunciſus legittime ſuo tẽpore, octaua die, non aduena, nec ex filijs proſelytorum, ſed ex ſemine Iſrael, de tribu non ignobili Beniamin. b Hebręus ex hebręis natus, ſecundum legis quidem obſeruationem ſectæ phariſaicæ, quæ erat alijs ſectis cõmendatior q̃ tum ad æmulationem, adeo feruidus pro lege, vt perſequerer Eccleſiam chriſti, quam nunc vere ſcio eſſe Dei, c ſecũdum iuſtitiam quæ ex lege haberi poterat, ita conuerſatus vt non poſſit me quiſpiam arguere trangreſſæ legis. d Sed quæ hactenus in Iudaiſmo, velut magna & præcioſa ſtudui congregare, poſtq̃ Chriſti veritatem agnoui, reputaui vt impedimenta veritatis percipiendę. Qui enĩ inhæſerit vmbrę, impedit̃ a cõtẽplatione veritatis. e Imo vero oĩa prorſ⁹, ſiue legalia, ſiue terrena, ego exiſtimo impedimentum præſtare veritati Euangelicæ, & velut detrimenta abijciẽda, propter illã pręclaram fidẽ & cognitionẽ Chriſti Ieſu dñi mei, & ſctõrum myſteriorum eius, f propter cui⁹ amorẽ atq; fidẽ, omnia penitus reputaui impedimẽta a lucro ſpiritual., & velut ſtercora nihili pendendo ad veram ſalutem conſequẽdã, g vt Chriſtũ mihi

cõfidere in carne, ego magis.

a circunciſus octaua die, ex genere Iſrael, de tribu Beniamin.

b Hebręus ex hebreis ſecũdũ legẽ Phariſe⁹ ſcd̃m ęmulationẽ, perſequẽs Eccleſiã dei.

c ſcd̃m iuſtitiã quæ ĩ lege eſt, conuerſatus ſine querela.

d Sed quę mihi fuerunt lucra, hęc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta.

e Veruntamen exiſtimo oĩa detrimẽtũ eſſe propter, eminentẽ ſciẽtiam Ieſu Chriſti domini mei.

f Propter quẽ, omnia detrimentu m feci, & arbitror vt ſtercora.

g vt Chr̃m lucrifaciã

vt & inueniar in illo, non habens meã iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed illam quę eſt ex fide chriſti Ieſu, quæ ex deo eſt iuſtitia in fide.

& eius iuſtitiam veram lucrari valeam. Vt per fidem illius iuſtificatus, inueniar non habens iuſtitiam meam (hoc eſt ex meis opibus, in obſeruatione legis operatis) ſed eam iuſtitiam qua iuſtificatur homo per fidem Chriſti Ieſu, quæ iuſtitia ex deo gratis nobis cõfertur, & gratis per cũ iuſtificamur, in fide viua, nõ ex operibus legis.

a ad cognoſcendũ illum, & virtutẽ reſurrectionis eius.

a Quę, fides hoc mihi præſtat, vt cognoſcam Chriſtum & virtutem, ac myſterium reſurrectionis eius, per quam nobis etiam credentibus, ſpem dat reſurgendi,

b & ſocietatẽ paſſionis illius.

b vt inſuper cognoſcam ſocietatem & communionem, qua communicant credẽtes, merito paſſionis eius.

c configurat9 morti eius.

c Vt inueniar (inquam) cõfiguratus ſimilitudini mortis eius, p veteris vitę omiſſionẽ, & nouitatẽ vitę melioris,

d ſi quo modo occurram ad reſurrectionẽ q̃ eſt ex mortuis.

d vt ſuo tpe chriſto ad iudicium venturo vna cum cæteris ſanctis valeam in gaudio occurrere, & obuiam pergere a mortuis reſurgendo.

e Nõ ꝙ iã acceperi aut iam ꝑfectus ſim.

f Hæc autem dico, non ꝙ me putem iam accepiſſe, quod expecto, præmium reſurrectionis, aut vſq; adeo eſſe in configuratione mortis eius perfectum, vt vel cadere ab eo non poſſim, vel vlterius non proficere ſpem tamen habens bonam, tam ad brauium obtinẽdum q̃ ad perfectionis conſecutionẽ

f Sequor autẽ ſiquõ cõprehẽdam, in quo

f viriliter curro, ſi quo modo comprehendam aliquando, & aſſequar quod

quęro, quemadmodum olim me Chriſtus inſecutus eſt & comprehēdit, quādo pergenti ad perſecutionem membrorum ſuorum in luce & virtute apparens, me ſibi captiuum abduxit, in ſeruitutem ſuam. a Fratres aperte fateor licet Apoſtolus ſim, non tamen arbitror me comprehendiſſe, ſic quaſi de brauio iam certus aut ſummum perfectionis faſtigium conſecutus. b Vnū autem iſtud eſt, ad quod laboro. Nempe vt ea quæ retro ſunt (id eſt priores legis obſeruātias, item cuncta terrena bona) nihil pendens, ad ea vero quæ anteriora ſunt (id eſt, potiora gratię & cœleſtia bona) meum deſiderium excitās ſollicite diligenter, atq; feruenter contendam ad ſcopum perfectionis, qui nobis eſt prę fixus, atq; ita conſequenter, ſi illum attigerim⁹, ad brauiū quod adeo deſuper proponitur, in vocatione noſtra, omnibus Chriſti fidelibus. c Quicunq; ergo veri & perfecti fideles eſſe volumus, hoc nobis eſt ſentiēdum ne quis putet ſe in hac vita perfectum, aut penitus ſecurū. d Etſi quid aliud amplius ſapueritis, & hoc ex Dei vobis mnnere reuelatū agnoſcite. e Verūtamen id ad quod nunc peruenimus, quodque nobis iam reuelatione compertum eſt, neceſſe eſt vt quantum ad

& cōprehenſus ſum a Chriſto Ieſu.

a Frēs ego me nō arbitror comp̄hendiſſe.

b Vnū aūt, quæ quidē retro ſūt obliuiſcēs ad ea quæ ſunt priora extēdens meipſum ad deſtinatum perſequor ad brauiū ſupernæ vocationis Dei, in Chriſto Ieſu.

c Quicunq; ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.

d & ſi quid aliter ſapitis, & hoc vobis de⁹ reuelabit.

e Verūtamen ad qđ peruenimus, vt idem ſapiamus, & in eadē p̄maneamus regula.

hanc partem, concordi ſimus ſententia, & neceſſe eſt vt in eodem permaneamus canone fidei quem a Deo iam didicimus. a Eſtote autem imitatores mei, & obſeruate eos vt ſint vobis in exemplum & imitationem qui ambulāt ſecundum exemplum noſtrum, quod habetis cognitum, eo ꝙ vidiſtis meam cōuerſationem inter vos. b Nec id ſine cauſa admoneo, multi enim pſeudapoſtoli paſſim circūeunt, & obambulant, & conuerſantur, quos ſæpius denunciaui vobis, & etiam nunc cum lachrymis denuncio eſſe inimicos crucis Chriſti, quoniam & libertati quam illa peperit prædicando aduerſantur, & humilitatem atque auſteritatem & continētiam quam illa docet, aſpernantur, contrario modo viuentes, c quorum finalis retributio, mortis æternæ damnatio erit. d Qui omnia ad ventrem referunt, & gulæ atque luxuriæ ſeruiunt, & id quod ſibi gloriam reputant, erit in confuſionem ipſorum, qui affectu prorſus terreni ſunt & terrena quærunt. e Nos autem in cœlis conuerſamur dum non niſi cœleſtia quærimus & ſapimus. Atque ob hoc fiducialiter expectamus aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, de cœleſtibus ad iudicium, vt ſit nobis ſaluator, f qui immutabit corpus hoc vi-

a Imitatores mei eſtote fratres, & obſeruate eos qui ita ambulant, ſicut habetis formam noſtram.

b Multi enim ambulant, quos ſæpe dicebā vobis, nunc autem & flēs dico inimicos crucis Chriſti.

c quorū finis interit⁹.
d quorū deus venter eſt & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.

e Noſtra autē cōuerſatio in cœlis eſt. Vñ etiam ſaluatorē expectamus dominū nřm Ieſum Chriſtum.

f qui reformabit cor-

liſſimum, quod nunc nos gerimus aſſimilans id corpori ſuo glorioſo, per immortalitatis donum, a ſecundum virtutem & operationem illam diuinitatis, qua etiam poteſt ſibi omnia ſubijcere. Nam & per virtutem diuinitatis fecit, vt Chriſto homini poſt iudicium ſint plenè ſubiecta omnia, tam cęleſtia quã terreſtria.

pus humilitatis noſtrę configuratũ corpori claritatis ſuę.
a ſecundum operationem virtutis ſuæ, qua etiam poſſit ſibi ſubijcere omnia.

¶ ELVCIDATIO CAPITIS Quarti.

P a Roinde fratres mei, quos & ſumme charos, & ſumme habeo in Chriſto deſideratos, in quibus gaudeo, &, pro quibus mercedem ex pecto æternę retributionis, ſic ſtate (p̃cor) vt decet eos qui tantam ſpem habent in fide & operibus Deo dignis.
b Vos quoque o Euodia & Syntyche nominatim deprecor vt idem ſapiatis in fide Chriſti, ſicut oportet. c Et te rogo mi Germane collaborator, qui tã ingenue in negocio Chriſti mihi cooperaris, vt adiuues illas ſi habuerint in vllare tuo auxilio opus q̃ laborauerũt mecũ in negocio Euãgelij cũ clemẽte & cæteris coadiutorib⁹ meis, quorũ noĩa Deus ad ſalutẽ, in ſua æterna p̃deſtinatione (vt ſpero) deſcripſit. d Gaudete ſemp in domino, ſpirituali gaudio, & rurſus

TEXTVS CAP. Quartum.

a Itaq; fr̃es mei chariſſimi & deſideratiſſimi gaudiũ meũ & corona mea, ſic ſtate in domino chariſſimi.

b Euodiam rogo, & Syntychen deprecor, idipſum ſapere ĩ dño. c Etiã rogo & te Germane compar, adiuua illas quę mecũ laborauerũt in euãgelio: cũ Clemente & cęteris adiutorib⁹ meis quorũ nomina ſũt in libro vitæ.

d Gaudete in dño ſemper iterum dico gaudete.

(vt magis inculcem)repeto,vt gaudere ſtudeatis. a Veſtra modeſta, & benigna, & māſueta conuerſatio luceat coram comnib⁹ hominibus etiam infidelibus b Scientes,quoniam dominus prope eſt,vt conſpiciat, atq; vt iudicet conuerſationem noſtram. c Pro nulla re temporali vos angat aut affligat ſollicitudo, ſed ab omni ſollicitudine liberi, iugiter in oratiōe eleuati & attētiori obſecrationi intenti, agētes gratias de præteritis bonis acceptis,facite vt petitiones veſtræ pro ijs quæ adhuc deſiderati s,exaudiantur apud dominum. d Et pax illa cœleſtis, quæ eſt a Deo in cordibus fidelium,quæ nequit comprehendi qū alis ſit aut quanta,ipſa cōſeruet volūtatem veſtram,atq; intellectū, vt pmaneant in Chriſto Ieſu. Mox enī vt pax Dei perditur,cor & intelligentia a Deo decidunt. e Cæterum fratres hortor vos vt ab omni impudicitia & vanitate auertētes animum, ſectemini ea quæ ſunt veritatis,pudicitiæ,iuſtitię quæcunq; ad ſanctitatē faciunt, & quæcunq; amorem fraternum nutriunt,aut bonam famam promouent,quæ indubie multum confert profectui Euangelij. f Deniq;,quicquid eſt virtutis,quicquid eſt diſciplinę laudabilis,hęc (inq̄) & his ſimilia,amodo meditāda ſunt vobis,quæ & didiciſtis a nobis, & accepi-

a Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hoībus,

b Dn̄s enī prope eſt.

c Nihil ſoliciti ſitis, ſed in omni oratiōe & obſecratione,cum gratiarum actiōe, petitiones veſtræ innoteſcāt apud deum.

d Et pax dei q̄ exuperat omnem ſenſum cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras, ī Chriſto.

e de cætero fratres.q̄cunq; ſunt vera, quæcūq; pudica, quęcunq; ſancta, quęcunque amabilia, quęcūq; bonę famæ,

f Si qua virt⁹, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate, quæ & didiciſtis,& accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me.

ſtis, per fidem, & audiſtis per noſtrã p̃dicationem, & vidiſtis in cõuerſatione noſtra. a Hęc (inq̃) agite, dimiſſis priſtinis operibus malis, & Deus, a quo omnis pax vera, quiq; pacem diligit, & in pace habitat, faciet mãſionem ſuam in vobis. b Gauiſus ſum autem vehemẽter in domino, cum iam rurſum video vos reuireſcere, ad exhibenda mihi priſtina miſericordiæ obſequia, ſicut ſolebatis mihi ex affectu compati, & opere ſubuenire. c Habeo autem vos excuſatos, ꝙ aliquãtulum intermiſeritis officium hoc eo ꝙ credam vobis defuiſſe mittẽdi oportunitatẽ. d Neq; vero hęc dico, quaſi ego de mea penuria cõquerar. Iam enim experientia frequenti edoctus, didici ſufficientiam habere in ijs quæ mihi contingunt, id eſt, præſentibus eſſe contẽtus, ſiue multũ id fuerit, ſiue parũ. e Scio, & in paupertate & in abundantia exteriori tenere modũ & cõtẽtus eſſe in vtroq; f Iam ad omia ſum inſtructus atq; paratus, & ad omnia indifferens, potens in ſatietate atq; eſurie (id eſt, ſiue in abundantia ſiue in penuria) medium tenere & contẽtus eſſe. g Quicquid mihi obuenerit, omia poſſum ad bonum vertere, per eius virtutem qui me confortat, hoc eſt Chriſti h Nihilominus bonam rem feciſtis vos communicantes mihi in tribulationib⁹

a Hęc agite, & deus pacis erit vobiſcum.

b Gauiſus ſum autem in dño vehementer, q̃m tandẽ aliquando refloruiſtis pro me ſentire, ſicut & ſentiebatis.

c Occupati autẽ eratis.

d Non quaſi ꝓpter penuriã dico Ego enĩ didici, in quibus ſum: ſufficiens eſſe.

e Scio & humiliari, ſcio & abundare.

f Vbiq; & in omĩbus inſtitutus ſum, & ſatiari & eſurire, & abundare & penuriã pati.

g Oĩa poſſum in eo qui me confortat.

h Veruntamen bene feciſtis, communicantes tribulationi meæ.

pro Chriſto conſtituto, participātes merito tribulationis meæ. Propter quod ego gaudeo, ob bonum veſtrum. a Scitis autē vos Pilippēſes, cum inciperem Euangelium prædicare in vobis, proficiſcenti mihi a Macedonia ꝙ nulla Ecclesiarū mihi quicquā contulit, dando temporalia bona in ſtipendium, pro ſpiritualibus acceptis niſi vos ſoli. b Nam & mihi in Theſſalonica Metropoli ciuitate cōſtituto, ſemel atq; iterum vos neceſſaria victui & vſui quotidiano miſiſtis. c Neq; hoc replico, quia quæro dona veſtra, ſed quia deſidero vobis multum fructum accreſcere in ſupputatione veſtra, coram Deo, ex frequenti charitate & miſericordię operibus, quę mihi præſtatis. d Ego vero habeo omnia, & omnia poſſideo, quia dum nihil quod in mundo eſt pręter ſolam neceſſitatē deſidero, præ regibus & principibus fœliciter abūdo. e Deniq; repletꝰ ſum ex vrā largitate, ijs q̄ mihi miſiſtis p Epaphroditū mihi ſane gratiſſima, q̄ nō dubito, quin & Deus velut hoſtiā ſibi oblatā ſibique beneplacentē, acipiat, f Deus autem meus, cui ſeruio ſemper, impleat omnia veſtra ſancta & ſalutaria deſideria, quemadmodum optime potens eſt, ſecundum diuitias gloriæ ſuę per Chriſtum Ieſum. g Ipſi autem Deo qui eſt pater omnium

a Scitis autem & vos Philippēſes, ꝙ in principio Euāgelij quādo profectꝰ ſum a Macedonia, nulla mihi eccleſia communicauit, in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli.

b quia & Theſſalonicā ſemel & bis in vſū mihi miſiſtis.

c Nō quia quæro datū ſed requiro fructū abundantem in ratione veſtra.

d Habeo aūt omnia, & abunde.

e Repletus ſum acceptis ab Epaphrodito: quę miſiſtis in odorē ſuauitatis, hoſtiam acceptam & placentem deo.

f Deus aūt meus impleat omne deſideriū veſtrū ſcd̄m diuitias ſuas, in gloria, in chriſto ieſu. g Deo aūt & patri nr̄o gloria, in ſę

noſtrum, ſit gloria in ſæcula ſæculorum. Amen a Salutate omnes fideles in Chriſto Ieſu. Salutant vos fratres qui mecum ſunt, b Salutant vos omnes hic fideles, peculiariter qui de familia ſunt Cęſaris, apud quos familiarius ago. c Gratia domini noſtri Ieſu chriſti, cũ ſpiritu veſtro fratres, Amen.

cula ſęculorũ, Amen. a Salutate oẽm ſctm̃ in Chrõ Ieſu. Salutãt vos qui mecũ ſũt frẽs b Salutãt vos oẽs ſancti, maxime aũt q de Cæſaris domo ſunt. c Grã dñi noſtri Ieſu Chriſti, cũ ſpiritu veſtro. Amen.

¶FINIT ELVCIDATIO IN Epiſtolam ad Philippenſes beati Pauli Apoſtoli.

Finit textus Epiſtolæ ad Philippenſes. Beati Pauli Apoſtoli.

¶ARGVMENTVM ELVCIDATOrium in Epiſtolam ad Coloſſenſes Beati Pauli Apoſtoli.

COLOSSENSES Per ſe Apoſtolus non docuerat, ſed ab Epaphra, qui tum apud Apoſtolum agebat, cum hæc ſcriberet, & Archippo qui in eos accepit miniſterium, fuerant in fide Chriſti edocti, quos Paulus de ſeductoribus, pſeudapoſtolis (quorum aliqui per legis prædicationem, alij per ſæcularis ſapientię doctrinam ſeſe iactitabant) ſemper ſollicitus, eos pręcauere iubet, ne vllis ſe perſuaſionibus, ſiue horum, ſiue illorum, ſinant a firmitate eius fidei in qua edocti fuerant, amoueri. In ipſo itaque Epiſtolæ exordio, gratias agit Deo ſuper bono eorum profectu, ſimul & poſtulans, vt in bono perficiantur, in omni gaudio & longanimitate per CHRISTVM, per quem facta ſunt & reſtaurata vniuerſa, eo quod in ipſo totius diuinitatis plenitudo inhabitet, vt per

ſanguinem crucis ſuæ in pacem bonam componeret omnia quomodo & ipſos dicit a ſuis peccatis emundatos, Deo eſſe reconciliatos, ſi modo in Euangelio quod ſuſceperant, in finem vſq; permaneant. Cuius ſe iuxta Dei diſpoſitionem miniſtrum, adimplentem ea quę deſunt paſſionum Chriſti corripientem quoq; & docētem omnē hominem, ad perfectionem veræ iuſtitiæ, gloriatur. Secundo vero capitulo ſuam declarat ſollicitudinem, quam pro omnibus gerit, qui faciē eius non viderant, vt bene inſtructi in charitate Dei, nō ſe decipi patiantur in ſublimitate ſermonum, aut per philoſophiam, aut per varias traditiones obſeruantiarum Iudaicarum, ſed vt in Chriſto ſolo permaneant, in quo per fidē circuncisi ſunt, circuncisione ſpirituali, per baptiſmum regenerati, vbi & declarat, quomodo per chriſti mortē remiſſionē ſimus cōſequuti peccatorū noſtrorū, deleto eo qđ cōtra nos erat chirographo peccati, Propter qđ eos qui ſic p Chriſti mortē ſunt in verā libertatē aſſerti, nō vltra vult elementis huius mundi, & carnalibus obſeruātijs inſiſtere, eoſq;, vt per ſimulationē religionis, & fictæ humilitatis: ſe non ſinant decipi pręmonet attentius. Magis autē tertio capite ſurſum eos iubet affectum cordis erigere, mortificatis ſuper terram mēbris, vt peccatis nō viuāt, q̄ illic particulatim multa enumerat, & a quibus nominatim dehortatur, omne qđ ad veterē hominē attinet abijci iubēs, & nouū induere hominē, qui eſt in ſancta virtutū cōnexione: in miſericordia benignitate, māſuetudine, & alijs eiuſmodi. Sup oīa autē chatitatē cōmēdat & pacē, & gratitudinē, & verbum Dei vt in ipſis inhabitet abūdāter, faciantq; omnia ad gloriā Dei, in gaudio ſpirituali. Poſt hęc circa finē tertij capitis, & initium quarti, vxoribus ac viris, filijs ac parētibus, ſeruis ac dn̄is, qūo ſe erga inuicē gerere debeāt, præſcribit. Mox aūt poſt quarti capitis initiū, ad omnes ſermonē conuertens, orationi eos in-

ſtanter inuigilare, atq; etiã pro ſe ſpeciatim orare iubet, pro Euãgelicę p̄dicationis fructu. Exhortatꝰ deinde, vt in ſapiẽtia erga infideles ambulẽt, & vt ſermonẽ ſemp ſale cõditũ loquãtur, ad familiaria ſermonem cõuertit, de eo quẽ ad ipſos miſit Tychico & Oneſimo de Epaphra cui teſtimoniũ bonũ p̄hibet. Salutationibuſq; hinc inde poſſitis, demũ Archippũ ſui cõmonefaciẽs miniſterij, ita claudit Epiſtolam.

¶Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOlam ad Coloſſenſes Beati Pauli Apoſtoli.

¶ELVCIDATIO CAPITIS. Primi.

Pa AVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti, ſecundum diuinæ electionis beneplacitum, & Timotheus frater ſalutem dicunt ſãctis fidelibꝰ & Chriſtianis: apud Coloſſas in Chriſto Ieſu congregatis. b Sit vobis gratia & pax a Deo patre noſtro. Gratias agimus deo qui eſt pater domini noſtri Ieſu Chriſti, non intermittẽtes veſtri memoriam in orationibus, c dum audimus rectam

TEXTVS EPIſtolæ ad Coloſſenſes beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS CAP. Primum.

a PAulꝰ Apoſtolꝰ Ieſu Chriſti per voluntatẽ dei & Timotheꝰ frater, ĳs qui ſũt Coloſſis, ſancti & fidelibus fratribꝰ, ĩ chriſto Ieſu.

b Grã vobis & pax, a Deo patre noſtro. Gratias agimus Deo & patri domini noſtri Ieſu chriſti, ſemper p̄ vobis orantes.

c audiẽtes fidẽ veſtrã

in Chriſto Ieſu, & dilectionē quã habetis ĩ ſanctos oēs, propter ſpem quę repoſita eſt vobis in cœlis.

a quã audiſtis ĩ verbo veritatis euãgeliĳ.

b qđ peruenit ad vos ſicut & ĩ vniuerſo mũdo eſt, & fructificat & creſcit.

c ſicut & in vobis, ex ea die qua audiſtis & cognouiſtis gratiam dei in veritate.

d ſicut didiciſtis ab Epaphra chariſſimo conſeruo nr̃o, qui eſt fidelis pro vobis miniſter Chriſti Ieſu, q etiã manifeſtauit nobis dilectionē veſtrã in ſpũ.

e Ideo & nos, ex qua die audiuimus, nõ ceſſamus pro vobis orãtes & poſtulantes.

f vt impleamini agnitione voluntatis eiꝰ in oĩ ſapiẽtia & itel lectu ſpirituali. g vt ambuletis digne deo, ꝑ oĩa placẽtes in omni ope

in Chriſto fidem veſtram ab aliĳs commendari, & miſericordiæ dilectionem, quam exhibetis in omes ſanctos, ꝓpter ſpem & expectationem cœleſtium bonorum, quæ in cœlis vobis ſeruantur occulta, ſuo tempore reddenda, a quam ſpem audiſtis per verbum veriſſimum, verbum ſancti Euangeliĳ, b quod in vobis quoq; eſt prędicatum, ſicut in omnibus mundi partibus eſt, & inhabitat, imo & fructum facit bonorum operum, & creſcit per dilatationem & diuulgationem in cæteros, c quemadmodum & inter vos audio factum eſſe ſtatim vt audiſtis & intellexiſtis gratiam Euangeliĳ in veritate prędicationis, d ſicut edocti eſtis ab Epaphra chariſſimo cooperatore noſtro, qui fideliter miniſtrat in negocio Chriſti, ad veſtrę ſalutis promotionem, qui etiam manifeſtauit nobis ſpiritualem charitatem veſtram qua & erga Deum, & erga nos cęteroſq; fideles, eſtis affecti. e Ideo & nos, ex eo tẽpore quo primum auditu accepimus hæc bona de vobis, non ceſſamꝰ ꝓ vobis orare & poſtulare. f vt plenius atq; abũdantius cognoſcatis voluntatem Dei, idq; in perfecta ſapiẽtia cœleſtium myſteriorum: atq; inteligentia ſpirituali diuinorũ mãdatorũ, g quo ſic poſſitis conuerſationem ducere dignam Deo, ei in omnibus placentes, fru

ctum faciẽdo bonorum operũ, & aug mentum in dies ſumẽtes in ſcientia ſpirituali, atq; ſalutari, q̃ eſt cognitio Dei, a confortati autem in perfecto ſpiritus robore a domino (iuxta quod potẽs eſt in gloria maieſtatis ſuæ ad tolleran dum patienter quęuis aduerſantia, & longanimiter expectandum repromiſſa ventura bona, b in gaudio ſpirituali ſemper gratias pro omnibus agentes Deo patre noſtro, qui ſecundum ſuam miſericordiam nos dignos reputauit, & idoneos fecit, ad participandum cũ ſanctis, in ſorte atq; hæreditate æternę beatitudinis, in lumine claritatis atque viſionis diuinæ. c Qui etiam violenta manu extorſit nos de ditione diaboli, peccati, mortis, & inferni, quę omnia tenebræ ſunt, ac tranſtulit nos in regnũ atque gloriam filij, ſibi ſingulariter prę dilecti, d per quem conſequuti ſum⁹ redemptionem a captiuitate noſtra, & peccatorum omnium remiſſionem. e Qui eſt onſubſtantialis & perfecta ſimilitudo dei patris æterni, quẽ nemo vidit vnq̃, neq; videre poteſt, ante omnẽ creaturã in ęternitate de patre genitus verbũ patris, patri coæternum, f in quo velut exemplari. & per quem velut efficientem, creata ſunt, quęcunque ſunt in cœlo & in terra, viſibilia atque inuiſibilia, & throni, & dominationes,

re bono, fructificãtes, & creſcẽtes in ſcientia dei.

a in omni virtute cõfortati, ſcd̃m potentiã charitatis eius in om̃i patientia & longuanimitate.

b cũ gaudio gratias agẽtes Deo patri, qui dignos nos fecit i par tem ſortis ſanctorum.

In lumine

c qui eripuit nos de poteſtate tenebrarum

& tranſtulit in regnũ filij dilectionis ſuæ.

d in quo habem⁹ redẽptionẽ & remiſſionẽ peccatorum.

e qui eſt imago Dei inuiſibilis.

primogenitus oĩs creaturæ. f quoniã in ipſo condita ſunt vniuerſa, in cœlis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue

throni, ſiue dominationes, ſiue principat9 ſiue poteſtates.
a oĩa per ipſum, & in ipſo creata ſunt.
b & ipſe eſt ante oẽs, & oĩa in ipſo cõſtant.

c & ipſe eſt caput corporis eccleſiæ qui eſt principium, primogenitus ex mortuis.

vt ſit in oĩbus ipſe primatum tenens.
d quia in ipſo cõplacuit omnem plenitudinẽ inhabitare.

& per eũ recõciliare oĩa, in ipſum.
e pacificatus per ſanguinẽ crucis eius, ſiue quæ in terris ſiue quę in cœlis ſunt.
f Et vos cũ eſſetis aliquãdo alienati, & inimici ſenſu, in operib9 malis.

g nunc aũt recõciliauit in corpore carnis eius per mortem.
h vt exhiberet vos ſãctos & immaculatos

& principatus, & poteſtates, cęteriq; angelorum ordines, atq; multo magis cætera corporea. a Omnia (inquam) per ipſum vt efficientem, & in ipſo vt verbo atque exemplari creata ſunt. b Et ipſe eſt in eternitate ante omnia, & omnia in ipſo perdurant. c Et ipſe eſt caput eius corporis, quod eſt eccleſia, eſtq; principium ſalutis omnibus, & primitiuus atq; præcipuus, tam dignitate quã tempore, in reſurrectione mortuorum vt ſit inter omnes electos vnus ipſe primatum tenens, velut conſubſtantialis filius inter adoptiuos, d Quoniam ſic decretum fuerat, & ab æterno placitum. diuinitati, vt ipſa habitaret in eo nõ ad menſuram (quomodo in cæteris ſolum adoptione filijs) ſed ſecundum plenitudinem, counita naturæ humanæ in vnitate ſuppoſiti, atq; vt per eum omnia reconciliarentur ſibi, e pacem componens per ſanguinem quẽ in cruce effudit, inter cœleſtia ſimul atq; terreſtria. Id eſt, angelos & homines, quos prius offenſa Dei diſſociauerat. f Et vos quoq; cum olim fuiſſetis alienifacti per gentilitatis conuerſationem, & inimici Dei affectu peruerſo, atq; cogitatione, vacãtes operibus malis, g nunc tamen pacem fecit habere ſecum, per fragile corpus ſuum, morti illud tradẽs, h vt nos efficeret ſanctos, ab omnibus peccatis

emundatos, ſine macula, & ſine crimine ante conſpectum ſuum, in veritate. a Erit aũt hoc, ſi modo (vt ſpero) permanetis in fide vera bene fũdati atq; inſtructi, ſtabileſq; ac bene firmi, minimeque vacillantes, vt nullis per uerſorũ ſuaſionibus dimoueamini a ſpe promiſſa vobis in Euangelio qđ audiſtis. b Quod ipſum etiã prædicatum eſt in vniuerſo orbe terrarum, & in omnibus terræ partibus quæ ſub cælo ſunt. c Cuius ego Paulus a Deo ſum miniſter conſtitutus & prędicator, qui nũc gaudeo in paſſionibus, quas pro veſtra et omnium fidelium ſalute perpetior, & reſiduum paſſionum Chriſti adimpleo in carne mea d pro corpore eius integrando, & Eccleſia ſancta in vnũ congreganda, Quẽadmodum enim Chriſtus per ſuam propriam paſſionem, corpus Eccleſiæ redemit. Ita per paſſiones Apoſtolorum, velut membrorũ ſuorum, cõgregauit redẽptam atq; in vnum corpus collegit. e Cuius Eccleſiæ ordinatus ſum ego miniſter et Apoſtolus, ſecundum Dei prouidam diſpoſitionẽ, quę mihi cõmiſit in vobis miniſteriũ implendi, et penitꝰ explicandi Euangelium dei. f qđ eſt ſecretum quoddam plenum ſanctitate, quod ab ęterno quidem in diuina prędeſtinatione fuit abſconditum, hominibus & angelis vſque modo ignotum.

& irreprehenſibiles, coram ipſo.

a ſi tamen permanetis in fide fundati, & ſtabiles.

& immobiles a ſpe Euangelij, quod audiſtis.

b Qđ prædicatũ eſt in vniuerſa creatura q̃ ſub cœlo eſt.

c cuius factus ſum ego Paulus miniſter, qui nũc gaudeo in paſſionibus ꝓ vobis & adimpleo ea q̃ deſunt paſſionũ Chr̃i, in carne mea.

d pro corpore eius quod eſt Eccleſia.

e Cuius factus ſum ego miniſter, ſcđm diſpenſationẽ dei q̃ data eſt mihi in vobis vt implcã verbũ dei.

f myſteriũ quod abſconditum fuit a ſæculis & generatiõibꝰ

a nuncaũt manifeſta tũm eſt ſanctis ei⁹, q. bus voluit deus notas facere diuitias gloriȩ ſacramenti hu ius in gentibus, quod eſt Chriſtus in vobis ſpes gloriæ.

b quẽ nos annunciamus, corripientes om nem hominem et docentes in oĩ ſapiẽtia

c vt exhibeam⁹ oẽm hoĩem pfectũin Chri ſto Ieſu.

d in quo & laboro certãdo ſecundũ ope rationem eius quam operatur in me in uir tute.

a nunc vero factum eſt manifeſtum electis ſanctis eius, quibus Deus voluit notam facere ſuperabundantem gloriã myſterij huius inter gentes, quod myſte rium eſt Chriſtus dominus, qui in vobis eſt, et habitat, per quem ſperamus etiã gloriam futuram ſuo tempore conſequi b, Quem nos prędicantes annunciamus hominibus, corripientes eos vt a vitijs priſtinis recedant, & ſapienter edocentes quomodo ad nouæ vitæ ope ra exurgant, c laborantes quantum in nobis eſt, vt omnem hominem efficiamus perfectum in fide Chriſti Ieſu. d Ad quod omnem laborem impendo, cum multa inſuper ſollicitudine & perſecutionum laboribus viriliter certando ex operatione Dei, quam pro me & in me ſua virtute operatur, non autẽ ex ꝓ prijs meis viribus.

TEXTVS, CAP. Secundum.

a Volo enĩ vos ſcire qualẽ ſolicitudinẽ ha beã pro vobis, & pro ĩis q ſunt Laodiciæ, & quicũq; nõ vide runt faciem meam ĩ carne, vt conſolentur corda ipſorum.

b inſtructi in charita te, et in omnes diuiti as plenitudinis intel lectus, in agnitio

ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

Va Olo enim vos ſcire q̃ ſolicitus ſim ego pro vobis Coloſſenſib⁹ & pro Laodicenſibus, & in vniuerſum ꝓ omnibus, apud quos ego ſecundum corpus nunquam fui præſens vt ſaltem abſentes, ſint corde & ſpiritu conſolati, b vt ſint inſtructi atq; edocti in charitate Dei, & in copioſiſſima il la

ac prædiuite plenitudine intelligentiæ ſpiritualis, quę eſt in agnitione myſterij humanę redemptionis, a Deo patre, & per Chriſtum, exhibiti. a In quo Chriſto inhabitat ab æterno, omnis plenitudo ſapientię & ſcientię ſpiritualis. Eſt enim patris verbũ & ęterna ſapientia, a qua omnis ſapientia deriuatur. b Dico autem me ſollicitum eſſe pro vobis, nimirũ vt vos cautos reddam atq; prouidos, ne ſinatis eos decipi per verba ſublimia, ſiue p ſapientiã philoſophiæ ſæcularis, ſiue per eloquẽtiæ mũdanæ venuſtatem. c Quanquã enim corporali pręſentia abſens ſum a vobis ſpirituali tamen cura præſens verſor in medio veſtrũ, gaudẽs, dum video & cõtemplor in ſpiritu, ordinem bonum qui in vobis eſt, & proceſſum profectus veſtri, & firmitatem fidei veſtre, qua credidiſtis in Chriſtũ. d Sicut ergo de Chriſto Ieſu domino noſtro & audiſtis & credidiſtis, ſic ſecundum eius exemplum doctrinam ſtudete conuerſari, e ipſi vt radici cohe rẽtes, tanq̃ rami vt ab eo dẽ ſpiritu vegetemini, & ſup ipſum p fidem & ſpem ſuperædificati, & firmi facti in fide ſecundũ quod inſtructi eſtis, f magnas & copioſas gratiarũ actiones per illum ſemper reddentes patri g Iterum dico attendite vobis, ne vos ſinatis a quopiã ſeduci, p philoſophiã

ne myſterij dei patris & Chriſti Ieſu.

a in quo ſunt oẽs theſauri ſapiẽtię & ſcientię abſconditi.

b Hoc aũt dico vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum.

c Nã & ſi corpore abſens ſum, ſed ſpũ vobiſcũ ſum, gaudẽs & vidẽs ordinẽ veſtrũ, & firmamẽtũ ei⁹, q̃ in Chriſto eſt fidei vræ.

d Sicut ergo accepiſtis Ieſum Chriſtũ dominũ i ipſo ambulate.

e radicati & ſupædificati in ipſo, & cõfirmati in fide ſicut & didiciſtis.

f abundãtes in illo, in gratiarum actione.

g Videte ne quis vos decipiat p philoſophiã

& inanem fallaciam, ſecundum traditionē hominum.

ſæcularemmundi huius, & ſuperſtitioſam, vanam atque fallacem doctrinam eorum quę ab hominibus traduntur atq; docentur, non a Deo, a & ſecundū naturę curſum corporaliumq; rerum cōditiones procedunt, atq; corporalibus obſeruantijs inſiſtunt, & non ſecundū Chriſtum, cuius virtutem nō agnoſcūt

a ſecundum elemēta mūdi, & nō ſecundū Chriſtum.

b quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

b Cum in ipſo Chriſto inhabitet diuinitas ipſa: ſine menſura ad omnem plenitudinem, humanitati counita in vnitate perſonæ, per quam poteſt etiam illa quę lōge virtutem naturæ ſuperexcedant. c Et vos eſtis repleti in illo, q vos inhabitat omnibus bonis. Qui eſt ſupereminēs omnibus cœleſtibus ſpiritibus, principatibuſq; ac poteſtatib⁹ dominatur. d In quo credentes, circunciſi eſtis, circunciſione non corporali, neq; manu ſcindētis facta, quæ fit, in eo quod corpus iſtud carneū circuncindimus extrinſecus, e ſed circunciſione ſpirituali, & vere Chriſtiana, quæ conſiſtit in precīſione viciorum, & concupiſcentię continentia. f Hanc antē circunciſionem Chriſti accipimus quando in baptiſmo configuramur ſepulturæ chriſti. g In quo baptiſmo vel chriſto, etiam reſurrexiſtis a veteri vita ad nouam, per fidem operationis Dei, qui illum a mortuis reſuſcitauit, id eſt, per fidem operātem opera Dei, vel per fi-

c & eſtis in illo repleti qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis.

d in quo & circunciſi eſtis, circūciſiōe nō manifeſtata: i expoliatione corporis carnis e ſed in circunciſione Chriſti.

f conſepulti ei in baptiſmo.

g in quo & reſurrexiſtis per fidem operationis dei, qui ſuſcitauit illum a mortuis.

dem quam Deus operatur in vobis, vel per fidem qua credimus operationem Dei, in ſuſcitando Chriſtum a mortuis. a Et vos cum olim eſſetis mortui propter peccata veſtra, & carnalem vitam quam in preputio ſeu gẽtilitate vixiſtis, cum illo ad vitam reſuſcitauit de morte dimittẽdo vobis omnia delicta. b Imo delens penituſq; reſcindens chirographum illud diuini decreti: quod aduerſum nos in pœnam peccati fuerat conſtitutum. c Et vt omnem prorſus obligationẽ tolleret a nobis, tulit ipſum de medio, deſtruxitq; penitus, in cruce exoluẽs delicta vniuerſa, ad quę nos obligabamur, expoliãſq; principes tenebrarum malignos, quam aliquanto tempore occupauerat, confidenter atq; palam eoſdem traduxit (id eſt mire confudit, & exemplum fecit eſſe confuſionis) d triumphum inſuper agens velut victor de illis, ſiue quos vicit principibus, ſiue quos eripuit electis patribus captiuis. e Idq; per proprium corpus, & in proprio ſanguine. Cum igitur tanta ſitis a Chriſto libertate, tam magnifice donati, non amplius debetis ſuſtinere, vt qs vos iudicet in cibi potuſue ſumptione, vt iccircovos putetis condẽnatos, quod cibum ſumpſeritis lege vetitum. Neq; in obſeruandis ſecundum legem dieb[9] feſtis, aut in aliqua parte, quemadmo-

a Et vos cum mortui eſſetis in delictis & p̄putio carnis veſtræ, cõuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta.

b delẽs quod aduerſus nos erat chirographũ decreti, qđ erat contrarium nobis.

c & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci, & expoliãs principatus & poteſtates.

traduxit cõfidẽter d palam triumphans illos, in ſemetipſo.

e Nemo ergo vos iudicet in cibo aut potu.

aut in parte diei feſti-

dum in agni manducatione, pars diei (id eſt, veſpera) obſeruari debeat, neq; in obſeruatione nouiluníj aut ſabbatorum. a Quæ omnia tãtum ſunt figuræ & ſigna eorum, quæ ventura erant in tempore gratiæ. b Corpus vero ipſum, & quod ſignificatur per hæc ſigna ad Chriſtum ſpectat, & ipſa ſunt, quæ Chriſtus peregit in corpore ſuo, redemptionis myſteria. c Nemo vos ſeducat, volans conuerſari tanquam angelus, artificioſa ſua & compoſita hypocriſi miram quandam humilitatem, & nouam religionem ſimulando, quas tamen virtutes penitus ſecundum veritatem non nouit. d propter quod etiã fruſtra intumeſcit in animo ſuo, cũ habeat verę religionis nihil, ſed ficta & ſimulata ſint eius omnia. e Neq; qui eiuſmodi eſt in Chriſto capite manet, qui odit omnem fictionem, & amat veritatem. f Ex quo capite dependet totum Eccleſiæ corpus, quod per ſpirituales connexiones atq; iuncturas, per mutuas adminiſtrationes conſtituitur atq; compingitur, & in augmento ſpirituali proficit, augmẽtum debitum ſumens. g Nũc igitur ſi Chriſto cõſepulti eſtis, & ad exemplũ Chriſti mortui mundanis atq; carnalibus obſeruantiís, h quęnã hæc eſt demẽtia, vt adhuc quaſi eiuſdem mortui non ſitis dogmatizari

aut neomeniæ, aut ſabbatorũ. a q̃ ſunt vmbra futurorum,

b corpus autem, chriſti.

c Nemo vos ſeducat volẽs ĩ humilitate & religione angelorũ (q̃ non vidit) ambulãs.

d fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ.

e & non tenens caput

f ex quo totũ corpus per nex⁹ & coniũctiones ſubminiſtratũ & cõſtructum, creſcit in augmentum dei.

g ſi ergo mortui eſtis cũ Chriſto ab elementis huius mundi.

h qd adhuc tanq̃ viuẽtes mũdo, decernitis?

atq; decerni vobis ſinatis de lege veti-tis, ab iis qui vos monẽt dicentes. a Illud nõ licet tãgere, hoc nõ licet guſtare aliꝑ nec cõtrectare, aut cõtigere, atq; id genꝰ alia. b Quę oĩa in interitũ fiunt vtentibus atq; obſeruãtibus, ſi in eis ſpẽ ſuam locauerint, quæ ſunt ſecundum traditiones & dogmata humana. c quę ſecundum ſpeciem quidem videntur in ſe aliquid habere ſapientiæ, propter ſimulatam ab eiuſmodi doctoribus, eximiam religionem & fictam humilitatem, d & quum videntur corpori ſuo non parcere, ſed auſtere illi cibos certos interdicere, quod etiam magnũ videtur. e Neque tamẽ in honorem aliquem hoc illis reputatur, quod non permittant corpora ſua quantum opus habeant refici, atq; expleri ſine diſtinctione, iis quæ Dominus permiſit, cum gratiarum actione Magis enim confuſio eſt illis, quod libertatem quam es CHRISTVS donauit nolunt acceptare, vt pro ſua neceſſitate reficiantur iis quę creauit ad vſum hominum Deus.

a Ne tetigeritis, neq; guſtaueritis, neq; contrectaueritis.

b quæ ſunt oĩa in interitũ ipſo vſu, ſcđm ꝓcepta & doctrinas hominum.

c quæ ſunt rationem quidem habẽtia ſapiẽtię: in ſuperſtitione & humilitate.

d & nõ ad parendũ corpori.

e nõ in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.

❡ELVCIDATIO CAPITIS Tertij.

I a Itaq; ſi cum Chriſto cõreſuſcitati eſtis, a morte peccatorũ ad vitã ſpiritus reducti, iuſtum eſt, vt deinceps

TEXTVS CAP. Tertium.

a Igitur ſi conſurrexiſtis cũ chr̃o, quæ ſurſum ſunt quærite vbi Chriſtus eſt in dextra dei ſedens.

quæratis quæ in cœlis ſunt, vbi Chriſtus eſt cũ patre in ęterna & æquali gloria imperium tenens.

a quæ ſurſum ſunt ſapite nõ quæ ſuper terram.

a Cœleſtia ſapite, iiſq; ſolis affectum & cor apponite, terrena prorſus obliti.

b Mortui enim eſtis, & vita veſtra eſt abſcõdita cũ Chriſto in deo.

b Mortui em̃ eſtis mundo, & omnibus quæ ſuper terrã ſunt. Et nunc quidẽ vita viuitis chriſto configurati, ſed latet in Deo abſcondita.

c Cũ aũt Chriſtus apparuerit vita vr̃a, tũc & vos apparebitis cũ ipſo, in gloria.

c Cum autem tempus erit, vt ſe Chriſt⁹ vita veſtra reuelet in gloria ſua in die illo & vos cum eo apparebitis palam omnibus, in eadem gloria, & tunc patebit omnibus vita veſtra, quæ nunc latet, donec in hoc corpore agitis, quãdo mortui potius ſecundum corpus reputamini.

d mortificate ergo mẽbra veſtra quæ ſũt ſuper terram.

e fornicationem, immundiciã, libidinẽ, cõcupiſcẽtiã malam, & auariciã, quę eſt ſimulachrorum ſeruitus.

d ſtudete igitur mẽbra veteris hominis, quæ terrena ſunt mortificare, ab operibus concupiſcentiæ prioribus ea ſubtrahendo, e extirpãdo fornicationem, & quemlibet carnis immũdiciam, omnem libidinoſum ardorẽ, & quamlibet malam concupiſcentiam, & peculiariter auariciam, quæ per omnia cõuenit cum idolorum cultura.

f propter quæ venit ira dei: ſup̃ filios icredulitatis.

f Propter quę vicia atque ſimilia venire ſolet ira & indignatio Dei, ſuper homines incredulos & inobediẽtes mandatis Dei.

g in quib⁹ ambulaſtis aliquando cũ viueretis in illis.

g Quomodo & vos quondam conuerſati eſtis, cum adhuc vicijs & cõcupiſcẽtijs operam daretis.

h Nũc aũt deponite & vos oĩa, irã, ĩdignationẽ malitiã, blaſphe

h Nunc autẽ poſt q̃ mortui eſtis iiſdem, ſit vobis cura abijciendi huiuſmodi omnia, imo & iram

animi, & omnem indignationem ſigno aut vultu aut verbo oſtēſam, maliciam quamlibet aduerſus alterum, cōuicium quoq; ex animi malicia prodiēs, & omnem turpem ſermonem, atq; indecentē, ne loquamini per os veſtrū. a Nolite inuicem vobis, ſiue verbo, ſiue opere, mentiri. b Magis autem exuite & abijcite prorſus veterem hominē, cum operibus ſuis malis (id eſt concupiſcentiam malam, cum omnibus vicijs atq; peccatis) nouum hominem aſſumēdo, cum ſuis actibus, c qui ſecūdum ſuā nouitatem acquiritur, per veram agnitionem Dei, in fide cum ſpe & charitate, ad expreſſam aſſimulationem, & cōformitatem Dei, qui creauit illum. Per veram nāq; Dei cognitionem, fide, ſpe & charitate, homo interior Deiformis efficitur, & imago creatoris per concupiſcentias deturpata, ſic innouatur, d Quātum vero ad Deum creatorem aut quātū ad interiorē imaginē, non eſt vlla diſtinctio quātum ad ſalutis priuilegiū, neq; ex ſexu, inter maſculum & fœminam, neq; ex natione inter Gētilem, & Iudæum, neque ex obſeruatione inter circūciſum & incircunciſum neq; ex patria, inter barbarum & Schytam, Neq; ex cōditione, inter ſeruum & liberum, e ſed eſt Chriſtus vnus, omnia im omnibus, quem ſolum oportet in interiori

miā, turpem ſermonē de ore veſtro.

a Nolite mētiri inuicem.

b exploranteſ vos veterem hominem, cum actibus ſuis.

c & induentes nouū eū qui renouatē i agnitione dei ſecundum imaginē eius qui creauit illum.

d vbi nō eſt maſcul9 & fœmina, gentilis & Iudæus, & circūciſio & præputium Barbarus & Scytha, ſeruus & liber.

e ſed oīa & in omnibus Chriſtus.

nomine attendere, ſine conſideratio-
ne eiuſmodi corporalium diſtinctionũ
a Curate igitur vt ĩduamini, ſicut de-
cet ſanctos & electos Dei, & peculiari-
ter dilectionem viſceroſam, & compaſ
ſiuam miſericordiam, manſuetudinẽ
ac lenitatem, hmmilitatẽ, & in omnib⁹
rebus ſanctam modeſtiam. b cum pa-
tientia ſuſtinentes ac ferentes ĩ nuicẽ in
uicẽq; dimittentes, ſi quem contingat
ab altero offenſum, iuſtam habere cau
ſam iræ, exemplo Dñi, c qui ſicut no-
bis dimiſit, ita & nos viciſſim dimittere
inuicem debemus ijs, aduerſus quos
querelã habem⁹. d Sup oĩa aũt ſecta
mini charitatẽ, q̃ eſt virtutũ pfectiſſima
& totius perfectionis vinculum, in qua
omnes virtutes colligantur: & velut cou
niuntur, Oomnes enim virtutes in radi
ce charitatis vnum ſunt, & ipſa omnes
cuſtodit, atque colligatas conſeruat. e
Et pax Chriſti, pax vera, exultet, trium
phet, dominetur, & ſuperuincat in ſpi-
ritu veſtro, in qua, & ad quam, vos De⁹
ſua gratia vocauit, ex conturbatione ſæ
culi, & ſæcularium deſideriorum tumul
tu, & grati eſtote Deo, de vocatione ve-
ſtra, cæteriſq; omnib⁹ in vos collatis be
neficijs, f Verbum Chriſti intra vos in-
habitet abũdanter, maneatq; & fructifi
cet in vera ac perfecta cœleſti ſapientia

a Induite vos ergo ſi cut electi & dei ſctĩ di lecti viſcera miſ, benignitatẽ, humilitatẽ modeſtiam, patiẽtiã.

ſupportantes inuicem & donãtes vobiſmet ipſis, ſi quis aduerſus aliquẽ habet quærelã, c ſicut & domnus do nauit vobis, ita & vos

d ſuper oĩa autẽ hæc charitatẽ habete, quod eſt vinculũ pfectionis

e Et pax Chriſti exul tet in cordibus veſtris

in quã & vos vocati eſtis in vno corpore, & grati eſtote.
f Verbũ Chriſti habi tet in vobis abundãter in omni ſapieutia, do- cẽtes & cõmonentes

Docete atq; cõmonete vos ipſos & voſ inuicem, in pſalmis & hymnis & canticis, non carnalibus, aut laſciuis, ſed ſpiritualibus, non in carnis laſciuia, quemadmoduw qui choreas ducunt, ſed in gratia cantantes Domino, in tripudio & exultatione ſpiritus. a Omne quod facitis, ſiue loquendo, ſiue opus operando, qualecunq; ſit, ad gloriam & honorem domini noſtri Ieſu Chriſti facite, ſemper in omnibus & de omnibus gratias agentes Deo patri, per Chriſtũ quoniã a patre nobis omnia per Chriſtum bona procedunt. b Vt vero tandem ad mores particularius deſcendã, primo loco vxoribus præcipio atque denuncio, vt ſubditæ ſint viris ſuis in c Dño, ſicut decet, id eſt amore dei, & propter præceptum eius, ex animo. Deinde & vos o viri, ne contemnite, quas ex Domini præcepto habetis ſub ditas vxores veſtras, ſed diligite eas in veritate, d Filij obedite parentibus veſtris per omnia, quoniam ſic Domino placitum eſt, & ſic mandauit. e Viciſſim patres nolite ſuperfluis contentionibus filios veſtros irritare, vt non ad impatientiam concitari, in malum veniant. f Serui per omnia præſtate obedientiam dominis veſtris tẽporalibus, nõ ad oculũ tantũ ſeruiẽtes quaſi ad

a Omne qđcunq; facitis, ĩ verbo aut ĩ opere, omnia in noĩe dñi noſtri Ieſu Chr̃i, gratias agẽtes deo & patri per ipſum.

b Mulieres ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet in domino.

c Viri diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas.

d Filij obedite parentibus ꝑ oĩa, hoc enim placitum eſt in dño.

e Patres, nolite ad indignationẽ ꝓuocare filios v̄ros, vt nõ puſillo aĩo fiant.

f Serui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum ſeruientes, quaſi ho-

Marginal gloss at top: voſmetipſos, in pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritalibus in gratia, cantãtes in cordibus veſtris deo.

nibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis timentes deum.
a Quodcunq; facitis, ex animo operamini, ſicut dño, & nõ hominibus, ſciẽtes φ a dño accipietis retributionẽ hæreditatis.

Dño Chr̃o ſeruite.
b Qui enĩ iniuriã facit recipiet id qđ iniq̃ geſſit.
c & non eſt perſonarũ acceptio apud deũ

placendũ hominibus, ſed in cordis ſimplicitate timentes dominũ, & illi ſoli placere quęrentes. a Quicquid agitis, ex animo ſimpliciter agite, tanquam ante conſpectum domini, ad placendum ei non autem ad fauorem tantum humanum vobiſipſis conciliandum, ſcientes φ dominus eſt, qui vobis retribuet pro opere veſtro æternę hęreditatis præmium. Propter quod Chriſto ſem̃p vt præcipuo domino ſeruite, in oĩbus. b Nã qui fecerit iniuſtitiam recipiet mercedẽ ſuam condignam, quiſquis is fuerit, ſiue ſeruus, ſiue dominus. c Et non attẽdit Deus perſonã, in ſuo iuſto iudicio.

TEXTVS CAP. Quarti.

a Domini quod iuſtũ eſt & æquũ ſeruis p̃ſtate, ſcientes, φ & vos dominũ habetis in cœlo.
b Orationi inſtate, vigilãtes in ea, in gr̃arũ actione.
c orãtes ſimul & pro nobis, vt deus aperiat nobis oſtiũ ſermonis, ad loquẽdũ myſteriũ Chriſti (ꝓpter quod etiã vinctus ſum) vt

¶ELVCIDATIO CAPITIS Quarti.

Da Omini cum ſeruis ſuis agant, vt iuſtitia & æquitas poſtulat. Conſiderantes ſe quoq; dominum habere in cœlis qui pro ſeruis aduerſum ipſos iudicabit, ſi iniq̃ eos modo tractauerint. b Vniuerſi vero eſtote in orationibus aſſidui, & vigilantes atq; ſolliciti, cum gratiarũ actione. c memores etiã noſtri in orationibus veſtris, vt De⁹ oportunitatem nobis faciat ad prædicandum verbum Dei, & myſteriũ Chriſti, ob cuius prædicationem etiam vinctus ſum, vt illud audacter & intre-

pide manifeſtum faciã, ſicut ex officio me loqui oportet. a Debetis autẽ cauteadmodum & prudenter cõuerſationem veſtram inſtituere, inter infideles, tempus dum habetis redimẽtes ne pereat, id eſt in operibus bonis bene expẽdentes, ne per vos ſcandalizati infideles, blaſphement Chriſti nomen, vtque per vos ad Chriſtum valeant conuerti. b Sermo veſter quęcunq; protuleritis, ſit ſale ſapientiæ atq; diſcretionis cõditus, vt ſit gratus audientibus, & fructũ queat efficere, diligenter attendentes, qualis ſermo cui cõueniat, ne cuiquam pręter decorum loquamini ne veſtro incondito, intẽpeſtiuo, aut indiſcreto ſermone offendatis. c Quę aũt circa me & de me agũtur, omnia vobis faciet nota Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter, conſeruus quoq; & cooperarius meus, omniumq; veſtrum, in dño. d Quem ad vos in hoc ipſum nũc mitto, harum literarum portatorem, vt quo in ſtatu res veſtræ ſint perdiſcat, & conſoletur ſpiritum veſtrum in verbo ſuo, vna cum Oneſimo chariſſimo & fideli fratre, qui a vobis ad me acceſſit, in vinculis cõſtitutum. Hi (inquã) omnia quæ hic de me aguntur; indicabunt vobis. e Salutat vos Ariſtarchus concaptiu9 meus, & Marcus Barnabę conſobrin9, dę quo mandatum accepiſtis. f Si illũ

manifeſtẽ illud, ita vt oportet me loqui.
a In ſapiẽtia ambulate ad eos qui foris ſũt tempus redimentes.

b Sermo veſter ſemper in gratia ſale ſit conditus.

vt ſciatis, quomodo oporteat vos vnicuiq; reſpondere.

c Quæ circa me ſunt oĩa vobis nota faciet Tychicus chariſſim9 & fidelis miniſter, & conſeruus in domino

d quem miſi ad vos, ad hoc ipſũ, vt cognoſcat quę circa vos ſũt & conſolẽtur corda veſtra. cũ Oneſimo chariſſimo & fideli fratre, qui ex vobis eſt, qui oĩa q̃ hic aguntur nota facient vobis.

e Salutãt vos Ariſtarchus cõcaptiuus me9 & Marcus cõſobrin9 Barnabę de quo accepiſtis mãdata f ſi ve

nerit ad vos ſuſcepite illũ, & Ieſus qui dicitur Iuſtus, qui ſunt ex circuncisione.

a hi ſoli ſũt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerũt ſolatio.

b Salutat vos Epaphras q ex vobis, ſeruus Chriſti Ieſu ſemp ſolicit⁹ ꝓ vobis in orationibus, vt ſtetis ꝑfecti & pleni in om̃i voluntate dei.

c Teſtimonium enim illi ꝑhibeo, q̃d habet multum laborem pro vobis, & pro ĩ̃s qui ſunt Laodiciæ, & qui Hiarapoli.

d Salutat vos Lucas medicus chariſſimus: & Demas. e Salutate fratres qui ſũt Laodicię & Nymphã. & quę in domo eius eſt eccleſiã.

f Et cum lecta fuerit apud vos epiſtola hęc facite vt & in Laodicẽſiũ in eccleſia legat̃, & ea quę Laodicẽſiũ eſt vt vobis legatur.

g Et dicite Archippo

contingat ad vos venire, benigne eum ſuſcipite. Et Ieſus cuius cognomen eſt Iuſtus, qui ſunt ex Iudæis credentes. a Hi ex circuncisione ſoli ſunt adiutores & cooperatores mei, in prędicatione regni cœleſtis, qui mihi ſuo adiutorio atque obſequio, impenderunt, impenduntque ſolacium b Salutat vos Epaphras, qui a vobis huc acceſſit, verus Chriſti ſeruus, licet nunc corpore a vobis abſens ſemper tamen ſpiritu ſollicitus, ac peruigil in orationibus, pro vobis, quibus precatur Deum, vt ſtetis immobiles & perfecti in fide, & pleni in voluntate Dei, nihilque omittentes eorum quæ ſunt diuinæ voluntatis. c Hoc enim de eo teſtimonium affero, quod multo zelo & cura ſollicitus eſt, multumq; laborat pro veſtra ſalute, & pro fidelibus qui ſunt Laodicię, & qui Hierapoli. d Salutat vos Lucas medicus chariſſimus, & Demas. e Salutate fideles Laodicẽſes, veſtros finitimos, & egregium illum Nymphã, ſalutatione bene dignm, cum ſua ſancta familia, quam merito eccleſiam poſſum nominare. f Et cum lecta fuerit apud vos epiſtola hęc, curate, vt & in Laodicenſium Eccleſia legatur, & ea quam ad Laodicenſes ſcripſi, in veſtra Eccleſia recitetur. g Nominatim vero Archippo, veſtro doctori, ex meo no

mine dicite. Vide ſollicitus, vt miniſterium tuum quod accepiſti ſecundum voluntatem & imperium domini, impleas diligenter. a Salutationem vobis propria mea manu ſubſcribo, huiuſcemodi. b Memores eſtote vinculorum meorum, vt vos in patientia & fide corroboremini. c Gratia vobiſcū. AMEN.

Vide, miniſteriū qđ accepiſti i domino, vt illud impleas. a Salutatio mea manu Pauli. b Memores eſtote vinculorum meorum. c Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti vobiſcū, Amen.

¶FINIT ELVCIDATIO IN Epiſtolam ad Coloſſenſes beati Pauli Apoſtoli.

Finit textus Epiſtolæ ad Coloſſenſes beati Pauli apoſtoli.

¶ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolā ad Theſſalonicēſes priorē B. ti Pauli Apoſtoli.

Sq; adeo perfecti erant in Chriſto, hi ad quos nunc Apoſtolus ſcribit Theſſalonicenſes, vt pro eius fide etiā perſequutiones patiēter tolerarent a ſuis cōciuibus, ratiōe chriſtiani nominis ſibi illatas. Erat aūt Theſſalonica (a qua Theſſalonicēſes dicti ſunt) ciuitas Metropolis Macedoniæ. Vñ fiebat, vt virtutis illorū nō ſolū fama, ſed etiā æmulatio late ſpargeretur, proueniretq; ex eorum bono fruct⁹ plurimus. Apoſtolus itaque gaudens de bonis eorum profectibus, conſolatoriam atq; exhortatoriam eis ſcribit hāc epiſtolam primum quidem ſuo more gratias agens, de iis quæ a Deo donata ſunt illis, ac deinde quæ de eis per famā bonam cognouit, ad eorum ponit cōmendationē. Secūdo aūt capitulo, volens eos ad perſecutionum tolerantiam

animare,ſuas proponit paſſiones, propter quas cũ nunq̃ ipſe omiſerit prædicare verbum veritatis,eo ꝙ Deo ſeruiret non hominibus, oportet, vt nec ipſi propter perſequutiones & tribulationes corporales, a fide recta deficiant. Vbi & amorem nimium, quo illos ſe dicit proſequi, & diligentiam ac ſollicitudinem,qua inter eos pręſens fuerat cõuerſatus reducit ad memoriam vt vel eos ſic ad ſui imitationem, & in fide Chriſti perſeuerantiam inducat,inq; eis contineat. Deinde & exemplum proponit Eccleſiarum Iudææ, & Iudęorum ab antiquis diebus peruerſitatem,manifeſtat. Se vero dicit conatum fuiſſe ſemel atque iterum, vt ad eos poſſet inuiſendos accedere, propter amoris ſui affectionẽ licet minus ſucceſſiſſet, Vnde tertio capite, eo quod per ſe non potuit ad illos accedere. Timotheum ſe dicit miſiſſe ad cognoſcendum,quomodo ſe inter ipſos res fidei haberet & ad confirmandos eos in patientia. Ex cuius reditu,bona renunciantis de eorum patientia, ac perſeuerantia,plurimum fuit conſolatus,eo quod nihil in hoc mundo prius haberet profectu diſcipulorum ſuorum, pro quo etiam continuo deprecationem ſubiũgit. Dehinc quarto capitulo monet eos, vt ſecundum doctrinam & præcepta viuant Apoſtolorum,fugientes fornicationem, & iniuſtitiam, & omnẽ immunditiam Commendanſq; eos de charitate quam erga fratres exhibent, a malo ocio eos dehortatur, ad laborẽ manuum honeſtum eos exhortans, vt non vagabundi & ocioſi circumambulẽt,quod multorum ſolet eſſe malorum occaſio. Poſt hæc ad ipſorum conſolationem, de mortuorum reſurrectione eos inſtruit, modum ſimul & ordinem reſurrectionis eis manifeſtans, Vltimo tandem capitulo,de aduentu diei nouiſſimi & iudicij extremi, eos commonefacit,quod ſicut fur in nocte ſit venturus, propter quod non dormire nos oportet lucis filios, quemadmodum infideles

filij tenebrarum faciunt, ſed vigilare in operibus bonis, vt ſemper cum domino ſimus Demum eos ad mutuam conſolationem, peculiariter ad præpoſitorum reuerentiam, ad inquietorum compreſſionem, & alia eiuſmodi, quæ morũ ſunt exhortans, & pro eorum perfectione ac perſeuerantia dominum deprecans, ita claudit epiſtolam.

¶Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Theſſaloniceſſes Priorem Beati pauli apoſtoli.

¶ELVCIDATIO CAPITIS Primi.

P a Aulus Syluanꝰ, & Timotheus ſcribunt, ſalutemque precantur Eccleſię Theſſalonicẽſium, quæ eſt congregata i fide Dei patris, & domini noſtri Ieſu Chriſti. b Sit vobis gratia & pax, a Deo patre & domino noſtro Ieſu Chriſto. c Nõ ceſſamus agere gratias deo de beneficijs in omnes vos collatis, habẽtes veſtri memoriam in orationibus

TEXTVS Epiſtolæ Prioris ad Theſſalonicẽſes beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS CAP. Primum.

P a Aulꝰ & ſyluanꝰ & Timotheus, Eccleſię Theſſalonicenſiũ i deo patre noſtro & dño Ieſu Chriſto:

b Gr̃a vobis & pax.

c Gratias agimꝰ deo ſemp̱ pro oibus vobis memoriã vr̃i faciẽtes

In orationibus noſtris ſine intermiſſione.

a memores operis fidei veſtræ & laboris & charitatis.

& ſuſtinentiæ ſpei domini noſtri Ieſu Chrī. ante deū & patrē nr̄m

b Scientes fratres dilecti a deo, electionem veſtram.

c Quia Euangeliū noſtrum nō fuit ad vos in ſermone tātum ſed in virtute & in ſpiritu ſancto, & in plenitudine multa.

d ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos.

e Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & domini,

f excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio ſpūs ſcti.

g Ita vt facti ſitis formæ omnibus credentibus in Macedonia &

noſtris ſine intermiſſione, a dū recordamur opꝰ qđ fide opamini, & laborē veſtrum, atq; charitatem fraternitatis quā habetis in ſanctos, & perſeuerantiā veſtram qua patienter expectatis ſpē cœleſtium bonorum, quæ eſt per Chriſtū Ieſum dominum noſtrum, habētes ante oculos Deum & patrem omnium noſtrum. b Nos (inq̄) agimus gratias, eo ꝙ certam habeamus (fratres a Deo ſingulari beneficio dilecti) veſtram vocationem, ſciētes eam verā & a Deo fuiſſe, qui vos, eo quod dilexit, vocauit. c Quoniā prędicatio noſtra qua vobis annunciauimꝰ Euangelium ſalutis, nō fuit tantum per verbum vocis humanę ſed affuit & virtꝰ diuina, & ſpiritus ſanctus, cū abundantia donorum ſuorum d quemadmodum ipſi et vidiſtis & ſcitis, qualiter inter vos me geſſerim, aut qualia fuerim operatus, vt vos ſaluaremini credentes. e Et vos non degeneres filij, neq; ſegnes diſcipuli, mox imitatores noſtri effecti eſtis. Neq; noſtri ſolum, ſed etiam Chriſti (qui eſt exemplar primum omnis perfectionis, f in eo quod verbum fidei excepiſtis credētes, cum gaudio ſpiritus, etiam in multa tribulatione vobis propter fidem Chriſti ab infidelibus illata. g adeo vt ſitis facti exemplum fidei et patientiæ, omnibus fidelibus habitantibus in

regione Macedoniæ, cuius eſt ciuitas Achaia. veſtra Metropolis,& in regionibus Achaię vicinis. a Nam verbum domini a vobis reſonat,& per vos ſpargitur atq; diffunditur,non modo in Macedonia tota,et viciniore Achaia,ſed in omni loco fidelium,fides veſtra qua credidiſtis in Deum viuum,relatu peruenit, atq; auditu diuulgata eſt. b Ita vt non ſit nobis neceſſe, quicquam de veſtris loqui virtutibus,coram aliỹs Eccleſiỹs, ad ædificationem. c Iam enim audierunt vbiq;,cum admiratiõe patientiæ veſtræ& iam norunt enarrare de nobis quo nam modo ad vobis prædicandũ ipſi acceſſerimus, d & de vobis,quomodo ab idolis auerſi ſitis conuerſi ad Deum, vt illum colatis Deum viuum & verum, e & vt expectetis aduentum filiỹ eius de cœlis,quo veniet iudicare viuos & mortuos,quem ſuſcitauit ex mortuis ſaluatorem populorum, f qui magna violentia,per paſſionis ſuę amaritudines,nos rapuit, & ſubtraxit damnationi,quę ſuper nos erat ventura,ſi in peccatis permanſiſſem9, & quę veniet ſuper omnes impios atque incredulos.

a A vobis ei diffamatus eſt ſermo domini, nõ ſolũ in Macedonia & in Achaia,ſed in omni loco fides veſtra quæ eſt ad deum profecta eſt.

b Ita vt non ſit nobis neceſſe quicq̃ loqui.

c Ipſi enim de nobis annuntiant,qualem introitum habuerim9 ad vos.

d & quomodo conuerſi eſtis ad deum a ſimulachris ,ſeruire deo viuo & vero.

e & expectare filium eius de cœlis ,quẽ ſuſcitauit ex mortuis Ieſum f qui eripuit nos abira ventura.

ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

Da E noſtro qdẽ acceſſu ad vos p̃dicatiõis gratia,ipſi didiciſtis

TEXTVS, CAPI Secundum.

a Nã et ipſi ſcitis fratres introitũ noſtrum ad vos,quia non inanis fuit.

experiẽtia ꝙ non ſine efficacibus teſti-
monijs diuinæ virtutis fuerit, nec ex va
nitate aut ſuperbia, a ſed anteꝗ̃ acce
deremus ad vos, per multas tribulatio-
nes probati, & in Philippis peculiariter
multa dira & ignominioſa perpeſſi: ſi-
cut audiſtis & ſcitis, nihilominus confi-
dentes in domino, auſi fuimus prædi-
care vobis idem illud, pro quo iam tã-
ta paſſi fueramus, Euangelium Dei.
Idq; i multa ſollicitudine, & labore plu-
rimo Agimus autem audacter in Euan
gelio Dei, nihil reueriti perſecutiones,
ob teſtimoniũ bonæ conſciẽtię, b ſciẽ
tes, ꝙ noſtra prædicatio atq; doctrina
nõ eſt erronea, neq; ex errore naſcit, vt
diſciplinæ ſæculares nõnullæ. Neq; im
munda eſt, neq; ex immunditia naſcit,
quemadmodũ nonnullæ Philoſopho-
rũ doctrinæ atq; gentiliũ. Et hæc ipſa
noſtra exhortatio non eſt in dolo, ad ſe
ducendum homines a libertate Euãge
lij, cuiuſmodi eſt doctrina Pſeudapo-
ſtolorũ, c ſed loquimur in vetitate euã
gelium Dei, ſynceriter & pure, quemad
modum nobis illud Deus prædicandũ
credidit atq; commiſit quos ad hoc ip-
ſum probatos reputauit & dignos fecit.
d Ita (inꝗ̃) loquimur, vere & fideliter,
non vt placeamus hominibus, princi-
palem ibi finem conſtituentes, ſed vt
Deo placeamus, qui ſcrutatur intima

a ſed añ paſſi multa, & cõtumelijs affecti, ſicut ſcitis in Philippis.

fiduciã habuimus in Deo noſtro, loqui ad vos Euãgeliũ Dei. In multa ſollicitudine

b Exhortatio enim noſtra non de errore, neq; de immunditia,

neq; in dolo.

c ſed ſicut probati ſumus a deo vt crederetur nobis Euãgelium.

d Ita loquimur, non quaſi hoib9 placẽtes. ſed deo, qui ꝓbat corda noſtra.

ſpiritus noſtri, ad retributionem. a Neque enim aliquando vſi ſumus ſermonibus adulatorijs, quemadmodum ipſi optime noſtis. b Neq; propter auariciȩ cupiditatem, aut lucri gratia vobis prædicauimus, cuius rei mihi Deus teſtis eſt. c Neq; propter laudē hominū, neq; veſtram neque aliorum. Cum tamen potuiſſemus a vobis merito, & honorem, & ſumptum (quæ magiſtris debentur) exigere, tanquam apoſtoli Chriſti, ratione officij Apoſtolici, atq; ſuſcipere d Sed propter Euangelij fructū, conuerſati fuimus velut paruuli inter omnes vos, neq; honorem, neq; aliud quicquā deſiderātes a vobis. e Quēadmodum nutrix, filios quos in ſua cura habet educandos, omni cura ſtudioſiſſime enutrit, atq; curat, Ita nos nimia charitate vobis affecti, cupiebam⁹ tradere vobis, nō ſolum Euāgeli Dei, verbo prædicando, ſed etiam vitam noſtram pro vobis mori parati, f quoniā chariſſimos vos habuim⁹, ratione fidei & bonæ voluntatis veſtræ. g Neque dubito, quin memores ſitis adhuc laborum & fatigationum, quos veſtri cauſa ſuſcepimus. Cum nocte ac die aſſidue operis aliquid agentes, prȩter prædicationem publicam, & exhortationes priuatas etiam operi manuum inſiſtentes, ſic ſollicite prædicauimus inter vos

a Neq; enī aliqñ fuim⁹ in ſermone adulationis, ſicut ſcitis.

b Neq; ī occaſiõe auaritiæ Deus teſtis eſt.

c neq; q̄rentes ab hoībus gloriā neq; a vobis, neq; ab alijs. Cum poſſemus vobis oneri eſſe, vt chr̄i Apoſtoli.

d ſed, facti ſumus, paruuli in medio veſtrū.

e Tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos, ita deſiderantes vos cupide,

volebam⁹ tradere vobis non ſolum euangelium dei, ſed etiā animas noſtras.

f qm̄ chariſſimi nobis facti eſtis.

g Memores enī facti eſtis fratres laboris noſtri & fatigationis. nocte & die operantes.

ne quenq̄ veſtrū grauaremus prædicauimus in vobis Euangelium dei.

Euangelium Dei,ne quenq̃ veſtrũ gra
uaremus,ocioſe aut oneroſe panẽ alie
num manducãtes. a Vos conſcij eſtis
& magis Deus,quam immaculate & iu
ſte(ita vt nemo conqueri de nobis iure
poſſit)conuerſati fuerimus inter vos,q
Deo credidiſtis. b Sicut ſcitis, quali-
ter nonſolum publice docuerimus,ſed
etiam ſingulos veſtrum tanquam pa-
ter filios,deprecando,exhortando,cõ-
ſolando obteſtabamur vos & vehemẽ
tiſſime commonebamus,vt conuerſa-
tionem dignam veſtra vocatione duce
retis,qua vos Deus vocauit per fidem,
ad retributionem regni et gloriæ ſuę,ſi
permanſeritis in vocatione veſtra. c
Atq; ob hæc tanta vobis partim pręſti
ta,partim promiſſa beneficia,non ceſ-
ſamus a gratiarumactione, d quo-
niam cum audiſſetis,ex noſtra prędica
tione,ſermonem in quo auditur & di-
ſcitur myſterium Dei, accepiſtis illud
credẽtes,nõ vt ab hoĩbus,ſed vt verbũ
a Deo ꝓcedẽs,ſicut eſt vere verbũ Dei
et tanq̃ Deo vobis loquẽte,ſic fidẽ ha-
buiſtis nrę p̃dicationi. e Qui Deus,in
vobis q credidiſtis operat̃,vt credatisſi
cuti & ĩ nobis operat̃,vt illud dignepręz
dicem⁹. f Vos eñ fratres, facti eſtis imi
tatores Eccleſiarũ fideliũ,q̃ ſunt in Iu-
dęa in Chriſto Ieſu cõgregatę,quia ꝓ
amore noĩs Chriſti,ſimilem vos pſecu-

a Vos teſtes eſtis & deus,q̃ ſancte & iuſte & ſine querela vobis qui credidiſtis affuimus.

b Sicut ſcitis,qualiter vnũquenq; veſtrũ ſicut pater filios ſuos deprecãtes vos & conſolantes,teſtificati ſum⁹ vt ambularetis digne Deo,qui vocauit vos in ſuum regnum & gloriam.

c Ideo & nos gratias agimus deo ſine intermiſſione.

d quoniam cum accepiſſetis a nobis verbũ auditus dei accepiſtis illud non vt verbũ hominũ,ſed ſicut eſt vere verbum dei.

e qui operat̃ in vobis qui credidiſtis.

f Vos eñ imitatores facti eſtis (fratres) eccleſiarũ dei quę ſunt in Iudęa ĩ Chr̃o Ieſu,quia eadẽ paſſi eſtis & vos

tion ē ſuſtinuiſtis a veſtris conciuibus, qualē & illi ſuſtinuerunt priores a fratribus ſuis iudęis ſcd̄m carnem, a Qui quidē iudęi (nę nouū aliquid iam videantur aduerſum ſactos agere) & Dn̄m Ieſum, ſuum Meſſiam occiderūt, & q̄ hunc prænunciabant ad ſe miſſos Prophetas, & nos (qui eundem prædicamus) Apoſtolos eius, perſequi non deſinūt, & Deo nō placent. b & vniuerſorū ſaluti ꝑpter inuidiam obſiſtunt, quærentes impedire nos, ne gentibus ſalutem prædicemus. c Ita ſane, vt impleant menſuram patrū ſuorū, ſemper patrum ſuorum delictis ſua adijciētes grauiora. d Nam ſub ira dei ſunt, propter ſuam obſtinationē, & perſeuerabunt vſq; in finem ſæculi, quādo reliquię Iſrael ſaluæ fient. e Nos aūt (fratres) priuati, ad tēpus modicum, aſpectu ac cōſolatione corporalis pręſentię veſtræ, amplius laborauimus cū multo deſyderio, ad videndū pręſentiam veſtrā. f Ne vero nos putetis hęc vrbanitatis tantū gratia dicere, ſcitote, ꝙ voluimus venire ad vos, peculiariter quidē ego Paulus, iā altera vice, ſed impedimentū nobis ſuſcitauit inuidus diabol⁹. g Nā quid eſt aliud vnde remunerationē ſperem, aut de quo gaudeā ante dn̄m, aut propter quod coronam immortalitatis æternam expecto, niſi

a contribulibus veſtris ſicut & ipſi a Iudæis.
a qui & dominum occiderunt Ieſum,

& prophetas & nos ꝑſecuti ſunt.

& deo non placent.
b & in omnibus hominibus aduerſantur prohibentes nos gentibus loqui vt ſalui fiant.
c vt impleant peccata ſua ſemper.

d Peruenit enim ira dei ſuper illos, vſq; in finem.

e Nos autē (fratres) deſolati a vobis, ad tēpus horæ, aſpectu nō corde, abūdantius feſtinauimus faciem veſtram videre cū multo deſyderio.
f qm̄ voluim⁹ venire ad vos ego qdē Paulus & ſemel & iterum ſed impediuit nos Satanas.
g Quę eſt em̄ noſtra ſpes aut gaudiū, aut corona glorię? Nonne vos āte dn̄m nr̄m Ieſū Chr̄m in aduentu ei⁹?

a Vos enim eſtis glo‑ria noſtra & gaudiũ.

vos qui per meam prædicationem cre‑diditis? a Vtiq; vos coram iuſto iudicio domini noſtri Ieſu Chriſti in die aduentus eius, eritis gloria noſtra & gaudium. Hoc eſt, ij de quibus & pro quibus tunc gloriabor & gaudebo, pro laboribus, quos in vobis inſtituendis exhibui, remunerationem ſuſcipiens.

TEXTVS CAP. Tertium.

a Propter quod, non ſuſtinẽtes amplius, placuit nobis remanere Athenis ſolis, & miſimus Timotheũ fratrẽ noſtrũ & miniſtrũ dei in Euangelio Chriſti, ad confirmandos vos & exhortandos, pro fide veſtra, vt ne mo moueatur in tribulationibus iſtis.

b Ipſi enim ſcitis, q̃d in hoc poſiti ſumus.

c Nã & cũ apud vos eſſemus, p̄dicebamus vobis paſſuros nos tribulationes, ſicut & factum eſt & ſcitis.

ELVCIDATIO CAPITIS Tertij.

O a B nimium ergo deſiderij noſtri feruorem, cum amplius non ſuſtineremus veſtrarum rerum eſſe ignari, complacuit nobis Timotheum fratrem noſtrum & miniſtrum Dei, in Chriſti prędicãdo Euangelio, nobis interim ſine eo Athenis remanentibus ad vos mittere, ad confirmandum corda veſtra, atq; ſuis exhortationibus cõſolandum, pro ſtabilitate atq; incremẽto fidei veſtrę, vt nemo tribulationibus iſtis, quas vobis veſtri contribules inferunt, deuictus, recedat a fide ſuſcepta. b Iam enim edocti eſtis & ſcitis, q̄ in hoc nos Deus vocauit, dum fideles fecit, vt per varias tribulationes ad regnũ pertingamus. c Nam & de nobiſipſis, cum pręſentes eſſemus apud vos prædicabamus vobis, perſecutiones nobis imminere, ſicut & factum eſt, & iam au

dito cognouiſtis. a Propter hoc (inquã) quoniam in tribulationibus agitis, miſi Timotheum, vt cognoſcerem certo de conſtantia fidei veſtræ. Ne forte nobis abſentibus tentator diabolus vos tentauerit, & deuicerit, noſtroſq; labores, quãtum ad veſtram ſalutẽ, irritos fecerit. b At vero nunc poſteaq̃ a vobis ad nos rediens Timotheus, ſignificauit nobis de ſtabilitate fidei veſtræ, & charitatis vigore, et quia noſtri ac noſtræ doctrinæ memores eſtis in bonum, ita nobis affecti, vt deſyderetis etiam plurimum noſtri pręſentiam, quemadmodum et nos veſtram. c In his, non modicũ cõſolati ſumus, de vobis hæc audientes, licet in multis neceſſitatibus atq; tribulationibus verſaremur propter certitudinem fidei, quam, ex hiſce ſignis, aperte adhuc integram cognoſcimus. d Quoniam illud nos quaſi vitam, & quaſi i humanis omnibus reputamus pręcipuum, ſi vos firmi ſtatis in fide Dei. e Et nũc quomodo condignã poſſimus Deo gratiarum actionem retribuere, pro omnibus vobis, propter vniuerſum gaudium quo gaudemus de vobis, coram Deo noſtro. f Quem aſſiduis precibus oram⁹ vt o portunitatem nobis faciat veniendi ad vos: vt abundantius inſtruamini & compleamini doctrina prędicationis noſtræ, quod adhuc docendum ſuper

a Propterea & ego amplius nõ ſuſtinens miſi ad cognoſcendum fidẽ veſtram. Ne forte tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noſter.

b Nunc autem veniente Timotheo ad nos a vobis, & annũciante nobis fidem & charitatem veſtram. & quia memoriam noſtri habetis bonam ſemp deſyderantes nos videre, ſicut & nos quoq; vos.

c Ideo conſolati ſumus fratres in vobis in omni neceſſitate & tribulatiõe noſtra per fidem.

d quoniam nunc viuimus, ſi vos ſtatis in domino.

e Quam enim gratiarum actionem poſſumus Deo retribuere pro vobis, in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante dominum noſtrum.

f die ac nocte abundantius orantes, vt videam⁹ faciẽ vr̃am

a Ipſe aũt deus et pater noſter & dñs ieſus Chr̃s, dirigat viã noſtrã ad vos. b Vos autẽ dñs multiplicet, & abũdare faciat charitatẽ veſtram in inuicem & in omes quemadmodum & nos in vobis ad cõfirmanda corda veſtra ſine querela in ſanctitate, ante deũ & patrem noſtrum in aduentu domini noſtri ieſu Chriſti, cum omnibus ſanctis eius, Amen.

eſt, vtq; plenius vos edoceamus myſtéria fidei veſtræ. a Ipſum autem precor Deum qui eſt pater noſter, et dominum Ieſum Chriſtum, vt dignetur iter noſtrum dirigere ad vos. b Interim autem vos dominus creſcere & abundare faciat charitate, erga ſanctos, ad inuicem, atq; etiam in omnes, quemadmodum & nos abundamus erga vos charitate, vt confirmetur ſpiritus veſter ſitq; irreprehenſibilis in ſanctificatiõe perfecta, coram Deo & patre noſtro, in die quãdo aduenìet dominus noſter Ieſus Chriſtus, cum omnibus ſanctis ſuis, in gloria ſua, Amen.

TEXTVS, CAP. Quartum.

a De cætero fratres rogamus vos & obſecramus in dño ieſu, vt quẽadmodũ accepiſtis a nobis, qũo oporteat vos ambulare, & placere deo, ſic & ambuletis, vt abũdetis magis. b Scitis enĩ que p̃cepta dederim vobis p̃ dominum ieſum. c Hęc eſt enĩ voluntas dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos a fornicatiõe. d vt ſciat vnuſquiſq; veſtrũ vas ſuũ poſſidere in

ELVCIDATIO CAPITIS Quarti.

Ca Aeterum fratres, rogamus vos et obſecrantes exhortamur, in domino Ieſu, vt ſic conuerſemini, quemadmodũ a nobis audiuiſtis, quo modo oporteat vos vitã omnem inſtituere, et Deo placere, vt in bonis amplius proficiatis. b Scitis enim quæ pręcepta vobis tradiderim per dominũ Ieſum a quo ea accepi, & in cui⁹ virtute ea tradidi vobis obſeruãda. c Nã Dei bñplacitũ eſt, vt vos ſanctificemini & ſcti ſitis, abſtinẽdo ab ijs, q̃ vos poſſent reddere coinquinatos. d vt ſciat vnuſq́q; ſuũ corp⁹ cuſtodire, in ſanctitate & ho

nore impollutũ, nõ pmittẽdo ipſum paſ ſionib9 malę cõcupiſcentię inhonorari atq; corrũpi, queadmodũ gẽtes faciũt, Deũ neſciẽtes. a Et nemo p vim opprimat, aut in negocio vel tractatu fallaciter decipiat fratrẽ ſuũ, qm̃ hęc oĩa De9 iudicabit in iudicio, ſicut cũ eſſem9 apd vos p̃diximus vobis, & in verbo dñi teſtificati ſum9. b Nõ eĩ vocauit nos deus ad fidẽ ſuã, vt in imundicitia peccatorũ noſipſos polluam9, ſed vt in ſanctitate vitã ducamus. c Itaq; qui hæc p̃cepta tranſgredi nõ veretur, ſciat ille nõ me hominẽ tantũ ſe cõtẽnere, ſed magis Deũ, cuius ſunt p̃cepta, ego vero tantũ denunciator ac p̃co eorundẽ. d Qui Deus, etiã ſpiritũ ſuum ſanctũ dedit in cordibus noſtris, qui nobis p̃bet adiutoriũ, ad obſeruationem p̃ceptorũ eius. e De charitate vero fraterna, nõ eſt neceſſe, vt quicq̃ ſcribã vobis f Iam eĩ a Deo edocti eſtis, vt inuicem veritate & opere diligatis. g queadmodũ ipſa veſtra opera mõſtrant, quæ in oẽs fratres per vniuerſam Macedoniã miſericorditer in charitate exhibetis. h Rogamus inſuper vos fratres, vt ad p̃fectum quotidianũ in ſpiritualibus bonis diligenter laboretis, ac vt ſtudeatis quieti eſſe, ſuum quiſq; negociũ agẽtes i & operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis, vt honeſta appa-

ſctificatiõe & honore nõ in paſſiõe deſyderij, ſicut & gẽtes quæ ignorant deum.

a Et ne quis ſupergrediatur neq; circunueniat in negocio fratrẽ ſuũ, quoniã vindex eſt dñs de his oĩbus, ſicut p̃diximus vobis & teſtificati ſum9.

b Nõ eĩ vocauit nos de9 in imundiciã, ſed in ſanctificationem,

c Itaq; qui hęc ſpernit, non hominẽ ſpernit, ſed deum.

d qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis.

e de charitate aũt fraternitatis, nõ neceſſe habuim9 ſcribere vobis

f Ipſi eĩ vos adeo didiciſtis, vt diligatis inuicem. g Etenĩ illud facitis in oẽs fratres, in vniuerſa Macedonia.

h Rogamus aũt vos fratres, vt abundetis magis, & operã detis vt quieti ſitis, & vt veſtrũ negociũ agatis.

i & operemini manibus veſtris, ſicut præ-

cepimus vobis, vt & honeſte ambuletis ad eos qui foris ſunt, & nullius aliquid deſideretis.

a Nolumus autẽ vos ignorare frẽs de dormientibus, vt non cõtriſtemini ſicut & cæteri qui ſpẽ nõ habẽt.

b Si enĩ credimus, ꝙ Ieſus mortu⁹ eſt & reſurrexit ita & de⁹ eos qui dormierunt, per Ieſum, adducet cũ eo.

c Hoc enim vobis dicimus in verbo dñi, quia nos qui viuim⁹ qui reſidui ſumus.

d In aduentu dñi, nõ preueniemus eos qui dormierunt.

e Quoniã ipſe dñs, ĩ iuſſu & ĩ voce Archãgeli.

& in tuba dei, deſcendet de cœlo.

f & mortui q̃ in Chriſto ſũt reſurgẽt primi

reat, & decens conuerſatio veſtra, etiã
erga infideles, & ne cogamini aliena,
vel deſiderare, dum proprijs laboribus
ſuſtentamini. Nam ocioſos, penuria fu
res facit. a Præterea, de mortuis ſcire
vos volo rei plenam veritatem, vt non
ſic inconſolabiliter triſtitia deijciamini,
quomodo illi qui ſpem futuræ reſurre-
ctionis nullã habent. b nã quia credi
mus (vt verũ eſt) Chriſtũ a mortuis ſur
rexiſſe, ſic & de reliquisq in dño mortui
ſũt credere debemus, quod Deus pa
ter adducet eos per Chriſtũ vna cum
eo, in nouiſſimo die. c Hoc enim vo-
bis vt certum & firma fide tenẽdum di-
cimus, tanquam verbum domini, ꝙ illi
qui viui tunc relicti erunt, quoſq; dies il
la ſuperſtites iuenerit (de quorum nu
mero poſſibile eſt vt nos quoq; futuri ſi
mus, propter quod me illis quoque cõ
numero) d in aduentu domini ad iudi
cium, nullo modo priores erunt in reſur
gendo, ijs qui multo ante mortui ſunt,
e Quoniã ipſe dominus, tanq̃ impera
tor habens poteſtatem iudicium facien
di p imperiũ iuſſiõis ſuæ, per miniſteriũ
vocis archãgeli & angelorũ ſub eo cõſti
tutorũ ac tubæ q̃ pſonabit ad reſurre-
ctionẽ mortuorũ, deſcẽdet a patris dex
tera in qua nunc reſidet glorioſus, ad in
feriora aeris hui⁹ loca, f & qui in Chri
ſto mortui ſunt reſurgent dignitate pri

uilegioq; eximio priores obuiam procedentes iudici in aſſumptis corporibus glorificatis. Qui vero ſine Deo mortui ſunt, reſurgent quidem & ipſi, ſed propter miſeriam poſteriores, quoniam in terra remanebunt, ſententiam horribilem cum formidine expectantes. a Itē etiam & illi qui tunc viui reperientur atq; ſuperſtites fideles, ſimul cum illis qui multo ante mortui fuerant, diuina virtute ſubleuabuntur, vt procedant obuiam Chriſto in aeris ſuperiorem locum, b & ſic ſemper omnes pariter fideles, extūc cū domino erim⁹. c In his itaq; verbis veriſſimis & certiſſimis, inuicem vos conſolari debetis, ne ſupra modū, gentilium more, ſuper mortuis contriſtemini.

a Deinde nos qui viuim⁹, q relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus, obuiā chriſto, in aera. b & ſic ſē per cū dño erimus. c Itaq; conſolamini inuicem, in verbis iſtis

ELVCIDATIO CAPITIS. Quinti.

Da Etemporibus autem venturis, & tēporū articulis (fratres) non fuit neceſſe vobis multa ſcribere curioſius. b ipſi eni, q̄tum hac de re ſcire conuenit, iam ſcitis. Nēpe q̄ dies illa aduentus domini, ſic veniet, cum non putatur, quomodo fur ſolet in nocte ea potiſſimū hora qua neſcitur, aduenire. c Cum enim exiſtimauerint ſe ſecuros & ſine periculo, nunc ſubito eos opprimet mors, & pditio, & veniet eis dolor ineſtimabilis, cuiuſmodi eſt

TEXTVS CAP. Quintum.

a De tēporibus autē & momētis, fratres, non indigetis vt ſcribamus vobis. b Ipſi enim diligēter ſcitis, quia dies domini ſicut fur in nocte, ita veniet.

c Cum enim dixerint pax & ſecuritas: tunc

repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, & non effugient.

a Vos aũt ffes nõ eſtis ĩ tenebris, vt vos dies ille tanquam fur comprehendat.
b Oẽs eĩ vos filij lucis eſtis, atq; filij diei.
c Nõ ſum⁹ noct's, neq; tenebrarum. d Igitur non dormiamus, ſicut & cęteri,

ſed vigilemus & ſobrij ſimus.
e Qui enim dormiunt nocte dormiũt, et qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. f Nos autem q diei ſumus, ſobrij ſimus
g induti loricam fidei & charitatis,

h & galeam ſpẽ ſalutis

i Quoniam non poſuit nos deus in iram, ſed i acquiſitionem ſalutis p dñm noſtrum Ieſum Chriſtum.

dolor ptu ientis (quẽ cũ certo expectet mulier, horã tñ neſcit, ſed plerunq; opprimit etiã nihil cogitantẽ) & non euadent. Hæc aũt nõ dicta ſint ad terrorem veſtrũ. a Vos eĩ nõ eſtis increduli in nocte verſantes, vt vos dies illa dep̃hẽdere valeat, tanquã fur, ĩparatos atq; dormientes. b Oẽs eĩ vos in luce eſtis atq; in die, ꝓpter fidẽ veſtrã. c Nõ aũt ſumus in nocte incredulitatis, neq; in peccatorũ tenebris. d Propter quod neq; dormiendũ eſt nobis, aut ceſſandũ ab operibus bonis, quemadmodũ faciunt cæteri qui nõ credũt, ſed vigilãter expectem⁹ aduentũ domini, & ſim⁹ ſobrij in omnibus, noſtrã cõcupiſcẽtiã frenãtes. e Tẽpus eĩ dormitiõis & dormientiũ, nox eſt, et inebriari ſolent potiſſimũ nocte hoĩes. f Atq; ob hoc nos qui ĩ nocte nõ ſum⁹, ſed in die, nequaquã cõuenit eiuſmodi noctis actionib⁹ inuolui, ſed ſobrij eſſe debem⁹, g aſſumentes ꝓ indumẽto atq; defenſione fidẽ et charitatẽ, velut loricã, q̃ ex bonis actionibus cõponit̃, quas fides per dilectionẽ operat̃. h aſſumẽtes itẽ ſpẽ æternæ ſalutis in galeã, q̃ id qđ in hoie ſummũ eſt, tutat̃ atq; defendit. Idq; oĩ no cõuenit. i qm̃ nõ vocauit nos De⁹, vt iræ ſuæ redderet obnoxios, aut vt irã ſuã in nobis manifeſtaret, ſed vt acquiram⁹ ſalutẽ æternã, p dñm nr̃m Ieſum

Chriſtũ. a qui mortuꝰ eſt ꝑ nobis ſaluã dis, ad hoc vt ſiue viuẽtes corporaliter ſiue moriẽtes, ſemp cũ illo vita ſpiritus viuamus, b Ob hoc conſolantes exhortemini inuicẽ, & ad ſpiritalem profectũ adiuuate, ſicut & cõfido vos recte facere, c Rogamus autẽ vos fratres, vt obſeruantes agnoſcatis eos qui laborãt inter vos, & qui præſunt vobis in dño, & monent vos atq; etiã corripiunt, vt illos non ſolũ nõ odio habeatis, ſed etiã abundãtiori dilectione proſequamini, propter opus adminiſtrationis eorũ. d Rogamus igiť vos fratres vt eos qui inter vos inordinate atq; vagabunde obambulãt etiã acrius admoneatis, eos qui ſunt parui atq; puſilli animi, cõſolemini, infirmiores & imperfectos, ſuſtineatis, & in vniuerſum, erga oẽs ſitis patiẽtes. e Cauete, ne quis malũ reddat pro malo cuiuis hoĩm ſed ſemp ſtudete bene facere, nõ ſolũ inuicẽ, ſed etiam oĩbus hominibꝰ. f Semp gaudete in dño, nũquã intermittite orationem, de omnibꝰ ſemp Deo gratias agite. g Hoc eñ eſt bñplacitũ Deo per Chrm̃ Ieſum, de oĩbus vobis, nimirum vt ſemp gaudentes atq; orãtes, pſtetis in gratiarumactione. h Nolite impedimentum præbere habitanti in vobis ſpiritui ſancto: neq; vllum ſpiritꝰ donũ velitis delere, peculiariter vero ꝓphetię

a qui mortuus eſt pro nobis, vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus ſimul cũ illo viuamus. b Propter qđ cõſolamini inuicem, & ædificate alterutrum, ſicut & facitis. c Rogamus autẽ vos fratres, vt noueritis eos qui laborant inter vos & præſunt vobis in domino & monẽt vos vt habeatis illos abundantius in charitate, propter opus illorum & pacẽ habete cum eis. d Rogamꝰ autẽ vos fratres, corripite inquietos, cõſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes. e Videte ne quis malũ ꝓ malo alicui reddat, ſed ſp qđ bonum eſt ſectamini in inuicẽ & in omnes. f Semp gaudete ſine intermiſſiõe orate, in omnibꝰ gratias agite. g Hęc eſt enim volũtas Dei, in Chriſto Ieſu, in omnibus vobis. h Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite ſpernere.

donū ne ſpreueritis, quod eſt donū inter cætera magis eccleſiā ædificans. a Oīa aūt ꝓbate, & examinādo diiudicate Q̄ď vero fuerit, iudicio eorū quorū in eſt iudicare bonū cōprobatū, id teneat̃ qď ſecus reijciat̃. b Ab oī non tm̄ malicia ſed etiā eo quod ſpeciē habet mali, caucte vobis, vt oēm tolllatis occaſionem ſcādali, quātū eſt in vobis. c ipſum aūt Deū, a quo eſt pax oīs, q pacē diligit cā q; inhabitat ꝑcor, vt p oīa plene vos ſā ctos efficiat, vt ſpūs veſter integer atq; incorruptus vicio cuſtodiatur. itēq; aīa & corpus (id eſt, portio rationis ſupior & inferior) atq; corporis ſenſus infim⁹ & i vniuerſum oēs corporis & aię vires, in diem aduētus dñi nr̄i ieſu Chriſti. De dei quidē adiutorio, nihil eſt diffidēdū. d Fidelis eſt enī qui etiā pficiet qď cœpit, ſi nos nō deſimus gr̄æ eius. e Fratres, orate pro nobis. Salutate fr̄es oēs, per ſāctę pacis oſculū. f Diſtricte vobis præcipio, atq; p dñm iuramēto vos conſtringo, vt liceat epiſtolā hāc oībus fratribus legere, qui id requiſierint, & nemo fideliū expoſcens ꝓhibeatur. g Gratia dñi noſtri ieſu Chriſti, ſit & maneat cum omnibus vobis Amen.

Finit Elucidatio in Epiſtolā priorē ad Theſſalonicēſes, beati Pauli Apoſtoli

a Oīa aūt probatę, qď bonum eſt tenete.

b Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.

c Ipſe aūt De⁹ pacis ſanctificet vos p oīa, vt īteger ſpūs veſter, & anima & corpus, ſine querela in aduentu dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.

d Fidelis eſt qui vocauit vos. qui etiam faciet. e Fratres, orate ꝓ nobis. Salutate fr̄es oēs in oſculo ſancto. f Adiuro vos p dñm vt legat̃ Epiſtola hæc omnib⁹ ſanctis fr̄ib⁹.

g Gratia dñi nr̄i Ieſu Chr̄i vobiſcū, Amē.

Finit Textus Epiſtolę prioris ad Theſſalonicenſes.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolam ad Theſſalonicenſes ſecundam beati Pauli Apoſtoli.

QVemadmodum ſolent peruerſi homines aliorum benedicta facile peruertere, ita videntur fuiſſe apud iſtos Theſſalonicē ſes, qui ex verbis Apoſtoli perterrefaciebant ſimplicium animos, quaſi iam in proximo eſſet dies iudicij extremus. Cuius dicti occaſio videri poteſt ex eo ſumpta, quod dicitur priori epiſtola, quoniam dies domini ſicut fur in nocte, ita veniet. Apoſtolus igitur de hac re plenius eos inſtruere, & perturbatos quorundā animos conſolari volens hanc ſcribit eis ſecundam epiſtolam. In qua primum gratias agens Deo, eorum & charitatē et patientiā collaudat, eorum quidem qui nunc perſecutionē patiuntur, fœlicē retributionem, eorum, autē qui ſanctos perſequuntur, vindictam in nouiſſimo die, & pœnam venturam proponens, ſimul & orans Deum, vt eos faciat ſua vocatione ſemper digne viuere, ad gloriam Chriſti. Poſt hoc ſecundo capite, ad principale propoſitum accedens, rogat eos, vt nulla ratione ſe terreri aut perturbari permittant falſis confictiſq; rumoribus, de nouiſſimi diei aduentu in proximo imminenti, de quo conſequenter eos veritatem edocet, dicēs primum diſceſſionem debere fieri, & filium perditionis Antichriſtum reuelari, de cuius aduentu qualis ſit futurus, & eorum qui ei ſunt credituri deceptione, eiuſq; per Chriſti ſententiam & virtutem interemptione & condemnatione, plura differit, gratiarum actionem, de bona eorum electione, exhortationem ad Apoſtolicarum traditionum obſeruantiam, & deprecationem pro confirmatione in bono ſimul

ſubnectens. Tertio deinde cap, pro ſe & profectu prędicationis ſuę, diſcipulo ū orationē poſtulat, bene confidēs de eis. Denūciat autē cum ſeueritate, vt intendant correctioni eorū qui vagabundi & otioſi obambulant, nihil boni operis agentes, ſed paraſitorū more alienum panē in ocio mandu cantes, quales audiuit nōnullos inter eos ſuſtineri, & ſic eos vult puniri, vt cæteri ab eorū conſortio ſe ſeparent, quo cōfuſi emendent delictum, ſic tamen, vt nō odio habeantur quaſi inimici, ſed vt in charitate fraterna hæc eis punitio & correctio adhibeatur. Poſt quæ, pace eis optata, & ſalutatione in ſignum appoſita, ita terminat epiſtolam.

¶ Finit Argumentum.

Textus Epiſtolę poſterioris ad Teſſalonicēſes beati Pauli Apl'i.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Theſſalonicenſes poſteriorem beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS, I CAP. Primum.

ELVCIDATIO CAPITIS Primi.

Pa Aulus & Syluanus & Timotheus, Eccleſię Theſſalonicenſium in deo patre noſtro & dn̄o ieſu Chr̄o b Gratia vobis & pax a Deo patre noſtro & dn̄o ieſu Chriſto.

Pa Aulus Siluanꝰ et Timotheus, ſcribūt Eccleſiæ Theſſalonicenſi in Deo patre & Chriſto Ieſu congregatæ. b Sit vobis gratia & pax a Deo patre omniū credentium, & domino ieſu Chriſto.

a Debemus ſine intermiſſione Deo gratias agere pro vobis, ratione beneficiorum in vos collatorum, quemadmodum iuſtum eſt. b quoniam creſcit in dies fides, & augmentum ſumit charitas veſtra, qua vos mutua proſequemini dilectione. c Ita vt nosipſi cum gloria & gaudio prædicemus in cæteris fidelium Eccleſijs, ad earum ædificationem exemplum patientiæ veſtræ, & fidei conſtantiam, quam demonſtratis in tolerantia omnium perſecutionum atq; tribulationum, d quas vos Deus permittit ſuſtinere. vt ex hoc demonſtret ſuum iuſtum iudiciū. Nēpe vt vos ex patientia digni inueniamini, ſecundum iuſtum illud Dei iudicium, regno Dei æterno atq; corona gloriæ, pro cuius fide & conſecutione nunc patimini tribulationes iſtas, qui vero vos affligūt digni inueniantur perditione æterna.

e Si tamen iuſtum eſt hoc coram Deo iudice (ſicut omnino conſtat iuſtiſſimū eſſe) vt retribuat eis ipſe tribulationem in illo die qui vobis nūc tribulationes ſine cauſa inferunt, propter nomen eius f vobis autem qui tribulamini nunc in præſenti tempore vt tūc reddat requiē ſempiternā vna nobiſcū, vt quomodo ſocij eſtis paſſionū, ita ſitis in futuro & cōſolationis g Tūc (inq̄) qñ reuelabitur

a Gratias agere debemus ſp ꝓ vobis fratres, ita vt dignū eſt.
b qm̄ ſupercreſcit fides veſtra, & abūdat charitas vniuſcuiuſq; veſtrum in inuicem,
c ita vt et noſiipſi in vobis gloriemur in Eccleſijs dei, pro patientia veſtra, & fide in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus.
d quas ſuſtinetis ī exemplum iuſti iudicij dei, vt digni habeamini in regno dei, ꝓ quo & patimini.
e ſi tamē iuſtū eſt apđ Deum, retribuere retributionem ijs qui vos tribulant.
f & vobis qui tribulamini requiē nobiſcū.
g i reuelatiōe dñi ieſu

de cœlo, cum angelis virtutis eius, in flamma ignis,

a dantis vindictã ĳs qui non nouerunt deũ

b & qui nõ obediunt Euangelio domini noſtri ieſu Chriſti.

c Qui pœnas dabunt in interitu æternas a facie dñi, & a gloria virtutis eius.

d cũ venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus q crediderũt.

e quia creditũ eſt teſtimonium noſtrum ſuper vos, in die illo.

f In quo etiam oram⁹ ſemp̱ pro vobis, vt dignetur vos vocatione ſua deus noſter & impleat omnem voluntatem bonitatis ſuę & opus fidei in virtutis.

g vt clarificeť nomẽ domini nři Ieſu Chři in vobis, et vos in illo ſcd̃m gratiam dei nři, & dñi Ieſu Chriſti.

in gloria maieſtatis ſuæ dominus Ieſus de cœlo veniens, cum angelis miniſtris ſuis, & executoribus voluntatis ſuæ, p̱diturus impios per flammam ignis. a qui Ieſus vindictam faciet per ignis huius miniſterialem executionem, aduerſus eos qui noluerunt agnoſcere Deũ dum viuerent, fide & operibus bonis, b & qui noluerunt obedire Euangelio domini noſtri Ieſu Chriſti. c Qui æternas exoluent pœnas, mortẽ ęternã ſuſtinentes: iudicio et definitiõe dñi, iudicantis in gloria virtutis ſuæ. d qñ veniet glorioſus fieri in ſc̃tis ſeruis ſuis, eis gloriã cõmunicando, et admirabilis apparebit in glorificatione fidelium ſuorum. e quoniam teſtimonio prædicationis noſtræ vos crediſtis, in diẽ illum, vt tunc ſalui ſitis. f Pro quo etiã orare non ceſſamus de vobis, vt Deus vos habeat et faciat dignos hac vocatione qua iam vocati eſtis, faciendo vos dignam ſibi vitam ducere, & complere vos faciat atq; perficiat in vobis omne ſuum beneplacitũ, quod eſt in omni bonitate atq; in omni virtute, & impleat in vobis operationem fidei veſtrę congruam, per virtutem ſpiritus ſui. g ad eum finem, vt nomen domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis credentibus glorificetur, & vos glorificemini per illum, ſecundum gratiam & miſericor-

diam Dei patris, et domini Ieſu Chriſti quam nobis pater per filium exhibuit.

ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

a Rogamus autem vos fratres ꝑ aduētū domini noſtri Ieſu Chriſti ad iudicium, et per congregationem qua nos omnes in illo aduentu ad ipſum congregabimur, vt non facile a veſtro iudicio, in quo per nos inſtructi eſtis, recedatis, neque terreamini, ſic qui ſe fingunt per ſpiritum prædicere qđ inſtet dies domini, ſiue ſermone hoc præſentes prædicent, ſiue abſentes per epiſtolam ipſum agant noſtro nomine falſo ſcriptam, vel aliter quam volebamus intellectam. b Hoc (inq̃) rogo, vt non vos ſinatis in huiuſmodi erroneas perſuaſiones induci. c Quoniam iuxta rei veritatem, dies domini non veniet, niſi ante venerit defectio Romani imperij atq; etiam fidei & charitatis pene in vniuerſis, d & niſi prius manifeſtatus fuerit ille homo ſceleratꝰ atq; impius, quem poſſidebit æterna ꝑditio, qui aduerſabitur (blaſphemando, & alios blaſphemare cogendo) e immo ſuperbe efferet ſe, ſupra omnē Deum, non ſolum verum, ſed etiam aduerſus & ſuper eos, qui ſolo noīe dij ap

TEXTVS, CAP: Secundum.

a Rogamus autē vos fratres per aduentum dn̄i noſtri Ieſu Chriſti & nr̄ę cōgregationis in ipſum vt non cito moueamini a vr̄o ſenſu, neq; terreamini, neq; per ſpm̄, neq; ꝑ ſermonē, neq; ꝑ epiſtolā tanquā ꝑ nos miſſam quaſi inſtet dies dn̄i.

b Ne quis vos ſeducat vllo modo.

c Quoniam niſi venerit diſceſſio primum.

d & reuelatus fuerit homo peccati, filius ꝑditiōis, q̄ aduerſatur.

e & extollitur ſupra omne qđ dicit̄ Deus. aut quod colitur.

pellãtur. a Adeo vt in templo qđ Deo erat ſacratũ, thronum ſit tibi collocaturus, exhibiturusq; ſeipſum vt Deũ, volens omnibus dijs relictis ſolus adorari. b Non tenetis memoria, ꝙ hæc dicebamus vobis, cũ eſſemus præſentes apud vos? c Et nunc ex his noſtris verbis facile poteſtis intelligere, quid demoretur aduentum eiꝰ (id eſt, vel Chriſti ad iudiciũ, vel Antichriſti ad regnũ ſuum) d nimirum hoc, quod in ſuo tẽpore debet reuelari Antichriſtus, quod quidem tempus nondũ videtur impletum. e Nam nunc quidẽ interim vſq; dum ille veniat, figura quidem illius iniqui & peſſimi forſitan regnat, aut dominatur. Nam antichriſti multi ſunt, & omnis perſecutor aut hæreticus, myſteriũ et figura Antichriſti eſt. f Illud tantũ curandũ eſt, vt quiſquis nunc tenet rectam fidem atq; charitatem dei, pergat tenere, ac perſeueret, nec dimittat, donec deficiat Romanum imperium, atq; fides Chriſtiana pene in vniuerſis. g Et tunc ille iniquus reuelabitur, & iniquitas eius patefiet per Chriſtum dominũ qui illum interficiet palam omnibus, p ſententiam oris ſui, adueniens contra ipſum (ſiue per ſe, ſiue per angelos executores) vt deſtruat per fulgurationem ſuã in magna gloria. h illũ impiũ, qui adueniet ad perſuadendum hominibꝰ

a ita vt in templo dei ſedeat, oſtendens ſe tã q̃ ſit deus.

b Nõ retinetis ꝙ cũ adhuc eſſem apđ vos hęc dicebã vobis.

c Et nunc, quid detineat ſcitis.

d vt reueletur in ſuo tempore.

e Nam myſterium iam operatur iniquitatis.

f tantum, vt qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat.

g Et tunc reuelabitur ille iniquus, quẽ dñs Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, et deſtruet illuſtratiõe aduẽtus ſui.

h eũ cuius eſt aduẽtus ſcđm operationẽ

non virtute diuina armat⁹, ſed adiuto rio diaboli innixus, cuius miniſterio, mi ras virtutes videbitur ædere, a ſigna magna et prodigia faciens, ſed menda cia (quæ etiamſi vera fuerint nonnulla in re, tamen ad mendaciū ſuadebunt) vt ſeducat homines ad iniquitatē a vir tute, b homines (inquā) perditos, et fi lios damnationis, eo quod Chriſti cha ritatē atq; veritatem noluerunt fide re- cipere, ad ſuam ſalutem. c Propter q̄ pērmiſit venire illis operationem hu- iuſmodi, quę in errorem eos induceret vt crederent falſitati, vt condemnētur omnes qui maluerunt iniquitati crede- re, quam veritati. d Nos vero ſcientes vos ab hoc periculo dei gratia liberatos debemus ſemper gratias agere Deo, p̄ vobis, o fratres mei, quos Deus in veri- tate dilexit, atq; etiamnum diligit, debe mus (inquā) agere gratias Deo, e eo quod ipſe vos ab æterno elegerit, vt eſ ſetis inter Chriſto credentes, velut pri- mitiui. & tēporis primitate, et fidei præ cellentia, ad veſtram æternam ſalutē. f Elegit inquam vos ſanctificando per ſpiritum ſuū, in hoc quod veritati credidiſtis ſancti Euangelij, ad quam vos deus vocauit, g per miniſterium prędicationis noſtræ, vt acquiratur glo ria domino noſtro Ieſu Chriſto hoc eſt vt nomen eius glorificetur per fidem

Satanę.

a In omni virtute, & ſignis, & prodigijs mendacibus, & in om ni ſeductione iniqui- tatis.

b ijs qui pereunt, eo q̄ charitatem verita- tis non receperunt, vt ſalui fierent.

c Ideo mittet illis de⁹ operationem erroris, vt credant mendacio vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſe- runt iniquitati.

d Nos autē debem⁹ gratias agere Deo ſē- per pro vobis, fratres dilecti a deo.

e q̄ elegerit vos de⁹ primitias in ſalutem.

f in ſanctificatione ſpi ritus & in fide verita- tis, in qua & vocauit vos,

g per Euangeliū no- ſtrum, in acquiſitione glorię domini noſtri Ieſu Chriſti.

a Itaq; fratres ſtate & tenete traditiões quas didiciſtis, ſiue per ſermonē, ſiue p epiſtolā noſtram.

credentiū. a Itaq; fratres, quando ſic vocati eſtis, permanete viriliter, in fide ac vocatione veſtra, & obſeruate præcepta atq; ordinationes quas vobis tradidimus, ſiue per verba præſentes, ſiue per epiſtolam abſentes.

b Ipſe aūt dñs noſter Ieſus Chrs, & Deus & pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationē ęternam, & ſpem bonā in gratia.

b Ipſe autem dominus noſter ieſus Chriſtus, & De⁹ pater noſter, qui dilexit nos, & dedit nobis in ſpe conſolationem, nō vtiq; temporalem, ſed æternam atq; cœleſtem, & ſpem vere bonam, per gratiam, quā interim tenemus, donec veniat gloria quam expectamus.

c exhortet̄ corda vr̄a & confirmet in omni opere & ſermone bono.

c Ipſe (inquam) veſtra corda, exhortationib⁹ ſuis internis conſoletur, atq; corroboret in omnibus operibus, atq; ſermonibus bonis, vt nec propter tribulationes inſtantes, nec propter operum ſigna, nec ꝑpter verba miranda, Chriſtianæ fidei amittatis confeſſionem.

TEXTVS, CAP. Tertium.

¶ ELVCIDATIO CAPITIS Tertij.

a De cætero fratres, orate ꝑ nobis vt ſermo dei currat, & clarificet̄ ſicut & apud vos

Ca Aeterum fratres, p̄etimus vt oretis Deum pro nobis, vt liceat nobis iniunctum prædicationis munus debite peragere, vt verbū Dei velociter ꝑficiat, atq; late diffuſū clarificetur, ſicut apud vos iam habitat, & p̄dicatum eſt.

b & vt liberemur ab importunis et malis ho

b et vt expediamur dei adiutorio ab iјs qui nos impediunt, mo

leſtis ſiue abſurdis hominibus, atq; aduerſis a deo, cuiuſmodi ſunt carnales iudæi, & idololatrę Gentiles. a Non ei omnes credunt Euangelio, ſed ij tantũ quibus datum eſt b Fidelis eſt autẽ Deus, qui vos quos elegit & iã olim vocauit, in futuro etiam confirmabit in bono, & ne in malum cadatis ſeruabit. c Confidimus autem fratres, opinionem habentes bonam de vobis, ꝙ omnia ꝑcepta noſtra et traditiones, obſeruatis & obſeruabitis. d Precor autem Deũ vt ſpiritus veſtros inter tanta ſęculi mala, in recta charitatis diuinę ſemita, inq; patienti expectatione aduẽtus Chriſti deducat & regat ne declinetis a via huius rectitudinis. e Præcipientes autem denunciamus hoc vobis omnibus in nomine & virtute domini noſtri Ieſu Chriſti, vt non habeatis commercium cum illis nomine ſolo Chriſtianis, qui inquiete & vagabunde circunuagantur contra traditionem a nobis præſcriptam. f Illud enim ipſi vos ſcitis: quomodo debeatis noſtrum in hoc exemplum imitari. g quoniam cum apud vos eſſemus, non eramus inordinate vagantes per ocium, neque in ocio panem cuiuſquam mãducauimus, h ſed in labore & fatigatione multa ſemper & nocte & die aliquid boni operis agentes, nunc prædicando, nunc mani

minibus.

a Nõ ei oim eſt fides,

b Fidelis aũt deus eſt, qui confirmabit vos, & cuſtodiet a malo.

c Confidimus aũt de vobis in domino, qm̃ quæcũꝗ; pręcepimus & facitis & facietis.

d Dñs aũt dirigat corda vr̃a, in charitate dei & patientia Chr̃i.

e Denũciamus autem vobis fratres in noĩe dñi noſtri Ieſu Chriſti vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & nõ ſecundum traditionem quã acceperũt a nobis

f Ipſi enim ſcitis, quẽ admodũ oporteat imitari nos.

g quoniam non inquieti fuimus inter vos, ne ꝗ; gratis panem mãducauimus ab aliquo,

h ſed in labore & fatigatione, nocte ac die operantes,

ne quem veſtrũ grauaremus.

a Non quaſi non habuerimus poteſtatem ſed vt noſmetipſos formã daremus vobis, ad imitandum nos.

b Nam & cum eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet.

c Audiuimus enim inter vos, quoſdã ambulantes inquiete, nihil operantes, ſed curioſe agentes.

d His autem qui eiuſmodi ſunt, denunciamus, & obſecramus ĩ domino Ieſu Chriſto vt cum ſilentio operãtes ſuum panem manducent.

e Vos autem fratres, nolite deficere, benefacientes.

f Quod ſi quis nõ o-

bus laborando, nũc orando, nũc priuatis admonitionibus exhortando, ne vobis eſſemus oneri panem ocioſe manducantes. a Neq; vero ſic aſſidue laborauimus, etiam vſq; ad labores manuum, quaſi non licuiſſet nobis ſine manuũ labore victum accipere, ſed vt exẽplũ vobis darem⁹ in nobiſmetipſis, qđ vobis ſit imitandũ. b Nam & olim p̃ſentes denunciam⁹ vobis de eiuſmodi hominibus quibus neceſſe eſt ſibi victum quærere, neceſſarium eſſe, vt qui vellet manducare laboribus victum q̃reret, non autẽ adulationibus paraſiticis, atq; circunuagationibus. c Nam tales quoſdam relatum eſt nobis inter vos exiſtere, qui ſine ordine prorſus incompoſiti & vagabundi nihil quidem operis ipſi facientes, ſed curioſe aliorũ omnia p̃ſcrutantes circũeunt. Et quidem tolerabile imo laudabile extitiſſet, ſi ob orationis aſſiduæ inſiſtentiam, a laboribus manuũ abſtinuiſſent. d Huiuſcemodi vero vagabũdis præcipim⁹ imo vt vel ſic acquieſcant, eos obſecramus per dñm Ieſum Chrm̃, vt in ſilẽtio & quiete aliquid operis faciẽtes, ſuis laboribus paſcantur. e Vos autẽ fratres in vniuerſum omnes, nolite a benefaciẽdo aliquando ceſſare, aut remiſſius agere, ob aliorũ huiuſmodi praua exẽpla. f Si quis vero nẹ nunc quidem denun

tiationi huic noſtræ per hancepiſtolam factę voluerit acquieſcere, hūc obſeruātes notate & communi iudicio viuerſi eius defugiatis ſodalitium, quo ſic tandem confuſus emendetur. a Nolim tamen vt inimicum odio proſequendū aut prorſus abijciendum, ſed admonēdum ab iſs qui gratiam habent, atq; etiam conſolandū & corripiendū magna cura, prout expediens videbitur, tanq̄ fratrem eodem baptiſmate regeneratum, b Ipſe autem Deus pacis, det vobis vobis pacem veram & ſempiternā per omnia, in omni loco. c Sit autem dominus cum omnibus vobis, per ſuā gratiam in vobis inhabitans, voſq; adiuuans in bonis agendis, & a malis cuſtodiens. d Salutationem ego Paulus propria manu ſubſcribo, quæ eſt ſignū & teſtimonium in omni epiſtola a nobis miſſa, quo & a confictis Pſeudapoſtolorum epiſtolis noſtræ diſcernātur, e Ita ſolitus ſum ſcribere, Gratia domini noſtri ieſu Chriſti ſit cum omnib⁹ vobis, Amen.

bedierit verbo nr̄o p epiſtolam, hūc notate & non commiſceami ni cum illo, vt confun datur.

a Et nolite quaſi inimi cum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem.

b Ipſe aūt deus pacis det vobis pacem ſem piternā in omni loco. c dn̄s ſit cum omnibus vobis.

d Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignū in omni epiſtola.

e Ita ſcribo. Gratia domini noſtri Ieſu Chr̄i, cum omnibus vobis, Amen.

¶Finit Elucidatio in Epiſtolā ad Theſſalonicenſes Poſteriorem Beati Pauli Apoſtoli.

Finit Textus Epiſtolę poſterioris ad Theſſalonicenſes Beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolam ad Timotheum Priorem Beati Pauli Apoſtoli.

TIMOTHEVM ętate quidem iuniorem, ſed morum maturitate, fidei præclaritate, & ſcripturarum eruditiõe pręcellentē, Paulus Apoſtolus Ephesijs Epiſcopũ abſcedēs reliquerat, ad quē nunc ſcribit nondũ vinculis alligatus, priorē hanc Epiſtolã in qua, poſt ſalutationem, ſtatim eum falſis iubet prædicatoribus ſe opponere, qui varia & fabuloſa ſiue ſæcularis ſapientiæ, ſiue Iudaicæ obſeruationis figmenta prædicabant, charitatem & bonã conſcientiã (quæ finis eſt omnis præcepti) negligētes, legem tamē bonã eſſe non negãs, ſi quis ea vt oportet recte vtatur, quoniã lex non niſi propter iniuſtos poſita eſt, ad cõpeſcendũ atq; ad vlciſcendũ. Ipſe autem Deo gratias agit magnifice, qui ſe prius blaſphemũ & peccatorũ primũ dignatus eſt nõ ſolum ad fidei gratiã vocare, verumetiam in Apoſtolatus miniſterio cõſtituere, ad exēplum & cõſolationē omnium peccatorum, vt prorſus nemo deſperet propter peccatorum magnitudinē. Timotheum ſimul commonefaciens, vt Chriſti militiam egregie militet, in fide recta & bona cõſcientia, a quib⁹ dũ aberrarunt Hymenęus & Alexander, ſatanæ ſunt traditi. Atq; iſta quidē, capite primo. Poſt hæc, orari iubet peculiariter pro iis qui ſunt in poteſtate qualibet conſtituti, a quibus pendet bonũ plurimorũ, potiſſimũ autē pax & tranquilitas tēporis, & in vniuerſum pro oĩbus hominibus, eo ꝙ Deus oēs velit (quantũ in ſe eſt) fieri ſaluos, qui ſeipſum dedit pro oĩbus, in preciũ redēptiõis. Dehinc viros, ad orandum patrē in ſpiritu, in omni loco, in cordis puritate, hortatur. Mulieribus autē, ornatũ & cultum

veſtium ſuperfluum,& docendi in Eccleſia,atq; in virũ do
minãdi,interdicit officiũ, volens eas cultu decenti incedere
in ſilẽtio diſcere,atq; in ſubiectione viro obedire. Tũ q̀ de
viro primũ facta ſit mulier, & ꝓpter virũ in auxiliũ formata
Tũ q̃ ab ipſa fuerit præuaricatiõis iniciũ. Saluãdã aũt dicit
mulierẽ p liberorũ gñationẽ,ſi eos ĩ timore Dei educauerit
Poſt hæc tertio capitulo, Epiſcoporũ & ſacerdotum atque
etiã diaconorum cõditiones,quales eſſe debeant, dilucide
& prolixe demõſtrat,quæ ob hoc ſcribit Timotheo,vt ſciat
ex hac Apoſtolica pręſcriptione quemadmodũ in Eccleſia
debeat conuerſari,& quales debeat ſuper populum Dei cõ
ſtituere,cui magnũ pietatis ſacramentũ dę incarnatione fi-
lij Dei eſt creditum ad ſalutẽ. Dehinc capite quarto, per ſpi
ritum,de ſeductoribus venturis in nouiſſimis temporibus
prædicit,qui ab iis quæ Deus permiſit licita, ſunt homines
prohibituri cũ tamen omnis creatura bona ſit,per verbum
Dei ſanctificata. De his autem præinſtruere eum & præmo
nere iubet populũ Dei,vt verę pietati ſuper oĩa intẽdant,
quæ eſt ſperare in D ũ,omnium hominum,& maxime fi-
delium ſaluatorem. Timotheũ vero ipſum exhortatur,talẽ
ſe exibere in conuerſatione,vt gregi ſuo luceat in exẽplum
nec iuuentutis occaſione,eis veniat in cõtemptum. Inſtare
autem eum iubet lectioni,exhortationi,& doctrinæ, & mu
nus ſibi iniunctum nõ negligere,vt ſe pariter & gregem ſi
bi commiſſum ſaluet, Poſt hæc quinto capite, docens eum
ſolerter cuiq; iuxta ſuã conditionẽ,ætatem & ſexum inten-
dere,ſeniores (ſi quãdo veniant arguẽdi) monet obſecran-
do magis quaſi patres,q̃ acriter obiurgando,corrigẽdos,v-
bi id commode fieri poterit. Iuuenes autẽ vt fratres adoleſ-
cẽtulas vt ſorores,in charitate & lenitate, ſalua tamẽ omni-
moda caſtitate,& omni ſuſpicione remota. De viduis autẽ
quæ deſolatæ ſũt humano adiutorio, quomodo ipſæ in

Deum ſpē ſuam proijcere, & Eccleſia eas enutrire debeat, conſequenter ordinat, & quales iſtę ſint futurę viduę. quæ ad Eccleſiaſticā ſuſtentationē recipiantur, ex operibus prę ſcribit, excludēs eas quę per adoleſcētię ardorē ſunt minus probatæ, & de quibus propter ardorē concupiſcentię, & cō uerſationis inſtabilitatem, aut imperfectionem, periculum foret, vel in luxuriā cadēdi, vel a Chriſto ſe auertendi, quas mauult Apoſtolus iungi matrimonio, & ſic in familia ſua re genda, ac liberis educādis occupari, quam in ocio laſciuire vagabundaſq; aut curioſas circumire, in ſcandalum aliorū aut etiam a ſuo propoſito poſt Satanæ ſuggeſtiones rece- dere. Et ne grauetur Eccleſia, illas quæ filios habent, aut ta les a q̄bus poſſint & debeant ſuſtentari, vult ab iis ad quos pertinet, priuatim ſuſtentari. Poſt hęc de preſbyteris bene ſuo officio fungentibus, duplici obſequio, nēpe honoris & ſuſtētationis, honorandis, & de accuſatione aduerſus illos niſi ſub duobus aut tribus teſtibus non facile recipiēda edi cit. Timotheum vero obſtatur, vt immolatam ſemper iuſti tiam cuſtodiat, in alteram partē non declinando, neq; ma- nus cuiq̄ cito imponat. Modicum etiam vini propter ſtoma chi debilitatē, & malam valetudinē, eidē indulget. Atq; in fine capitis diſcretionem ponit operum, tam bonorum q̄ malorum, quorum quædam modo manifeſta ſunt, quædā latent, donec tempus veniat quo abſcondi nihil poterit. VI timo autēm capitulo, ſeruis præcipit obedientiam & reuerē tiam præſtare dominis, ſiue infideles illi fuerint, ſiue fide- les eos qui diuerſa docēt redarguens, velut nihil ſcientes, ſu perbia & inuidia excæcatos, quorum omnis ſimulata pie- tas ad quæſtum refertur. Dicit autē ſecundum veritatem, in pietate maximum quæſtum ineſſe, iis qui tegumentis & alimementis norunt eſſe contenti, ſine auaritiæ cupiditati- bus, periculis vero plurimis illos eſſe expoſitos, quibus diui-

tiarum ineſt inordinata cupiditas,quã etiam radicem nominat omnis mali.Timotheum vero iſta fugere, & contraria monet ſectari,bonumq; certamen ſecundum Deum cõuerſando certare,coram Deo ei præcipiens,vt mandatum Dei inuiolatum,bene conuerſando cuſtodiat, vſq; in aduẽtum Chriſti glorioſum.Poſtremo de iis docens quid diuitias ſęculi habent,quõ ſuis bene vti ad ſalutem poſſint,ipſumq; Timotheum,ideuitando abſurdas nouitates ſæcularis ſapientiæ depoſitum cuſtodire iubens ita claudit Epiſtolã.

Finit argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD Timotheũ priorẽ Beati Pauli apoſtoli

Textus Epiſtolæ prioris ad Timotheũ Beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO CAPITIS Primi.

TEXTVS, CAP. Primum.

Pa Aulus Apoſtolus Ieſu Chriſti iuxta q̃d iniunctum eſt ei a Deo ſaluatore noſtro & Chriſto Ieſu qui eſt ſpes noſtra, per quem omnia nobis bona ſperamus prouentura,& quo ipſo frui in futuro expectamus, ſcribit, b Timotheo,vere germano,atq; proinde merito dilecto filio,ſecũdũ fidem

a Aulus Apoſtolus Ieſu xp̃i ſecundum imperium dei ſaluatoris noſtri,& Chriſti Ieſu,ſpei noſtræ.

b Timotheo dilecto filio in fide.

a Gfa & miſericordia & pax, a deo patre, & Chriſto Ieſu dño nõ.
b Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam
c vt denuntiares quibuſdã ne aliter docerẽt
d neq; intenderent fabulis.
e & genealogijs interminatis.
f quæ quæſtiones pręſtant magis q̃ ędificationem dei quæ eſt in fidẽ.
g Finis autẽ pręcepti eſt charitas de corde puro, et conſciẽtia bona, et fide non ficta.
h A quibus quidam aberrantes, conuerſi ſunt in vaniloquium.
i Volententes eſſe legis doctores, nõ intelligentes, neq; quæ lo-

non ſcdm carnẽ. a Sit tibi gratia & miſericordia: & pax a Deo patre, & Chriſto ieſu domino noſtro. b Ita facito diligẽter, ſicut te rogaui vt faceres, cum in Macedoniã cõcederẽ, nimirũ vt Epheſi remaneres Epiſcopus. c ad denunciãdum cum terrore atq; imperio Pſeudapoſtolis quibuſdam, ne præſumãt aliter q̃ nos prædicauimus, docere. d Cæteris vero rudioribus, ne aures auditumq; præbeant fabuloſis illorum & commẽtitijs ſermonibus, e aut genealogiarum ſuarum narrationibus curioſis, quarum nullus eſt finis, quibus ſolẽt iudęi cornales plurimum inſiſtere in docẽdo. f Quæ quidẽ, tam fabuloſę hyſtoriæ, q̃ genealogiæ curioſius ſcrutatæ, cotẽtiones quidẽ nonnunquã gignunt & diſceptationes nihil vero profectus aut ſpiritualis ædificationis, quę ex ſimplicitate fidei magis comparatur g Nam finis vniuerſus totius legis, & nouę & veteris, eſt dilectio Dei atq; proximi de mundo corde ꝓcedẽs, & mẽte ſibi bene conſcia, & fide non ſimulata. h Quidam aũt ab his quæ veræ pietatis ſunt aberrantes, ad deuia declinantes, conuerterunt, ſe ad loquedum vana id eſt fabuloſa, falſa aut ad nihil vtilia. i Volẽtes quidẽ eſſe & haberi doctores legis cum non intelligant ſecundum veritatem, nec ipſam quam loqui

voluntlegem, neq; ipſa de quibus loquuntur legis præcepta. Nam qui neſcit legem vmbram eſſe, & ad Chriſtũ referendam, non intelligit ille legẽ, neq; quæ lex præcipit. a Illud autem certum habemus quod bona eſt lex, vt pote a bono Deo data, ſi modo ſic ea vtamur, quemadmodum vti conuenit, & ipſamet docet. Hoc eſt, vt ad Chr̃m omnia referantur, & eo aduenιente omnia negligantur, vt finem conſequuta. b Illud ſcientes, ꝙ lex non eſt propter iuſtos poſita, nec iuſti (qui ex libertate q̃ legis ſunt faciũt, nõ ꝓpter legis coactionẽ, ſed ob virtutis amorem) ſub lege ſeruiunt. c ſed propter coercendos homines iuſtitiam contemnentes, & virtuti atq; legi naturæ per amorem parere recuſante, impios in Deũ, & quouis modo in proximum peccantes, propter grauibus flagitijs oneratos & prophanos, propter patrum atq; matrum cæſores, propter homicidas, fornicarios, maſculorum concubitores, plagiarios mancipia aliena furto ſubducentes, propter mendaces & periuros, & cæteris obnoxios vitijs ſanæ doctrinæ cõtrarijs, d quæ ſana doctrina cõſona eſſe debet, & eſt, Euangelio quo prædicamus gloriam Dei, ſolius beati, quod mihi eſt commiſſum vt prædicẽ in gentibus. e Et ego quidem gratias

quuntur, neq; de quibus affirmant.

a Scimus autem, quia bona eſt lex,

ſi quis ea legitime vtatur.

b ſcientes hoc, quia lex iuſto nõ eſt poſita

c ſed iniuſtis & non ſubditis.

impĳs & peccatorib⁹ ſceleratis & contaminatis,

Patricidis & matricidis, homicidis, fornicarĳs, maſculorũ concubitoribus plagiarĳs mendacibus, et periuris, & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur.

d quę eſt ſecundũ Euangeliũ gloriæ beati dei, quod creditũ eſt mihi.

e Gratias ago ei qui m'

confortauit. in Chriſto Ieſu domino noſtro, a quia fidelem me exiſtimauit, ponens in miniſterio. qui prius blaſphemus fui & perſequutor, & contumelioſus.

ago Deo, qui me robuſtum atque validũ ad id officiј effecit, in fide ieſu Chriſti domini noſtri. a quia me fidelem duxit atq; dignum, & ex ſua bona gratia idoneum, cui tantum munus cõmitteret, conſtituens in Apoſtolatus huius miniſterio me, qui ante aduerſus nomẽ Chriſti blaſphemabam, maledictis illũ inſectans & conuitiјs, perſequebarque & palam contumelioſe expugnabam.

b Sed miſericordiam dei conſequutus ſum,

b Cum vero talis eſſem, & omnib⁹ modis potius morte dignus, miſericordiã tamen ſum conſequutus a Deo, in eo quod me ab errore vocauit ad veritatẽ.

c quia ignorans feci, in incredulitate.

c eo quod per ignorantiam illa admiſiſſem, propter incredulitatem meam. Non enim ſciebam eſſe Deum, Chriſtũ quem perſequebar, & obſequium putabam me præſtare D E O.

d Superabundauit autem gratia domini noſtri, cũ fide & dilectione, q̃ eſt in Chr̃o Ieſu

d Copioſe autem ſuper me gratia Dei effuſa eſt, & claruit in mea conuerſione, cum fide & charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.

e Fidelis ſermo, & omni acceptione dign⁹ quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum pc̃tõres ſaluos facere.

e Sermo quem nunc loquor tibi, certus eſt & indubitatus, & dignus qui ab omnibus credatur atque acceptetur. Chriſtus Ieſus venit in mundum hunc, ad ſaluandos peccatores,

f quorum primus ego ſum.

f quorum ego me præcipum omnium fateor, quãtum quidem ex me eſt, ſi non me Deus ſuo benigno aſpectu adiuuiſſet.

g Sed ideo miſericordiam conſequutus ſũ, vt in me primo oſten-

g Verum ideo miſericordiam fecit mecum dominus, vt in me velut primo &

præcipuo exemplo, demonſtraret Chriſtus omnímodam perfectamque ſuam patientiam, in me tolerando, tam miſericorditer conuertendo & tanto beneficio afficiendo, quem viderat ſui nominis tam ſæuum perſecutorem, a vt in me formam daret omnibus, & ad ſpem animaret noſtro exemplo eos, qui credituri erant in nomine ipſius, vt ſalui fiant in vita æterna. b Regi autem & creatori omnium ſæculorum, & omnium quæ in ipſis ſunt, qui eſt immortalis, & videri humanis non poteſt aſpectibus, qui eſt ſolus De⁹ verus, & præter quem non alius, ipſi reddamus omnem honorem, & cum claritate omnem gloriam in æternum, Amen. c Commendo tibi obſeruandum o Timothee fili, hoc præceptum vnicum, vt iuxta teſtimonia Prophetarum quæ ſuper te prolata ſunt, priuſquam a me ordinareris in Epiſcopatus miniſterio, viriliter agas, verbo & exemplo illis optimis de te datis teſtimonijs, reſpondendo ac ſatiſfaciendo. d vt milites bonam militiam, viuaſque vitam bonam, fidem tenendo rectam & conſcientiam ſynceram atque immaculatam. e Quam ſiue fidem rectam, ſiue conſcientiam bonam, dum quidam repulerunt, in fide periclitati ſunt, & a fide exciderunt.

deret Chriſtus Ieſus omnem patientiam.

a ad informationē eorum qui crediturí ſunt illi, in vitam ęternam.

b Regi autem ſęculorum immortali & inuiſibili, ſoli deo, honor & gloria, in ſæcula ſæculorū, Amē.

c Hoc pręceptum cōmendo tibi fili Timothee, ſecundum pręcedentes in te ꝓphetias,

d vt milites in illis bonā militiā, habens fidē & bonā conſcientiam

e Quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.

a ex quibus eſt Hymeneus & Alexāder quos tradidi Satanæ, vt diſcāt non blaſphemare.

a Ex quorum numero ſunt Alexāder & Hymeneus, quos ego excommunicatos ab Eccleſia, Satanæ poteſtati tradidi in afflictionem carnis, vt doceantur non blaſphemare: & fideiſanæ non aduerſari.

TEXTVS, CAP. Secundum.

¶ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

a Obſecro igitur primum omniū, fieri obſecratiōes orationes, poſtulationes.

gratiarūactiones, pro omnibus hominibus.

b pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt.

c vt quietam & tranquilam vitā agamus. in omni pietate & caſtitate,

O a Bſecro igitur atq; exhortor ante omnia vt fiant deprecationes pro liberatione a malis, oratiōes pro conſequutione bonorum, interceſſiones pro aliorum conuerſione & ſalute, & gratiarumactiones pro acceptis bonis, idq; pro omnibus hominib⁹ b Peculiariter tamen pro regibus & prīcipibus, & qui in regiminis qualibet poteſtate ſunt conſtituti, quoniam ab his pendet bonum plurimorum. c Futurum eſt enim ſi illi orationibus noſtris conuertantur, vt quietam in pace, & trāquillam a perſecutionibus vitam ſimus acturi in hoc mundo, ſine impedimento pietati vacantes, & vitæ puritati.

d Hoc enim bonū eſt & acceptum, corā ſaluatore noſtro Deo.

e q omnes hoīes vult ſaluos fieri

d Hoc enim (nempe vt pro omnibus hominibus oremus) non ſolum malum non eſt, neq; Deo contrarium, ſed etiā Deo beneplacitum & gratum, e qui deſyderat quidem, quantum in ſe eſt, omnium ſalutem, & gratiam dat ſuffi-

cientem vniuerſis hominibus, qua va-
leant ſalutem conſequi ſi ipſi ſibi non
deſint, nolentes Deo cooperari. a Et
neminem excludit a veritatis cognitio-
ne, ſed deſyderat magis vt eũ omnes
agnoſcant, & in eum credant, quoniam
omnes illuminat, venientes in hunc mũ
dum. b Vnus eſt enim Deus, & vnus
eſt mediator inter Deum & homines,
homo Chriſtus Ieſus, qui vt pacem fa-
ceret inter Deum & homines, tradidit
ſemetipſum in redemptionis precium
pro omnibus hominibus in vniuerſum
nullo excluſo. c Cuius Chriſti media
toris, veritatis teſtimonium, confirma-
tum eſt & comprobatum ſuis tempori-
bus. Nimirum & ante Chriſti aduentũ
per vmbras legis, & Prophetarum ora-
cula, & poſt Chriſti mortem per prædi
cationem Apoſtolorum, ſignaq; ac pro
digia ſpiritusſancti, ſermonem confir-
mantia. d Ad cuius teſtimonij & Euã
gelij publicationem, ego conſtitutus ſũ
& ordinatus a Deo, præco atq; Apoſto
lus. e Veritatem, hoc dicens, loquor
puram ſine mendacio ego, qui ſum do
ctor gentium a Deo deputatus, vt illas
inſtruam in fide & veritate, non in vm
bra aut obſeruantijs carnalibus, f Ita-
q; vt cœpi dicere in genere de oratione
ita ſpeciatim præſcribens, volo quantũ
ad viros, vt ſine loci reſpectu, vbicunq;

a ſed & agnitionẽ veritatis venire.

b Vnus enim Deus & vnus mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus, qui dedit redemptionem ſemetipſum pro oibus.

c Cuius teſtimonium temporibus ſuis confirmatum eſt.

d in quo poſitus ſum ego, prędicator & Apoſtolus.

e Veritatem dico, nõ mentior, doctor gentium, in fide & veritate.

f Volo ergo viros orare in omni loco.

leuantes puras manus ſine ira et diſceptatiõe

fuerit oportunum, orare ſtudeant in ſpiritu & veritate, extendentes ad Deum puram mentem & puram voluntatem, in pace, ſine ira aut diſceptationibus, q̃ orationis exauditionem impediunt.

a Similiter & mulieres, in habitu ornato, cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe.

a Item & mulieres volo orare, decenti atq; modeſto amictu veſtitas, componentes ſe honeſte atq; decenter ſalua verecundia & caſtitate, ne vel nimia nuditate in verecundiam, vel nimio ornatu oſtentent laſciuiam.

b & non in tortis crinibus, aut auro, aut marguaritis, vel veſte precioſa.

b Non in tortura crinium artificioſa, aut auro ſuperfluo, aut gemmis precioſis, aut veſtitu ſupra ſuum ſtatũ nimium precioſo, aut alias quomodocunq; curioſo & ſuperfluo ornatu,

c ſed quod decet mulieres, ꝓmittentes pietatem per opera bona

c ſed faciant quod ſuum ſtatum & bonas mulieres decet, præ ſe ferentes pietatem per bona opera, quemadmodum hæ curioſæ laſciuiam promittunt atq; oſtentant, per ſuum ornatum ſuperfluum.

d Mulier in ſilẽtio diſcat cũ omni ſubiectiõe

e Docere aũt, mulieri non permitto. neq; dominari ĩ virũ ſed eſſe in ſilentio.

d Mulier in ſilentio & quiete diſcat, agnoſcendo ſe ſubditam eſſe viro e Docere autem, nõ ei permitto in Eccleſia, vel pręſentia virorum fidelium neq; authoritatem ſibi dominij, vendicare in virum, ſed eas ſilere volo, & viris ſuis ſubiectas eſſe. Nã & natura hoc ipſum docet.

f Adam enim primus formatus eſt, deinde Eua

g Et Adam nõ eſt ſeductus, mulier aũt ſeducta in præuaricatione fuit.

f Adã enim formatus eſt, antequam eſſet ſexus muliebris, deinde vero Eua de latere Adę formata eſt propter eum in adiutoriũ. g Neq; prior

fuit Adã ſeductus in tranſgreſſiõe, ſed ab Eua, ſeductio radicitus atq; primit⁹ orta fuit. Neque ſic fuit ſeductus Adam vt crederet verum eſſe ſerpentis mendacium. Mulier autẽ a ſerpente perſuaſa, credidit ipſum vera loqui. a Habet autem, tametſi non doceat, nec dominetur, etiam ipſa quomodo ſaluari poſſit, nempe ſi filios generet eoſq; educare curet, in timore Dei. b ſi modo ipſa permanſerit, atque eruditione bona (quantum poteſt) curauerit vt & filij permaneant, in fide Chriſti, & dilectione, & ſanctitate, & puritate vitæ, atque ab omni luxu omnimoda continentia.

a Saluabitur aũt, per filiorum generationem

b ſi permanſerit in fide et dilectione & ſanctificatione, cum ſobrietate.

ELVCIDATIO CAPITIS Tertij.

TEXTVS, CAP. Tertium.

Sa Ermo fide dignus eſt quem loquimur, & indubitatus. b Si quis officium Epiſcopatus deſyderat, bonum ille hauddubie opus deſyderat quoniam ſuperintẽdere dominico gregi cum diligentia (quod eſt Epiſcopi officium) bonum opus eſt valde. c Oportet enim Epiſcopum aut quemlibet ſacerdotem, eſſe talis vitæ, vt nihil grande aut infamatorium, aduerſus ipſũ iure ac merito poſſit obijci d q̃ nõ niſi vnã habuerit a baptiſmo vxorẽ ſobriũ

a Fidelis ſermo.

b Si quis Epiſcopatũ deſyderat, bonũ opus deſyderat.

c Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.

d vni⁹ vxoris virũ ſo

leuantes puras manus ſine ira et diſceptatiōe

fuerit oportunum, orare ſtudeant in ſpiritu & veritate, extendentes ad Deum puram mentem & puram voluntatem, in pace, ſine ira aut diſceptationibus, q̄ orationis exauditionem impediunt. a Item & mulieres volo orare, decenti atq; modeſto amictu veſtitas, componentes ſe honeſte atq; decenter ſalua verecundia & caſtitate, ne vel nimia nuditate in verecundiam, vel nimio ornatu oſtentent laſciuiam. b Non in tortura crinium artificioſa, aut auro ſuperfluo, aut gemmis precioſis, aut veſtitu ſupra ſuum ſtatū nimium precioſo, aut alias quomodocunq; curioſo & ſuperfluo ornatu, c ſed faciant quod ſuum ſtatum & bonas mulieres decet, præ ſeferentes pietatem per bona opera, quemadmodum hæ curioſæ laſciuiam promittunt atq; oſtentant, per ſuum ornatum ſuperfluum. d Mulier in ſilentio & quiete diſcat, agnoſcendo ſe ſubditam eſſe viro e Docere autem, nō ei permitto in Eccleſia, vel preſentia virorum fidelium neq; authoritatem ſibi dominij, vendicare in virum, ſed eas ſilere volo, & viris ſuis ſubiectas eſſe. Nā & natura hoc ipſum docet. f Adā enim formatus eſt, antequam eſſet ſexus muliebris, deinde vero Eua de latere Adę formata eſt propter eum in adiutoriū. g Neq; prior

a Similiter & mulieres, in habitu ornato, cum verecundia & ſobrietate ornantes ſe.

b & non in tortis crinibus, aut auro, aut marguaritis, vel veſte precioſa.

c ſed quod decet mulieres, ꝓmittentes pietatem per opera bona

d Mulier in ſilētio diſcat cū omniſubiectiōe

e Docere aūt, mulier i non permitto. neq; dominari i virū ſed eſſe in ſilentio.

f Adam eī primus formatus eſt, deinde Eua

g Et Adam nō eſt ſeductus, mulier aūt ſeducta in præuaricatione fuit.

fuit Adã ſeductus in tranſgreſſiõe, ſed ab Eua, ſeductio radicitus atq; primit⁹ orta fuit. Neque ſic fuit ſeductus Adam vt crederet verum eſſe ſerpentis mendacium. Mulier autẽ a ſerpente perſuaſa, credidit ipſum vera loqui. a Habet autem, tametſi non doceat, nec dominetur, etiam ipſa quomodo ſaluari poſſit, nempe ſi filios generet eoſq; educare curet, in timore Dei. b ſi modo ipſa permanſerit, atque eruditione bona (quantum poteſt) curauerit vt & filij p̃maneant, in fide Chriſti, & dilectione, & ſanctitate, & puritate vitæ, atque ab omni luxu omnimoda continentia.

a Saluabitur aũt, per filiorum generationem

b ſi permanſerit in fide et dilectione & ſanctificatione, cum ſobrietate.

ELVCIDATIO CAPITIS Tertij.

TEXTVS, CAP. Tertium.

Sa Ermo fide dignus eſt quem loquimur, & indubitatus. b Si quis officium Epiſcopatus deſyderat, bonum ille hauddubie opus deſyderat quoniam ſuperintẽdere dominico gregi cum diligentia (quod eſt Epiſcopi officium) bonum opus eſt valde. c Oportet enim Epiſcopum aut quemlibet ſacerdotem, eſſe talis vitæ, vt nihil grande aut infamatorium, aduerſus ipſũ iure ac merito poſſit obijci d q̃ nõ niſi vnã habuerit a baptiſmo vxorẽ ſobriũ

a Fidelis ſermo.

b Si quis Epiſcopatũ deſyderat, bonũ opus deſyderat.

c Oportet enim Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe.

d vni⁹ vxoris virũ ſo

brium, ornatum, prudentem pudicum, hoſpitalem.

a doctorem.
b non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, nonlitigioſum
c non cupidum, ſed ſuæ domui bene p̄poſitum: filios habentem ſubditos, cum omni caſtitate.
d Si quis autē domui ſuę pręeſſe neſcit, quomodo Eccleſię dei diligentiam habebit.

e Non neophytum,

f ne in ſuperbiā elat⁹.

in iudicium incidat diaboli.

g Oportet autem & illum teſtimonium habere bonum, ab ĳs qui foris ſunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli

h Diacones ſimiliter,

morum grauitate ornatum, prudentē in agendis, conuerſatione & aſpectu pudicum, hoſpitum, ac peregrinorum ſuſceptorem, & pauperum prouiſorē, de bonis quę habet ab Eccleſia, ad hoſpitium atq; pauperum vſum, a Aptū qui docere poſſit. b Non ſit autem vino multo dedit⁹, neq; pcuſſor, ſiue ligua ſiue verbere, non contentionum amator. c non turpe ſectans lucrum, aut auarus. Sit familię ſuę (ſi quam habet) bonus rector. Si ſint ei filĳ, vt illos habeat ſuo regimini & imperio bene ſubditos, cum omni vitæ puritate. d Qui enim neſcit familię vni bene præeſſe, quomodo Eccleſię curandæ ſufficiat, in qua tot ſunt tam diuerſarum conditionum homines. e Neq; ſit recens baptizatus, vt mox a baptiſmo euehatur ad Epiſcopatum, ſed volo moram interuenire inter baptiſmum & ordinationem in Epiſcopū. f ne forte ex hoc ſumens occaſionem ſuperbiendi, qui ſic ſubito promouetur, incidat in iudicium impiorum, partem cum ſuperbo dæmone accepturus. g Oportet inſuper, vt bonam opinionem de eius conuerſatione habeant, etiam extranei & gentiles, ne ſi eius vita minus probata fuerit per ſtatus ſublimitatem, in laqueum & tentationem incidat diaboli. h Diaconos iĳſdem oportet moribus eſſe

ornatos, vt ſint & ipſi non plurium vxorum viri a baptiſmo, qui regant bene filios ſuos in bona ſubiectione, non duplices ſermone aut inſtabiles non vini potatores, non lucrum quærentes turpe, id eſt, vnde non oportet, aut quomodo non oportet, a plene ſcientes ſacramentum fidei ſuæ, illudq; tenẽtes ac cuſtodiẽtes, cum vita bona & bona conſcientia. b Et hi priuſquam ordinentur, probentur, tam ſuper doctrina fidei quam vitæ integritate, & ſi probati inueniantur, tum demum ordinentur, cum nihil aduerſus ipſos poſſit vllius momenti iuſte obijci, quod ipſos ab ordinatione prohibeat. c Mulieres item oportet eſſe pudicas aſpectu, & conuerſatione, non detrahentes, neq; aliorum mores paſſim carpentes, ſed ſobrias atq; vigilantes, d & in omnibus quæ audiunt vel quæ acceperunt peragenda fideles. e In Diaconis (vt cœpi dicere) illud præcipue conſyderetur vt non bigami ſint, propter miniſterij ſui dignitatem, quod ſingularem requirit ſanctificationem. f Deinde illũ etiam, vt filios ſua negligentia non ſinant inobedientes fieri, & propriam familiã debite regant. Alioqui non apti erunt miniſterio ſuo. g Qui enim commiſſa ſibi miniſteria fideliter adimpleuerint, bonum locum apud Deũ in magno

pudicos. nõ bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes

a habentes myſteriũ fidei in conſcientia pura.

b Et hi autem probentur primum.

& ſic miniſtrent, nullum crimẽ habentes.

c Mulieres ſimiliter pudicas, non detrahẽtes,

ſobrias,

d fideles in omnibus

e diacones ſint vnius vxoris viri.

f qui filijs ſuis bene p̃ ſint, & ſuis domibus,

g Qui enim bene miniſtrauerint, gradum bonum ſibi acquirent.

a & multã fiduciam in fide, quę eſt in xp̄o Ieſu.

b Hęc tibi ſcribo fili Timothee, ſperans ad te venire cito.

c. Si aũt tardauero, vt ſcias, quomodo oporteat te in domo Dei, conuerſari.

d quę eſt Eccleſia dei viui, columna & firmamentum veritatis.

e Et manifeſte magnũ eſt pietatis ſacramẽtũ,

f qđ manifeſtatũ eſt i carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit angelis, prędicatũ eſt gentibus, creditum eſt in in mũdo, ſumptum eſt in gloria.

merito ſibi comparabunt, & de ordinationis ſuæ gradu, bonum fructum referent. a & magnã merito fiduciam tales habere poſſunt, propterea q̧ in fide Chriſti Ieſu, ſuum miniſterium ſibi ab illo commiſſum, fideliter adimpleuerit b Hæc ita ſcribo o fili Timothee, non quod deſperem ad te venire. c ſed ſi quomodocunq; contingat me differre aduentum, vt ſcias interim quomodo ſit tibi cõuerſandũ in domo Dei, hoceſt in Eccleſia Dei viui, d quæ eſt colũna & firmamentum, cui omnis veritas, & credendorum & agendorum innititur. Nam nec Euangelicæ veritati crederetur, ſi non Eccleſia tradidiſſet vt Euangelium credendum. e Et omnium cõfeſſione fideliumq; concordi iudicio, mirabile eſt myſterium maximæ charitatis Dei erga nos, ipſa Chriſti incarnatio, f quod myſterium, ſecundum carnem factum eſt manifeſtũ, & per ſpiritus aduentum atq; virtutem iuſtificatum, quod prius fuit vt ſtultitia reputatum, angelis viſum eſt, gentibus prædicatum, mundus credidit, & ad patris gloriam aſſumptum eſt, quando Chriſtus modo mirabili aſcendit in dexteram patris,

TEXTVS, CAP. Quartum.

ELVCIDATIO CAPITIS Quarti.

Sa Piritus vero prophetiæ illud certo & firmiter denunciat futurum, vt in poſterioribus temporibus de relinquant fidem rectam quidam ex iis qui crediderant, b qui fidem habebũt ſpiritibus erroris, id eſt erroneorum dogmatum ſibilatoribus ſiue prędicatoribus, c & falſis doctrinis, quarum eſt diabolus author, qui eſt pater omnis mendacij, d quidam (inq̃) eorũ qui in ſua ficta & ſimulata ſanctitate prædicaturi ſunt falſorum dogmatum mendacia. e qui conſcientiam ſuam habebũt cauterio, hoc eſt, diaboli charactere notatam, quod eſt ſignum mentis obſtinatę atque reprobę, quo a filiis infidelitatis & perditionis, diſtinguuntur filij ſalutis, f qui prohibebunt nuptias vt ꝑ ſe illicitas, ſub ſpecie eximię religionis g itemq; abſtinere a quibuſdam cibis tanquam immũdis per ſe et illicitis ſua pte natura vſu i humano, h quos tamẽ Deus in hunc vſum creauit, vt vere fidelibus, & qui veritatem Euangelicę libertatis, plena fide cognouerint, liceat ſine peccato eos ſumere, eiſque vti cũ gratiarumactione. i Omnis ſiquidẽ creatura DEI bona eſt per ſe nec de ſe quicquam eſt immundum. Et nullus cibus, quaſi ſua natura immundus, eſt abiiciendus aut fugiendus, modo cum gratiarumactione condigna

a Spiritus aũt manifeſte dicit, q̃a in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam a fide.
b attendentes ſpiritibus erroris.
c & doctrinis dæmoniorum.
d in hypocriſi loquẽtium mendacium.
e & cauteriatã habentium ſuã conſcientiam
f prohibentiũ nubere,
g abſtinere a cibis.
h quos deus creauit ad percipiendũ, cum gratiarumactione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem.
i Quia omnis creatura dei, bona eſt, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarumactione percipitur.

a Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.

b Hęc proponens fratribus.

bonus eris miniſter Chriſti Ieſu.

c enutritus verbis fidei & bonę doctrinæ, quam aſſequutus es.

d Ineptas autem & aniles fabulas deuita.

e Exerce autem teipſū ad pietatem.

f Nam corporalis exercitatio, ad modicū vtilis eſt.

g Pietas autem ad omnia vtilis eſt, ꝓmiſſionem habens vitæ q̄ nunc eſt, & futuræ.

ſumatur. a Sanctificatur enim omnis cibus (vt nō polluatur cum manducās) per orationem, & benedictionem, quæ eſt per verbum Dei, quod ſanctificat omnia. Qui enim ſine oratione, benedictione, et gratiarumactione percipiūt dona Dei, polluunt iſti ſuo abuſu ſeipſos, eo quod donis Dei, modis non debitis, male vtuntur, Cibus autem, per ſe ſe neminem polluit. b Hæc atq; huiuſmodi, quæ ſolidam habent veritatē fidelibus ſi propoſueris, per verbum p̄dicationis atq; doctrinæ, comprobaberis bonus & fidelis miniſter Chriſti ieſu c qui ab infantia inſtitutus es in ſacris literis, veram fidem continentibus, atq; doctrinam veram, quam tu ſemper, ſicuti ſectatus es auide, ita & vere aſſecutus es. d Impias autem atq; ꝓphanas infidelium ſiue etiam ſuperfluas, & ridiculas, fabuloſaſq; doctrinas, ne ſecteris, e Fxercitare autem ſedulo in ſtudijs atq; operibus pietatis, vt illam perfecte conſequaris. f Nam corporalis exercitatio, licet ſimul etiam bona ſit, tamen admodicum conducit, id eſt, ad corporis tantum edomationem, vt ſpiritui non fiat repugnans. g Pietas vero', qua interius Deus colitur & poſſidetur, modis omnibus omnem habet vtilitatem, pro qua repromittitur, & in præſenti vita gratia Dei animam

viuificans,& in futuro vita gloriæ ſempiterna. a Fide dignus eſt ſermo ille quem de pietate modo diximus, & in omni acceptatione digniſſimus. b Nã & noſipſi propter pietatis amorem, & labores perpetimur,&hominum conuicia, propterea quod ſperemus & credamus in Deum viuum. c quem ſcimus eſſe omnium hominum, quantum quidem ex ipſo eſt, ſaluatorem, cuius paſſionis virtus, ſufficiens foret ad omniũ peccata tollenda, omneſq; vita donandos. d Tamen peculiariter eſt fideliũ ſaluator, ad quos ſaluationis eius effectus deueniet, a quo erunt increduli alieni. e Hæc atq; huiuſmodi ſunt quę te oportet cum imperio et authoritate denunciare, atq; docere. f Vide autẽ vt ſic probata ſit conuerſatio tua, & doctrina tam efficax, vt nemo te propter ætatem adoleſcentię contemnendum ducat. g Debes enim te exhibere alijs in exemplum & formam bene viuendi tam in verbo quam in conuerſatione, in charitatis operibus, in ſpiritus virtute, in fidei ſynceritate, atq; in omni vitę puritate, vt ſuppleat perfectio vitæ qđ deeſt ætati. h Donec ad te veniam, vacabis, partim lectiõi ſcripturarũ ſanctarum, partim exhortationi, et doctrinæ. i Nõ permittas ocioſum eſſe talentum tuum, & donum quod a Deo accepiſti,

a Fidelis ſermo, & omni acceptione dign9

b In hoc enim laboramus & maledicimur, quia ſperamus ĩ Deũ viuum.

c qui eſt ſaluator oim hominum.

d maxime fidelium.

e Pręcipe hęc, & doce

f Nemo adoleſcentiã tuam contemnat.

g Sed exemplum eſto fidelium, in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate.

h Dum venio attende lectioni, exhortatio ni & doctrinæ

i Noli negligere gratiã quæ in te eſt, quæ

data eſt tibi per ꝓphetiam cum impoſitiõe manuum preſbyterij.

per impoſitionem manuum Epiſcopalium, quas tibi authoritate Epiſcopali impoſui, ad conſecrationem, atteſtantibus ijs quibus prophetiæ donum inerat in Eccleſia, te ordinatione dignum & fidelem fore miniſtrum. a Hæc tibi ſunt meditanda, vt in illis exerciteris, his tibi eſt inſiſtendum, vt tuus profectus fiat omnibus manifeſtus, quoniam in exemplum poſitus es. b Attende enim, primum tibi, vt teipſum invita bene componas, deinde, vt & cęteros doceas. c Atq; in his diligẽter permaneto Hoc enim faciens, & tibiipſi, & auditoribus ſalutem comparabis.

a Hæc meditare, in his eſto vt profectus tuus manifeſtus ſit omnibus.

b Attende enim tibi, & doctrinę, inſtaĩ illis

c Hoc enim faciẽs, & teipſum saluũ facies, & eos qui te audiunt.

TEXTVS, CAP. Quintum.

a Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem.

b Iuuenes vt fratres, an⁹ vt matres, iuuẽculas vt ſorores, in omni caſtitate.

c Viduas honora, q̃ vere viduę ſunt.

❡ELVCIDATIO CAPITIS Quinti.

Sa Eniores, ſi admonendi erũt aut corrigendi, non feries acriorib⁹ obiurgationibus, ſed propter ætatis reuerentiam, magis vt patres cum manſuetudine obſecrabis, niſi alid forte mereatur eorum inueterata nequicia, aut obſtinata perſitas. b Iuniores, vt fratres adhortaberis. Et mulieres quidem grandęuas, vt matres. Adoleſcentiores autem: vt ſorores, cum omni puritate, vt abſit procul omnis mala ſuſpitio, c Viduas, quæ ſunt veræ viduæ, tam ætate quam moribus, habeto in honore,

a Quod ſi qua vidua filios habet, aut de ſuo genere nepotes, quorũ cura ſpe ctat ad ipſam, huiuſmodi, ne prætextu viduitatis velit familiã ſuam derelinque re. b ſed ſtudeat cũ omni diligẽtia familiam ſuam colere, pieq; adminiſtrare & parentibus ſuis reddere viciſſitudinẽ ſic alendo ſuos liberos, quomodo ipſa a ſuis eſt enutrita progenitoribus. c Nã hoc naturalis honeſtas dictat, & eſt placitum Deo magis, quã ſi prętextu viduitatis curã deſereret familiæ, cui ipſa eſt neceſſaria. d Illa autem quæ eſt penitus vidua, & ſolitaria prorſus, omniq; etiam liberorum & familiæ ſolacio carens, nec habens in hoc mundo ſubſidium, iactet illa ſpem ſuam in dominum, & omni cura depoſita, ſtudeat aſſidue Deo ſeruire, nocte atq; die orationi inuigilando. Atq; huic de victu neceſſario prouidebitur, per Eccleſiam, & Epiſcopũ eius diſpenſatorẽ. e Nam quæ prętextu viduitatis ocio vacant, & delicias ſectantur, etiam viuentes mortuę ſunt. Carne enim mundo viuunt, et ſpiritu mortuæ ſunt, Deo. f Atque hoc illis denuncia fideliter, vt ſe exhibeãt irreprehenſibiles, ne te quid poſſit aduerſus ipſas obijci. Alioquin, indigne fuerint beneficio Eccleſiaſticę ſuſtentationis. Nequaquam vero vidua, occaſione vidualis huius profeſſionis, debet curã

a Si qua autem vidua filios aut nepotes habet.

b diſcat primum domum ſuam regere, & mutuam vicem reddere parentibus.

c Hoc enin acceptum eſt coram deo.

d Quę autem vere vidua eſt, & deſolata, ſperet in deum, et inſtet obſecrationibus & orationibus, nocte & die.

e Nam quæ in in delitijs eſt, viuens mortua eſt.

f Et hoc præcipe, vt irreprehenſibiles ſint.

abijcere familiæ, aut domus ſuę, donec ei eſt neceſſaria. a Si quis enim eorum quæ ad curam ſuam ſpectant, & præcipue qui de domo & familia ſua ſunt, curam habere recuſat, fidem ille facto huiuſcemodi abnegat, & hac parte etiam infidelibus deterior eſt: Nam Ethnici, naturali edocti pietate, ſuorũ curam non ſolent deſerere. b Vt autẽ vidua eligatur digna Eccleſiaſtica ſuſtẽtatione, primum proſpiciatur, ne ſit infra annum ſexageſimum, deinde perquiratur diligenter, an conuerſatio eius digna ſit beneficio Eccleſię. Id autem poterit cognoſci ex conuerſatione priſtina, c Nempe ſi vxor fuerit vnius tantum viri, vt amore continentiæ ſecũdas nuptias reſpuerit, ſi teſtimonium habeat de bona conuerſatione: ab iiſcũ quibus ipſa eſt conuerſata, d ſi filios ſuos comprobatur recte educaſſe, in timore, & diſciplina Chriſti domini. e ſi ſolita eſt hoſpitio ſanctos & fideles recipere, ſi ſanctorum pedes lauare aduentantiũ, aut alia id genus hoſpitalitatis ac benignitatis obſequia ſtuduit exercere, f ſi pro virili tribulatis ſtuduit, vel re vel miniſterio, ſuccurrere, ſi deniq; omni operi bono fuerit aſſidue intenta. g Viduas aũt quæ & ætate fuerint, & morum inconſtantia, lenitateq; animi adoleſcentiores, deuitabis, rennuẽs

a Si quis autem ſuorũ & maxime domeſticorum, curam non habet, fidem negauit. & eſt infideli deterior

b Vidua eligatur. non minus ſexaginta annorum.

c quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis teſtimonium habens.

d ſi filios educauerit.

e ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorum pedes lauit.

f ſi tribulationem patientib9 ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſequuta ęſt.

g Adoleſcentiores autem viduas, deuita.

huiuſcemodi ad eccleſiaſticam ſuſten-tationem, & vidualem profeſſionem, recipere. In nonnullis enim iam expertũ eſt, non expedire, vt illæ in quibus iuuenilis adhuc feruor ineſt libidinis, & morum leuitas, ad ocium recipiantur Eccleſiæ. a Nam poſtquã cœperint, præ delitijs & ocio, aduerſus Chriſtum laſciuire, hoc eſt profeſſionis ſuæ pœnitentiam habere, & ſponſi Chriſti tædere, tum rurſum deſyderant nuptias, quas prius per profeſſionem viduitatis deuouerant, b obnoxiæ hac de cauſa damnationi æternæ, quoniam primam fidẽ qua Chriſto ſe ſponſo deuouerant, ruperunt, quærentes ſecundas nuptias. c Inſuper etiam in ocio viuentes, eo ꝙ Eccleſiæ opibus enutriantur, cum orationi deberent inſiſtere, ſtudent circumire per domos aliorum, d non ſolum ocioſæ, ſed verbis etiam ſuperfluis abũdantes, & curioſe omnia perquirentes: loquentes ſæpius quæ loqui non decet vtputa vel detractoria, vel ſæcularia, q̃ illarũ conditio non patitur. e Ob hæc deuitanda, permitto quidem et magis volo, vt nubant iuniores, in quibus viget vis iſta libidinis, & morum leuitas, vtq; filios procreent, & familiã curent, cum diligentia, f vt ſic ocio excluſo, ſuis rebus vacantes, auferant aduerſatijs omnem occaſionem maledicendi,

a Cum enim luxuriatę fuerint in Chriſto, nubere volunt.

b habentes damnatiõnem quia primam fidem irritam fecerunt.

c Similiter autem & ocioſę diſcunt circuire domos.

d non ſolum ocioſæ, ſed & verboſæ & curioſæ, loquentes quæ non oportet.

e Volo autem iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe.

f nullam occaſionem dare aduerſario, maledicti gratia.

ſiue male loquendi. Iſtud autē permitto, & magis volo, propter euitandum grande malū, quod in aliquibus perſenſi. a Iam enim quędā auerſę a Chriſto, hac de cauſa, ſequuntur diaboli cōſilia vt ſuis deſyderijs ſatiſfaciant. Et quanquā ſupra diximus, viduas vere viduas Eccleſiæ opibus ſuſtentandas. b tamē fideles habentes viduas in domo vel ſamilia ſua, adquas obligentur et ſufficiāt ſuſtentandas, ſubminiſtrent earum neceſſitati, vt non oneretur nimium Eccleſia, in alendis iјs quæ merito deberēt & poſſent aliunde ſuſtentari, vt ſatis ſit vnde prouideatur iјs q̄ ſunt penitus viduæ, & prorſus relictæ, omni adiutorio humano carentes. c Preſbyteros, qui ſuæ prælationis officiū adminiſtrant vt debent, oportet duplici honore afficere non modo reuerentiæ ſigna prætendēdo, ſed etiam prębendo neceſſaria. d Peculiarius aūt hoc illi promerentur, q̄ laborant in verbo Dei, alios docendo, iuxta veteris ſcripturę ſententiā, quę laboranti boui iubet non denegari victus neceſſaria. Et iuxta Chrī verbū. Dignus eſt omnis operarius mercede ſua. e Aduerſus preſbyterū, noli facile accuſationē recipere, niſi cū duobus aut tribus teſtibus accuſatio confirmetur. f Peccantes obſtinati in malicia ſua, qui priuatā correctionē parui ęſtimāt, aut pu-

a Iam enim quædam conuerſæ ſunt retro, poſt Satanam.

b Si quis fideles habet viduas ſubminiſtret illis, vt non grauetur Eccleſia: vt iјs q vere viduę ſunt ſufficiat.

c Qui bene pręſunt p̄ſbyteri, duplici honore digni habeantur.

d maxime q laborant in verbo & doctrina. Dicit enim ſcriptura. Non alligabis os, boui trituranti. Et dign⁹ eſt operarius mercede ſua.

e Aduerſus preſbyterum accuſatiōnem noli recipere niſi ſub duobus aut tribus teſtibus.

f Peccātes corā omnibus argue, vt & cęteri timorē habeant.

blícis maculatos peccatis, per quos ſcā dalizari poſſunt, alij argue in conſpectu omniū, vt cęteri timeant, & qui in ijſdē ſunt peccatis, vt pœniteant: & qui in ijſ dem non ſunt, vt caueant diligentius, ne in ea incidāt a Pręcipio tibi, teſtem inuocans Deū patrem, & Chriſtum filiū eius, & ſanctos angelos eius, vt hęc quę pręcepi tibi cuſtodias, ſine debita & dili genti dijudicatione pręuia nihil facien do, aut definiendo, ſic vt in alteram p- tem, omiſſa iuſtitia deflectas, propter p tiales ſollicitationes. b Nemini cito ma nus impoſueris, vel ad ordinandum, vel ad abſoluendum, vel ad condemnā dum, anteq̄ idoneitas aut cauſa fuerit bene perſpecta. c Alioqui facile parti- ceps eris alienorum peccatorum. d Te ipſum ſtude in omnibus purū ſeruare, & immaculatū. e Noli amplius aquā bibere, ſed modico vino vtere, propter ſtomachi tui debilitatem, & continuam malam valetudinem tuam, quam pate ris. f Quorundam hominum pecca- ta, per ſe præmanifeſta ſunt, vt ſecun- dum ea facile poſſit iudicari, digni ſint an indigni, rei aut innocentes, abſoluen di aut puniendi. g Quorundam ve- ro peccata, latent quidem nunc, ſed in futuro patebunt, de quibus licet non poſſit humanum iudicium iudica- re, Dei tamen iudicium illa iudicabit.

a Teſtor coram deo, & Chriſto Ieſu, & ele ctis angelis eius, vt hęc cuſtodias, ſine pręiudicio nihil faciens, i alteram partem decli- nando.

b Manus cito nemini impoſueris,

c neq; communicaue ris peccatis alienis.

d Teipſum caſtū cu ſtodi.

e Noli adhuc aquam bibere, ſed modico vi no vtere propter ſto- machum, & frequen- tes tuas infirmitates.

f Quorundam hoīm peccata manifeſta ſūt, præcedentia ad iudi- cium.

g Quorundam autē ſubſequuntur.

a Similiter et facta bona manifeſta ſunt, et q̄ aliter ſe habent, abſcō di non poſſunt.

a Similiter eſt in bonis operibus. Quorundam enim bona opera, ſunt etiam nunc manifeſta hominibus, & quę aliter ſe habent (id eſt quæ nunc latent) nihilominus ſuo tempore, in iudicio dei erunt manifeſta & latere nō poterunt.

TEXTVS, CAP. Sextum.

a Quicūq; ſunt ſub iugo ſerui, dn̄os ſuos omni honore dignos arbitrentur.

b ne nomen domini, et doctrina blaſphemetur.

c Qui autem fideles habent dominos, non cōtemnant, quia fratres ſunt.

d ſed magis ſeruiant quia fideles ſunt, et dilecti.

e quia beneficij participes ſunt.

f Hęc doce, & exhortare.

g Si quis contrarium docet, & nō acquieſcit ſanis ſermonibus dn̄i noſtri Ieſu Chr̄i, & ei quę ſecundū pietatem eſt, doctrinę, ſuperbus eſt, nihil ſciens

¶ELVCIDATIO CAPITIS Sexti.

a SErui qui ſeruitutis iugo ſunt aſtricti, temporales ſuos dominos, tamet ſi infideles, habeant ex animo in omni honore, b ne nomen domini & doctrina Chriſtiana ſuſtineat calumniam, ſi viderint domini, pretextu Chriſtianitatis, a ſeruis ſuis ſe contemni. c Qui autem habent dominos ſimiliter Chriſtianos, ne ideo putent contemnendos minuſq; reuerendos, quia fratres ſunt in Chr̄o, d ſed eo magis ſeruiāt eis, quo fideles ſunt, & merito diligendi, e quoniam ſerui dominorum ſuorum beneficia percipiunt, a quibus neceſſaria ſuſcipiunt. f Hęc facienda & obſeruanda doce, atq; vt faciant opere, exhortare. g Si quis contrarium docet, & ſanis veriſq; ſermonibus, quos ego tanquam a domino noſtro Ieſu Chriſto ſum loquutus, & doctrinæ Chriſtianæ, quę eſt doctrina ſecundum pietatē (fidei innitēs non rationibus) neq; credit neq; obtemperat, hic ſuperbia inflatus eſt, nihil vere ſciens, quoniam modū ſciēdi ignorat

a ſed totus languidus, hæret circa quæſtiones malas, de omnibus dubitans, & circa verboſas lites, & contentioſas diſputationes. b Ex quibus exoriuntur inuidiæ aduerſum defenſores pietatis, & in ore contentio, nonnunq̄ & aperta cōuitia, et frequenter ſuſpitiones malæ ad uerſus bonos, & prauæ conflictationes infectiuæ auditorum, quibus agunt homines illi mente penitus corrupti, qui veritatem perdiderunt, c qui pietatem reputant quæſtum eſſe, ex pietatisſimulatione, quæſtui et lucro, vel pecuniæ, vel vanæ gloriæ, vacantes. Atq; illd̄ (nēpe quæſtum eſſe pietatem) vtcunq; verum eſt, ſed non quomodo ipſi exiſtimant. d Eſt enim magnum lucrum & pro maximis diuitijs, vera pietas, contenta ijs quæ ſufficiant neceſſitati. e Nam de ſuperfluis, quid curandum eſt Nihil in hunc mundum intulimus, ſine dubio neq; aliquid inde nobiſcum auferemus. Vnde patet, nobis, niſi vſum eorum quæ ſunt in hoc mundo, non eſſe conceſſum, nullum autem ſtabile dominium. f Habentes autem alimenta & tegumenta, nihil vltra requirimus, ſed contenti eſſe volumus. g Qui vero laxantes habenas cupiditati; quærūt quomodocūq; diuites fieri, plurimis ſe periculis exponunt, incidūtq; in tentationes plurimas, quibus ad peccata varia

a ſed languens circa quæſtiones & pugnas verborum.

b Ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpitioes malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui a veritate priuati ſunt,

c exiſtimantiū quæſtum eſſe pietatem.

d Eſt autem quæſtus magnus, pietas, cum ſufficientia.

e Nihil enim intulim⁹ in hūc mundum, haud dubium, quia nec auferre q̄d poſſumus.

f Habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contentiſum⁹

g Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & deſyderia multa inutilia & nociua q̄ mergunt

homines in interitum & perditionem.

ſollicitantur, et in laqueũ diaboli, vt in peccatis irretiantur, & in multa deſyderia ſuperflua atq; etiã ſaluti noxia, quæ homines deducunt in mortẽ & damnationem ęternã. a Eſt enim cupiditas diuitiarum, radix quædã, vnde ſolent omnis generis peccata pullulare. Cui cupiditati quidam obſequi volentes, eamq; inſequentes, aberrauerunt a fide, & ſe ipſos multis intricauerunt doloribus, ꝓpter auaritiam. b Te autem oportet, o ſerue Dei, ab huiuſcemodi elongari, atq; omni ſtudio contraria perſequi, nempe iuſtitiam, pietatem, fidem rectã, charitatem, patientiam, manſuetudinem. c Viriliter agendum eſt certandumq; tibi, in negotio fidei, et ſpem tene firmã vitæ æternæ, vt tandem eam comprehendas, d ad quã te haud dubie De⁹ vocauit, et propter quã conſequendam audacter prædicaſti veram Chriſtianę fidei confeſſionẽ, nõ in angulo, ſed corã plurimis aſtantib⁹ auditoribus, qui poſſint teſtificari de veritate cõfeſſiõis tuę. e Vt vero creſcat tibi ſalutaris obedientię meritũ, et magis habeas impreſſũ animo qđ tui eſt officij, pręcipio tibi, teſtẽ inuocãs Deũ, qui oĩbus dat vitam, et Chriſtum Ieſum, qui corã Pilato iudice aſſiſtens, confeſſus eſt bonam veritatis confeſſionem, & non negauit, dicens ſe eſſe & regem & verũ filium Dei, vt erat

a Radix eni oĩm malorũ eſt cupiditas, quã quidam appetentes, errauerunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.

b Tu autem o homo dei, hęc fuge. Sectare vero iuſtitiam, pietatẽ fidẽ, charitatẽ, patientiam, manſuetudinem

c Certa bonum certamen fidei, & apprehẽde vitã ęternam,

d in qua vocatus es, & confeſſus bonã cõfeſſionem coram multis teſtibus.

e Pręcipio tibi coram deo, qui viuificat oĩa, & Chr̃o Ieſu, qui teſtimonium reddidit coram Pontio Pilato, bonam confeſſionem.

nihil mortis periculo a veritate deuians a Pręcipio (inquã) tibi, vt cuſtodias mã datũ omne quod accepiſti per me a domino, ſic vt eius tranſgreſſione nec maculatus inueniaris in nouiſſimo, nec merito reprehenſibilis, vſq; ad aduentum dñi noſtri Ieſu Chriſti. b Quẽ Chriſtũ ſiue quem Chriſti aduentum, ſuo tempore manifeſte demonſtrabit Deus, ſua eſſentia æternaliter beatus & ſolus per ſe potens, rex ſuper omnes reges, & ſuper omnes dominantes ipſe præcellentior, vniuerſalis omnium dominus. c qui ſolus habet ex ſua natura, vt ſit immortalis, qui eſt in maieſtate ſua ſic abſcondtius, vt nemo poſſit ad ipſum perfecte comprehendendum accedere, d quem nemo hominũ vidit vnq̃, imo nec videre poteſt in vita manẽs, oculis carnis, neq; oculis mentis comprehendere poterit. Cui eſt honor & imperialis poteſtas in ſempiternum, Amen. e Is autem qui ſunt in hoc mundo diuites vt poſſint ſine peccato, & cum fructu animę, vti diuitijs, pręcipe vt non exaltẽtur, neq; ſuperbiant propter diuitias, neq; ſpem aut cor apponant inſtabilitati diuitiarũ, f ſed vt ſpẽ & cor apponant Deo viuo, qui largitur generi humano cuncta neceſſaria copioſe, ad refectionẽ & cõſolationem neceſſitatis noſtræ.

a vt ſerues mandatũ ſine macula, irreprehenſibile, vſq; in aduentum dñi noſtri Ieſu Chriſti.

b Quem ſuis temporibus oſtendet, beatus & ſolus potens, rex regum, & dominus dominantium.

c qui ſolus habet immortalitatem, & lucẽ habitat inacceſſibilem

d quem nullus hoim vidit, ſed nec videre poteſt, cui honor & imperium ſempiternum, Amen.

e diuitibus huius ſæculi præcipe, nõ ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarũ

f ſed in deo viuo, qui pręſtat nobis oĩa abũdẽ ad fruendum.

a bene agere,

b diuites fieri in bonis op. ribus, facile tribuere, communicare,

c theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant bonam vitam.

d O Timothee, depoſitum cuſtodi, deuitās prophanas vocum nouitates, & oppoſitiões falſi nominis ſcientiæ,

e quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.

f Gratia tecum, Amē

Finit Text9 prioris Epiſtolę ad Timotheū Beati Pauli Apoſtoli.

a Præcipe (inquam) vt ex ſuis diuitijs ſumant ſibi materiam benefaciendi, b vt ſtudeant magis operibus bonis abundare, vt faciles ſint in diſtribuendo egentibus, ſint communes atque ſociales, pauperes non aſpernantes, c congregantes ſibi cumulum bonorum, operum, vt fundamentum, ſuper quo poſſit ædificari a Deo plenitudo gloriæ vt tandem aſſequantur veram & æternam vitam. d O Timothee (iterum te moneo) depoſitum omne quod tibi Deus commendauit et credidit, diligenter cuſtodi, fugiens prophanas vocum nouitates, quæ ſunt noua falſitatis dogmata confiċta, & oppoſitiones atque obieċtiones ſcientiæ mundanæ, quę falſo nomen ſibi vſurpat ſciētię,

e quam nonnulli ſequentes atque profitentes a fide exciderūt

f Gratia tecū, Amen.

¶Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Timotheum Priorem Beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolam ad Timotheum Poſteriorem, Beati Pauli Apoſtoli.

SCripſit Apoſtolus in carcere conſtitutus, imminente iam agone martyrij (vt videtur ex capite quarto) ſecundam hanc ad Timotheum epiſtolam. In qua primum commendata fidei eius ſynceritate, quæ & in auia illius & in matre eadem fuerat admonet eundem, gratiam per impoſitionem manuum Epiſcopalium acceptam non negligere, propter ſpiritum ſanctum amoris, qui datus eſt nobis, neque teſtimonium erubeſcere confeſſionis Chriſti & Dei, qui nos ex vera ſua liberalitate & gratia, nullis noſtris præeuntibus merit's, ſua ſancta vocatione dignatus eſt, quæ quidē gratia ab æterno fuit præordinata, ſed in tempore iſto nouiſſimo nunc primum fuit in opere exhibita, per Chriſti mortē deſtruentis, operationem, atque manifeſtata per Euangelij prædicationem, pro quo (cum ſit a Deo gentium ordinatus Apoſtolus) nihil pati erubeſcit, ſciens potētē eſſe ad remunerationem, illum pro quo laborat & patitur. Ipſum quoque Timotheum monet: depoſitum cuſtodire, & recti dogmatis Chriſtiani formam tenere, eoque attentius, quod nunc in tribulationibus iſtis plurimi Aſianorum ſcandalizati, ab eo defeciſſent, quorum duos commemorat nominatim, Phygelum & Hermogenem. Oneſiphoro autem eiuſque familiæ, pro beneficijs, & olim & etiam nunc in captiuitate ſibi exhibitis, bona precatur apud Deum. Capite vero ſecundo, confortari eum iubet in gratia Dei, & quaſi militem bonum Chriſti, atque fidelem agricolam, ſtrennue agere, diligentemque eſſe iubet in negotio Chriſti, ſæculari

bus omnibus abiectis negotijs, vt ſic & legitime certãdo co ronã, & pro agricolatione fideli fructum percipiat æternę re tributionis. Quo autẽ magis corroboretur in ſpiritu, Chriſti eũ memorem eſſe iubet, qui per paſſionẽ ad reſurrectionis gloriam peruenire promeruit, iuxta Euangelium ſuum qđ prędicat, pro quo dura & grauia pati nihil formidat, propter electorum ſalutẽ, & quia ſi commorimur conregnabimus, eo ꝗ fidelis ſit dñs, qui ſeipſum negare non põt. Atq; huiuſmodi, quæ ſunt vtilia docere præcipit, fugiendo contentiones verborũ inutiles, vtq; ſeipſum exhibeat corã deo operatorẽ inconfuſibilẽ, hominum hæreticorũ falſa dogmata deuitando, quæ vt cancer ſerpũt ad impietatem ꝓmouẽdã. Firmum tamẽ ſtare dicit fundamentum ſanctæ Chriſtianæ fidei, diuina ꝓuidẽtia et liberi arbitrij cooperatione obſignatum, quanq̃ nõnulli reperiantur minus ꝓbati & minus integri in Eccleſia, quomodo ĩ magna domo etiã vilia ſunt vaſcula, lignea et fictilia. Spẽ tñ dat etiã huiuſmodi, vt ſe emundando fieri poſſint vaſa honoris, & dño ſanctificata. Iterũq; monet diſcipulũ, vt q̃ virtutis ſunt ſtudioſe ſectetur, iuuenila fugiẽs deſyderia, ſtultaſq; ac ineruditas q̃ſtiones, ex quibus non niſi lites oriuntur, q̃ ſeruo Dei nõ competunt ſed magis manſuetudo, & erga errantes bona inſtructio, & patiẽs, correptio, ſi forte ad pœnitẽtiã eos q̃at ex diaboli laqueis educere. Cap. aũt iij. de eiſdẽ, de quibus in priori epiſtola dixerat, venturis ſeductorib⁹, ſermonẽ replicat, eorũ hypocriſim & malitiã egregie deſcribẽs, quos, eo ꝗ veritati reſiſtẽt, aſſerit confundẽdos, quomodo olim magi Pharaonis veritati reſiſtẽtes, confuſi ſunt. Ipſum vero Timotheum ſuã doctrinã & inſtitutionẽ morũ aſſequutũ, ad paſſiones quales ipſe ꝓ Chriſto pertulit Icaonij, & Lyſtris & pleriſq; alijs in locis, hortať, vtq; obſtinatis in ſua obſtinatiõe relictis, ipſe in ijs quę credidit pmaneat, quorũ veritatẽ ex ſa

cris literis, quas a puero didicit, poſſit habere compertã. Cuius occaſione ſcripturæ ſanctæ multimodã vtilitatẽ, cõmemorat. Quarto aũt cap. corã Deo illũ obteſtatur, vt oportune, importune, arguat, obſecret et omni inſtet diligentia, dũ tẽpus eſt, priuſq̃ illa nouiſſima tẽpora p̃dicta adueniãt, quãdo non veritatẽ, ſed placentia audire volẽt ſæculi illius hoĩnes, ſuiq; agonis curſus, & militiæ finẽ p̃dicẽs, hortatur ſuo exẽplo diſcipulũ, vt ad coronã feſtinet, quã iuſtus iudex omnibus diligentibus ſe eſt redditurus. Poſt hoc eũ ad ſe quantotius venire iubẽs ante hyemẽ, & alia quędã familiaria de diuerſis diſcipulis, quos ad diuerſa loca dimiſit, ac de Alexandri ærarij malis machinationibus, & ſolius Dei in ſua defenſione aſſiſtẽtia, per quã ſe gloriat̃ liberatũ ab omni opere malo, et ſaluandũ p corporis mortẽ, palma martyrij in regnũ cœleſte pertractat. Atq; ita adiunctis familiaribus nonnullis ſalutationibus, terminat epiſtolam.

¶ Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Timotheum Poſteriorẽ beati Pauli Apoſtoli.

Textus Epiſtolæ Poſterioris ad Timotheũ Beati Pauli Apoſtoli

ELVCIDATIO CAPITIS Primi.

PAulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ex diuina voluntate, ad Euangelizandum vitam æternam, fidelibus repromiſſam in Chriſto Ieſu ſcribit Timotheo, filio vere dilecto.

TEXTVS, CAP. Primum.

PAulus Apoſtol9 Ieſu Chri: p voluntatẽ dei ſecundum promiſſionem vitę quæ eſt in Chriſto Ieſu, Timotheo chariſſimo filio.

a Gratia & miſericor dia & pax, a Deo pa tre nõſtro. & Chriſto Ie ſu domino noſtro.
b Gratias ago Deo meo, cui ſeruio a pro genitorib9 meis, in cõ ſcientia pura, q̃ ſine intermiſſione habeam tui memoriam in ora tionibus meis, nocte & die deſyderans te videre, memor lachry marum tuarum.
c vt gaudio implear, recordationem accipi ens eius fidei quæ eſt in te non ficta,
d quæ & habitauit pri mũ in auia tua Loide & matre tua Eunice, certus ſum autem, q̃d & in te.
e Propter quam cau ſam admoneo te, vt re ſuſcites gratiam Dei quæ eſt in te per impo ſitionem manuum mearum.
f Non enim dedit no bis Deus ſpiritum ti moris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrie tatis.

a Sit tibi gratia, & miſericordia, et pax a Deo patre, & Chriſto Ieſu domino noſtro. b Gratias ago Deo meo, cui quem admodum progenitores mei ſeruierũt ita & ego ſeruio, in conſcientia pura, q̃ indeſinenter ſim tui memor in orationibus meis aſſidue, pariter deſyderans & te in carne videre, dum in memoriã veniunt mihi lachrymæ tuæ, quas a te abſcedens, propter nimiam mei dilectionem, te conſpexi effundere. c vt neceſſe ſit me ipleri gaudio, quoties ex iſtis tuis lachrymis recordor illam integram & non ſimulatam fidem, quam in chriſto habes, d quę etiam in auia tua Loide, & matre Eunice firma fuit. Neq; dubito, quin & in te nunc eadem ſic habitet, e Propter quam cauſam, commonefaciẽs admoneo te, vt donũ illud & munus Apoſtolicum, quod per impoſitionem manuum mearum ſuſcepiſti, non ſinas extingui ocio aut negligentia, ſed per diligens exercitium & ſedulum reſuſcita atq; innoua, vt quotidianis creſcas profectibus. f Spiritus enim ille quem nobis dedit Deus non eſt talis, vt timidos nos aut tardos, vel efficiat, vel eſſe ſinat, ſed ipſe eſt ſpirit9 virtutis, qui nos robuſtos faciat, vt nihil formidemus aduerſi, per quem & dilectionem conſequimur, & ſobrietatem, quæ eſt debita in omnibus tẽperantia.

a Talis igitur ſpiritus virtute confortatꝰ ne erubeſcas ſanctæ fidei Chriſtianæ confeſſionem, neq; te pudeat captiuitatis meç, quæ magis tibi eſt glorię ducenda. b Imo vero, etiam vſq; ad malorũ tolerantiam labora mecum aſſiduus, in Euangelij negotio, c ſecundum illam Dei virtutem, qua te ſpiritus corroborauit, Qui ſane Deus (vt ſciamus nos obligatos ad fideliter agendum pro nomine eius) liberauit nos a mortis imperio. Deinde & vocauit ſancta ſua vocatione, ad cognitionem fidei. d Neq; hęc ex merito operum noſtrorũ, quaſi fuerit debitor nobis Deus, ſed iuxta beneplacitum voluntatis ſuæ, & ſecundum gratiatiam ſuam. e quæ quidem data eſt & promiſſa, atq; præordinata nobis per Chriſtum, in æternitate ante ſæcula nunc vero tandem completa apparuit & manifeſta facta eſt, per hoc ꝙ illuxit nobis ſaluator mundi Chriſtus Ieſus, q & mortis deſtruxit imperium, & illuſceſcere fecit, ſiue regnare vitam & immortalitatem, f atq; id quidem per Euangelium ſuum, ad cuius miniſterium me Deus vocando conſtituit prædicatorẽ & Apoſtolum, & peculiariter gentium doctorem, g Ob quam cauſam etiam has afflictiones & vincula patior, tametſi de ijs non erubeſcam, quę mihi ex hoc officio obueniunt. h Ego enim no

a Noli itaq; erubeſcere teſtimonium domini noſtri, neq; me vinctum eius:

b ſed collabora Euangelio,

c ſecundum virtutem dei, qui nos liberauit, & vocauit vocatione ſua ſancta.

d non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundũ propoſitum ſuum, & gratiam.

e quę data eſt nobis i Chriſto Ieſu, ante tempora ſæcularia, manifeſtata eſt aũt nũc, p illuminationem ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui deſtruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem.

f per Euangelium, in quo poſitus ſum ego predicator, & Apl's, & magiſter, gentium.

g ob quam cauſam, etiam hęc patior, ſed non confundor.

h Scio eĩ cui credidi,

ui, quis ille ſit cui crediderim, nec dee[9] aut potentia, aut fidelitate quicquã ha ſito. Et hoc ſcio firmiſſime, ꝙ is cui cre didi vocanti, potẽs eſt, quicquid in ma nus eius commendauero, ſeruare in tu to, vſq; in nouiſſimum iudicij diem.

a Sint tibi velut forma ſiue exẽplum, in docendo atq; viuendo, ſermones illi veraces & recti, quos a me didiciſti, in fi de recta, cũ operante charitate: quæ eſt in Chriſto Ieſu. b Illud bonum depoſi tũ, quod eſt tibi commiſſum, nẽpe mu- nus Euangelicũ, cuſtodi per ſpiritum ſanctum, qui in nobis inhabitat. Ille enĩ eſt, qui & apud nos dona deponit, & ad depoſita ſeruanda nobis auxiliatur.

c Credo enim ſcire te, quẽadmodum Aſiani pene oẽs, qui videbantur mihi adhæſiſſe, a me abſceſſerint, ex quorũ numero ſunt, Phygelus & Hermoge- nes. Quo magis te eniti oportet, vt fi deliter agas, cum pauci ſint veri fideleſ q; operarij. d Faciat dominus miſeri- cordiam cum Oneſiphori familia, quia ſępius me conſolationibus ſuis recrea- uit, & captiuitatẽ meam non modo nõ erubuit, ſed Romæ exiſtens ſollicite me requiſiuit, egitq; diligenter, vt pate- ret ſibi ad me acceſſus, & inuenit quem quæſiuit. e Reddat illi dominus viciſ ſitudinem, vt inueniat apud ſe miſeri- cordiam, in die retributionis. f Neq; e-

& certus ſum, quia po tens eſt depoſitũ meũ ſeruare in illum diem.

a Formã habe ſano- rum verborum, quę a me audiſti, in fide & in dilectione, in Chri- ſto Ieſu.
b Bonum depoſitum cuſtodi, per ſpiritum ſanctum, qui habitat ĩ nobis.

c Scis enim hoc, ꝙ auer ſi ſunt a me om- nes qui in Aſia ſunt, ex quibus eſt Phygel[9] & Hermogenes.

d Det miſericordiam dominus Oneſiphori domui, quia ſępe me refrigerauit, & cathe- nã meam nõ erubuit, ſed cum Romam ve- niſſet, ſollicite me quę ſiuit, & inuenit.
e Det illi dominus in uenire miſericordiam a deo in illa die.
f Et quanta Epheſi

niſi modo cœpit benefacere, qui multa mihi & magna miniſteria Epheſi ſæpius exhibuit, vt tu optime noſti.

miniſtrauerit mihi, tu melius noſti.

ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

TEXTVS, CAP. Secundum.

a TV igitur fili mi quo pauciores vides fideles operarios, eo magis corroborare, vt fortiter agas, per gratiam Chriſti. b Et quæ audiſti ex me, palam coram ommnibus prædicante, hæc ipſa veritatis dogmata doce alios fideles, & fide dignos, qui ea populo valeant prædicare latiuſque diſſeminare. c labora ac ſuſtine, tanquam miles ſtrennuꝰ CHRISTI IESV. d Quiſquis ſectator bonus vult eſſe militiæ potiſſimum Chriſtianę neceſſe eſt vt a curis atque negotijs huiꝰ vitæ ſeſe expediat, vt illi totus placere ſtudeat, cuius ſe militiæ addixit, & a quo ad militandum eſt ſuſceptus, e Item et qui in certamine publico decertat, non merebitur brauium accipere, niſi vt oportet, iuxta certaminis leges decertauerit nihil omittens eorũ quæ ſunt requiſita nulliſque parcẽs laboribus. f Et agricolam laboraſſe oportet priuſquam fructus percipiat qui poſtlabores ſolatium accipit fructuum.

a Tu ergo fili mi, confortare in gratia quæ eſt in Chriſto Ieſu.

b Et quę audiſti a me per multes teſtes, hæc commenda fidelibus hominibus qui idonei erunt & alios docere.

c Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu.

d Nemo militãs deo implicat ſe negotijs ſæcularibus, vt ei placeat cui ſe probauit.

e Nam & qui certat ĩ agone, non coronabit niſi qui legitime certauerit.

f Laborantem agricolam, oportet prius de fructibus accipere.

a Intellige quę dico. Dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.

a Quæ tibi per ſimilitudines dico, ad intelligentiam debes moralem tranſferre, Dabit autem tibi, vt ſpero, dominus cui militas intellectum plenum in omnibus, quę tibi actuis erunt neceſſaria.

b Memor eſto dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine Dauid,

b Ne autem te certamina laborū deterreant, in memoriam ſubinde reuoces velim, quemadmodum dominꝰ noſter Ieſus Chriſtus, deuicta mortis moleſtia, ad vitā, glorioſus reſurrexit, qui erat ex progenie Dauid,

c ſecundum Euangelium meum, in quo laboro vſq; ad vincula, quaſi male operans.

c iuxta Euāgelium quod ego prędico, propter qđ & laboro, grauia ſuſtinens, vſq; ad vincula, quibus ſum alligatus, quaſi male factor aut ſceleratus,

d ſed verbum dei nō eſt alligatum.

d quanquā verbum domini ligari non queat, manens liberum, et pertranſiens in vniuerſum orbem terrarum.

e Ideo omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequātur, quæ eſt in Chriſto Ieſu, cū gloria cœleſti

e Cuius gratia, omnia quęcunq; Deo permittente obuenire poſſunt, paratus ſum ſufferre, ad vtilitatem electorum, vt quos elegit ipſe, cōſequantur ſalutem, quam Chriſtus peperit omnibus credentibus, cum gloria ſempiterna quæ reuelabitur in cœlis.

f Fidelis ſermo, Nam ſi commortui ſumus, & cōuiuemus. Si ſuſtinebimus & conregnabimus.

f Sermo hic, fide dignus eſt. Si eī in hac vita fuerimus cum Chriſto mortificati a deſyderijs concupiſcentię noſtrę, ſuo tempore pariter cum eo glorificabimur, atq; regnabimus.

g ſi negauerimus, & ille negabit nos,

g Si nunc negauerimus eum infideli cogitatione, verbo, aut peruerſo opere, & ille nos nolet agnoſcęre in nouiſſimo,

a Si nos icreduli et iobedíẽtes fuerim⁹ pmanet nihilominus ille firmus, & in ſe & in verbis quę ſemel definiuit, neq; cõtra id quod ſemel definiuit poterit facere cum ſententiam protulit dicẽs. Qui non crediderit condemnabitur, vt cert⁹ ſit de ſua damnatione, quiſquis modo in eum credere recuſat. b Hęc atq; huiuſmodi ſunt: quę te oportet admonere populum, atq; cum authoritate proponere, velut Deo teſte ac iudice. c Caue autẽ contendas verbis cum infidelibus & importunis hominibus. d Hoc enĩ nihil adfert vtilitatis imo auditorum fidem ſubuertit nonnunquam. e Omni autem cura adnitere, vt teipſum exhibeas Deo probatum & beneplacẽtem, in operibus tuis inconfuſibilem, vt de nullo opere tuo poſſis iure confundi, recte adminiſtrantem, atq; pro cuiuſq; captu diſtribuentem verbum veritatis. f Prophana autẽ et vana conficta dogmata repellas. g Nam ſi admiſſa fuerit & non ſtatim repudientur, excreſcent quantotius ad ampliorem impietatem h & ſermo huiuſcemodi vaniſſimorũ hominum, admodũ morbi, qui cancer vulgo dicitur, ſe ſpargens latius, etiam ſanos in fide inficit atq; corrumpit, ſi non adhibeatur debitę redargutionis remedium. i De quorum numero ſunt Hymenæus & Piletus qui a veritate

a Si non credimus, ille fidelis pmanet, negare ſeipſum nõ poteſt.

b Hæc commone teſtificans coram dño.

c Noli cõtendere verbis.

d Ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium.

e Sollicite autẽ cura teipſum probabilem exhibere deo, operarium incõfuſibilem, recte tractantem verbum veritatis.

f Prophana autem, & vaniloquia deuita.

g Multum enim proficiunt ad impietatem

h & ſermo eorum vt cancer ſerpit.

i Ex quibus eſt Hymenęus & Phyletus

qui a veritate excide-runt, dicentes reſurre-ctionem iã eſſe factã.

a Et ſubuerterunt, quo-rundam fidem,

b Sed firmum funda-mentum dei ſtat.

c habens ſignaculum hoc.

d Cognouit domin9 qui ſunt eius.

e Et diſcedit ab iniqui tate, omnis qui inuo-cat nomen domini.

f In magna autem do mo non ſolum ſũt va

deuiarunt, aſſerentes non expectandã eſſe vlteriorẽ ex mortuis reſurrectionẽ, præter eã quę facta eſt in iis qui cũ xp̃o ſurrexerunt aut pręter ſpiritualẽ reſur-rectionem, qua per fidem credentes in Chriſtum reſurgunt. a Atq; his nouis vanitatibus, quorundam vanorũ hoim fidem iam ſubuerterunt. Qui enim ſic a fide facile excidunt, firmi non fuerũt. b In electis autem Dei, ſtat firma fides velut fundamẽtum eccleſię, ſuper quã Deus ſuam Eccleſiam ædificauit, c & velut deſculptum habet in ſe, fundamẽ tum illud, huiuſcemodi ſignaculum, quo & conſignaf & confirmatur. d Cõ gnouit ſuos dominus, & reſpectum ha bet ad eos, vt impleat in eis prædeſtina tionem ſuam. e & ab iniquitate rece-dit, omnis qui confitetur & inuocat de puro corde & fide perfecta, nomen do mini. Reſpectus enim diuinæ bonitatis & liberi arbitrij per gratiam cooperatio quorum alterum in prima ſignaculi par te, alterum indicatur in poſteriori, con-fir mant atq; ſtabiliunt ſemper electos, & velut certificant, quod nunq̃ electi fideles deficient in finem, a quibus ſu-ſtinetur, tanq̃ a fundamento, ſancta Ec cleſia Nihil autem mirum, ſi permittat Deus, etiam inter ſuos eſſe, qui cadant a fide. f Quemadmodum enim in ma gna domo, vt ſit perfecta in omnibus

vtenſilibus, non ſatis eſt eſſe vaſa deco ris precioſa, aurea ſiue argentea, ſed e. tiam vilia ſunt, lignea & fictilia. a Et q̃dam quidem ad honorificos vſus apta ta, alia ad vſus contemptibiles atq; abie ctos ita indubie, ſiue in hoc mundo ma gno, ſiue etiam in Chriſti Eccleſia gra. duum & ordinis meritorũq; diuerſitas, ab optimo patrefamilias, ad gloriam domus ordinatur. b Si quis itaq; mo. do exiſtens fictile vas nullius precij, ſtu duerit abiectis prophanis illis, propter quæ fictile vas & terreum nominatur, per ſanam fidem ſe expurgare, fiet vas ſanctificatum & honorabile, & domino placite deſeruiens, aptum in omne op[9] bonum & ſic vſum habebit honorificũ c Deſyderia autem immoderata, quæ rationis freno non reguntur, cuiuſmo. di ſolent eſſe iuuenum, in quibus viget carnis concupiſcentia, fuge modis om. nibus. d Contra vero omni ſtudio co nare, vt illis contraria bona conſequa. ris Nempe iuſtitiam, fidem, ſpem, cha ritatem, & pacem, cum ijs qui confiten tur dñm de corde puro. e Stultas autẽ & q̃ nihil erudiũt vanas quęſtiones, abij ce, vt non occuperis in illis, ſciens qđ præter contentiones nihil generant. f Non eſt autem congruum ſeruis DEI, vt contentionibus deſeruiant, ſed oportet ſeruum Dei erga omnes

ſa aurea argentea, ſed & lignea & fictilia.

a Et quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliã.

b Si quis ergo emũdauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile domino ad omne opus bonũ paratum.

c Iuuenilia autem deſyderia fuge.

d Sectare vero iuſtitiam, fidem, ſpem, & charitatem & pacem cum his qui inuocant dñm de corde puro.

e Stultas autẽ & ſine diſciplina quæſtiones deuita, ſciens quia generant lites,

f Seruum autẽ domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes.

manſuetudinem gerere, vt non concitetur paſſionibus inordinatis, iracundiæ aut impatientiæ, a paratum eſſe & beniuolum ad docendum infirmos atque ignorantes, malos & improbos patienter ſuſtinentem, b cum modeſtia mature corripientem eos qui veritati contradicunt, aut non acquieſcunt, qui nōdum in erroribus creduntur obdurati. c ſi forte aliquandō illuminati a Deo pœniteant de errore, & reuertantur ad agnitionem veritatis, & eripiantur e diaboli laqueis, hoc eſt erroribus infidelitatis, d quibus obſtricti detinebantur iuxta eius voluntatem, agentis illos & impellentis, pro ſuo nequiſſimo placito

a docibilem, patientem.

b cū modeſtia corripiētem eos qui reſiſtunt veritati.

c Ne quando deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant a diaboli laqueis.

d a quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.

TEXTVS, CAP. Tertium.

a Hoc aūt ſcito, quia in nouiſſimis dieb⁹ inſtabunt tempora periculoſa

b & erunt homines ſe ipſos amantes, cupidi,

c elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus nō obedientes,

d ingrati, ſcelēſti,

❡ELVCIDATIO CAPITIS Tertij.

Hᴀ Oc autē ſcire te volo, q̄d ſpiritu prædicente, cognouimus, vētura eſſe circa mundi conſūmationem periculoſa tempora plena iniqtatibus. b Erunt enim tunc homines magna ex parte ſui amatores, quod eſt omnis mali origo, auaritiæ cupiditate exæſtuantes ad iniuſtitiā, c per elationem magna quęrentes, & per ſuperbiā de ſeipſis plus q̄ æquum eſt ſentientes, ad conuicia prompti, parentibus ac ſuperioribus rebelles, d Deo atq; homi

nibus ingrati, ſcelerati,atq; prophani, qui nec naturalis affectum pietatis habent,neq; pacta ſeruare curant,aut fœdera pacis, calumniatores: neſcientes continere. a immites, bonitatem non amantes,proditores,proterui, inflatione tumidi cæci & voluptatum magis q̃ Dei amatores. b ſanctitatem exteriori apparentia præ ſe ferentes atq; ſimulantes,cuius tamen vim atq; veritatem factis abnegant. c Hos autem,omnibus modis, cuilibet Chriſtiano cenſeo deuitandos. d Tales enim iam eſſe cœperunt quidam, qui clanculum ſubintrantes in domos(vt in tenebris doctrinam doceant tenebrarum)errorum vinculis irretiũt credulas atq; inſtabiles mulierculas (& ſi qui illis ſimiles ſunt viri lis ſexus)peccatis onuſtas. e ſequẽtes varias ſuas quibus ſollicitantur concupiſcẽtias,perſuaſæ blandientium Pſeudapoſtolorum falſis doctrinis f quæ cum ſemper diſcant,nunquam ſunt tamen ad veritatis notitiam peruenturæ, donec falſis iſtis doctoribus aures præbuerint. g Quemadmodum autem Iannes & Mambres magi Pharaonis regis Moyſi ſeruo Dei reſiſtebant,vt non haberetur eius ſermonibus fides ita & hi veritati obſiſtunt,vt alios a fide recta auertant, h homines mentis iudicio penitus corrupti,& circa fidei verita

ſine affectione,ſine pace,criminatores,incontinentes,immites.

a ſine benignitate,proditores,proterui,tumidi,cæci,& voluptatũ amatores magis q̃ dei b habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. c Et hos deuita.

d Ex his enim ſunt q̃ penetrant domos.

& captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis.

e quę ducuntur varijs deſyderijs.

f ſemper diſcentes, & nunq̃ ad ſcientiam veritatis peruenientes.

g Quemadmodũ autem Iannes & Mambres,reſtiterũt Moyſi

ita & hi reſiſtũt veritati h hoies corrupti mente,reprobi circa fidẽ.

a Sed vltra non pro‑ficient. b Inſipientia enim eorum manife‑ſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit.

c Tu autem aſſequut⁹ es meam doctrinam, inſtitutionem, propo‑ſitum, fidem, longani‑mitatē, dilectionem, patientiam.

d perſecutiões, paſſio‑nes, qualia facta ſunt mihi Antiochię, Ico‑nij, Lyſtris quales per‑ſecutiones ſuſtinui, & ex omnibus eripuit me dominus.

e Et omnes qui pievo‑lunt viuere in Chri‑ſto Ieſu, perſecutionē patientur.

f Mali autem homines & ſeductores, profi‑cient in peius, errātes, & in errorem mit‑tentes.

g Tu vero permane in his quæ didiciſti, & credita ſunt tibi, ſciēs a quo didiceris.

tem reprobi, ac deſperati. a Sed nō in finē vſq; ſemper proficient. b Futurū eſt enim ſuō tēpore, vt eorū vanitas at‑q; falſitas manifeſtetur omnibus, ſicut & illorum inſipientia tandem conuicta fuit, quando Pharao cum vniuerſo ſuo exercitu: ex illorum conſilio malo, fuit demerſus in profundum. c Tu vero me recte & diligenter inſequutus, mihi ſimilis factus es in omnibus. Nem‑pe in doctrina veritatis in morum recta inſtitutiōe, in virtutis firmo ꝓpoſito, in fide ſyncera, in longanimitate, in vera charitate, in forti patientia. d In perſe‑cutionibus quoq; & afflictionibus va‑rijs, quales mihi illatæ ſunt Antiochiæ, Iconij, & Lyſtris. In talibus (inquam) ꝑ‑ſecutionibus, quales ego in his & alijs compluribus locis ſuſtinui, & gratia dei nullæ mihi præualuerunt. e Et omnes qui vitam piam atq; Chriſtianam duce‑re volūt: animo oportet eſſe forti & præ‑parato ad tolerantiam perſecutionum, quas ſolent impij melioribus inferre, at‑q; etiam caro cum dęmonijs. f Peruer‑ſi aūt homines quorum eſt ſtudium ſim‑pliciores ſeducere, pergent in malicia ſua, a Deo derelicti, ipſi miſere errantes et (qđ intolerabile eſt) alios ſecum in er‑rorem trahentes. g Tu autem perſta fir‑mus, in his quæ me docente didiciſti, & tibi ſunt commiſſa, vt alios doceas.

Sta (inquam) nihil hæſitans, q̃m noſti me, qui te v^ta Chriſto accepi, edocui & quis ſim, quæue conuerſatio mea, optime noſti. a Accedit quod ab annis teneris ſanctę ſcripturæ eruditionẽ accepiſti, quę te ſatis poteſt erudire ad cõſequendam ſalutem, per medium fidei Chriſtianæ quam habes, ſine qua legis doctrina a Chriſto magis alienat. b Omnis enim ſcriptura quam ex inſpiratione diuina locuti ſunt ſancti Homines, vtilis eſt, ad docendum & demonſtrandum veritatis dogmata, & ad contradicentes reuincendum. c Item ad corripiendum errantes, & ad erudiendum inſtituendumq; in rectam viam virtutis d vt perfectus fiat qui inſtruitur fidelis, ad vacandum omnibus operibus bonis.

a & quia ab Infantia ſacras literas noſti, quę te poſſint inſtruere ad ſalutem per fidem, q̃ eſt in Chriſto Ieſu.

b Omnis enim ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum,

c ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia.

d vt perfectus ſit homo dei, ad omne op9 bonum inſtructus.

ELVCIDATIO CAPITIS Quarti.

a Enuncio igitur ego tibi, omnibuſque poſt te futuris gregis dominici paſtoribus teſtem inuocans D E V M, qui iudicaturus eſt ſuo tempore vniuerſos, ſiue viuos, ſiue iam olim morte ſolutos, & per reuerendum eius aduentum, ac ſuper-uenturum regnum, obteſtor, vt non orp eas in Euangelij prædicatione,

TEXTVS, CAP. Quartum.

a Teſtificor coram deo & Ieſu Chriſto: qui iudicaturus eſt v͡i uos & mortuos, & p aduentum ipſius, & regnum eius.

a prædica verbum, inſta oportune, iportune b Argue, obſecra, increpa

a Imo vero aſſiduus inſiſte, quoties & vbicumq; oportunitatem captare, fru-ctumq; ſperare potueris. b Nunc de-monſtrando docens fidei veritatem, nunc obſecrando exhortans, nunc acri-us increpando vicia inſectans. c Idq; ſalua ſemper patientia erga malos ho-mines atq; inobedientes & erga infir-mos minuſque perfectos, inſtructione diligenti. Hæc autem age, dum temp⁹ habes.

c in omni patientia & doctrina.

d Erit enim tempus cum ſanam doctrinã nõ ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſyderia coacer-uabunt ſibi magiſtros prurientes auribus.

d Venturum eſt enim aliquan do tempus, in quo ſalutarem et veram doctrinam nolent audire homines, ſed iuxta ſua carnalia deſyderia, ipſi prurië tes auribus (hoc eſt, titillari blandiriq; ſi bi a falſis doctoribus deſyderantes) cõ quirent ſibi prædicatores plurimos, qui eis loquantur placentia, & prurientes titillent mollibus carnis ſermonibus.

e & a veritate quidẽ auditum auertent, ad fabulas autem conuer-tentur.

e & veritatem quidem pungentem ac mordentem nolent audire, ſed fabulo-ſas & confictas hominum doctrinas q̃-rent, quibus in ſuis vicijs ac concupiſcẽ tijs foueantur.

f Tu vero vigila, in o-mnibus, labora,

f Tu vero aduerſũ hos ſollicitus eſto ac vigilans per omnia, la-bora ac ſuſtine, ne faſtigeris.

g opus fac euangeli-ſtæ, miniſteriũ tuum imple, ſobobri⁹ eſto.

g fac qđ Dei Euangeliſtam, atq; Euangelij præ dicatorem decet, adminiſtrationem ti-bi commiſſam perfecte impleas, & ſo-brius eſto in omnibus. Hæc enim tibi in hæreditatem relinquo.

h Ego enim iã delibor & tẽpus reſolutionis meę inſtat.

h Ego enim iã pro Chriſti confeſſione breui ſum im-

molandus, & in proximo imminet tem pus depoſitionis ac mortis meę. a Do nec placuit domino in huius corporis me vita ſeruare, maxime poſt eius fidē ſemel ſuſceptam, militiam iſtam bonā ſollicite ac laborioſe peregi, curſum vitæ meæ, cum omni diligentia, vſq; in finem perduxi. b Quod ſupereſt, expecto illud æternæ gloriæ præmium. Coronam (inquam) ex iuſtitia pollicitātis iudicis victoribus debitam. c quam (non dubito) reddet mihi pro labore certaminis ac curſus mei, ſecundum fidelitatem promiſſionis ſuæ, iuſtus iudex, Chriſtus dominus, in nouiſſimo die. d Neq; vero mihi ſoli, ſed & in omnibus quicunq; in conſcientia pura & in dilectione ſyncera preſtolantur aduentum eius, cum operibus bonis ei obuiā pergentes, donec veniat. e Cura, vt quantocius ad me venias. f Demas ei a noſtro ſodalitio ſe ſeparauit, fractus tribulationibus, amore huius ſęculi pertract⁹ & abijt Theſſalonicā. Creſcēs in Galatiam eſt a me deſtinatus, & Titus in Dalmatiam. g Solus Lucas adeſt mihi, hoc tempore. h Marcum veniens aſſume, & adduc tibi comitem. Eſt enim, in quo vtilis erit mihi, in miniſterium CHRISTI. Tychicum autem miſi Epheſum. i Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, cum ve-

a Bonum certamen certaui, curſum conſū maui, fidem ſeruaui.

b In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię

c quam reddet mihi dominus in illa die. iuſtus iudex.

d Non ſolum autem mihi, ſed & ijs, qui diligunt aduentum eius

e Feſtina ad me venire cito.

f Demas enim me reliquit, diligens hoc ſęculum, & abijt Theſſalonicam. Creſcēs in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

g Lucas eſt mecum ſolus. h Marcū aſſume, & adduc tecum eſt enim mihi vtilis, in miniſterio.

Tychicū aūt, miſi Epheſum. i Penulam quā reliqui Troade apud Carpum venięs

a ffer tecum, & libros maxime autem membranas. a Alexāder ærarius, multa mala mihi oſtendit: Reddet illi dominus ſecundū opera eius

quem & tu deuita.

b Valde enim reſiſtit verbis noſtris.

c In pria mea defenſione, nemo mihi adfuit d ſed omnes me dereliquerunt.

e non illis imputetur.

f Dñs autem mihi aſtitit, & cōfortauit me

g vt per me prędicatio impleatur: & audiant omnes gentes.

h et liberatus ſum dę ore leonis.

neris, adfer tecū, & libro qui apud eundē ſeruantur, maxime autē mēbranas, a Alexander faber ærarius, mala pluri ma eſt aduerſum me conat⁹. Iuſtus do minus reddet illi, quemadmodum & omnibus, pro operibus mercedē condignam. Nolo enī graui⁹ aliquid aduerſū ipſū dicere, nec pro malefactis maledictū reddere, Tantū, tu illū ac ſimiles deuita b Valde enim obſiſtit prędicationi noſtrę, & modis oībus conat⁹ ēſt illā ipedire. c In prima mea examinatione ac reſponſione, cū iam ante Neronē ſiſterer nemo mihi fuit hoīm adiutor. d ſed timore ducti oēs, ſe occultauerunt, ita vt nemo pro me auderet in palam agere. e Deū precor vt non illis iputet, qđ timore potius quā malitia factū cōſtat. Hoc autem nō conquerendo recito, ſed ad gloriam Chriſti, f qui mihi, omnib⁹ recedētibus, ſolus affuit, meq; adiuuit ſpirituali cōfortatione ſua, g vt per me euangelica p̄dicatio ad perfectū perducatur, ita vt in ea ad mortē vſq; perſeuerem, & audiant omnes gentes p meam prędicationē edoctę, conſtantiā fidei meę, h quia liberatus ſum de ore leonis rugientis, ſiue inuiſibilis diaboli, ſiue Neronis viſibilis hominis, dum nullis terroribus, nec ipſa quidem morte, a fidei firmitate auellere me potuerint,

a Chriſtus dominus conformando me liberauit ab omni opere malo, vt nomē eius nec verbo, nec opere, propter terrores negauerim, & faciet saluū in ſuū regnum cœleſte, cui eſt gloria in ſęcula ſæculorum, Amen. b Saluta meo nomine Priſcam & Aquilā, & Oneſiphori familiā. c Eraſtus remanſit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmū Mileti. Feſtina vt ante hyemen ad me venias. d Saluant te Eubolus, & Pudens, & Linus & Claudia, & fratres oēs qui nobiſcum ſunt. e Dominus Ieſus Chriſt⁹, ſit cum ſpiritu tuo Amen. Sit gratia Dei vobiſcum, Amen.

a Liberauit me dn̄s ab omni opere malo. et ſaluū faciet in regnū ſuum cœleſte, cui gloria, in ſęcula ſæculorum. b Saluta Priſcam & Aquilam, & Oneſiphori domum. c Eraſtus remanſit corinthi. Trophinū autē reliqui infirmum Mileti. Feſtina ante hyemē venire. d Salutāt te Eubol⁹ & Pudēs & Linus & Glaudia. & fratres oēs. d Dn̄s Ieſus Chriſtus, cū ſpū tuo. Gratia vobiſcum Amen.

Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Timotheum poſteriorē, beati Pauli Apoſtoli.

¶Fit Textus Epiſtolę poſterioris ad Timotheum.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolam ad Titum, beati Pauli Apoſtoli.

Titum & ipſum probatum diſcipulū relíque rat Apoſtolus Cretenſi inſulæ præfectum Epiſcopum, quomodo Timotheum Epheſijs præfecerat. Et hunc ergo, de ijs quę ad ipſius ſpectabant officium, per epiſtolam inſtruit. Et primum quidem, de Epiſcoporū et p̄ſbyterorū p̄ ciuitates ſingulas ordinatiōe, mādatū re

plicat. Et vt ſciat quales ordinare debeat, eorum conditiões late ſimul & clare, quomodo & apud Timotheum, deſcribit Atq; poſt omnia, illud peculiariter exigit in Epiſcopo, vt potens ſit per ſanam doctrinam, & exhortari fideles, & contra dictores redarguere, ſuæ fidei rationem reddendo. Ait eñ eſſe multos, qui egeant redargutione, potiſſimum ex Iudęis ſuas vanitates docentibus. Teſtimonio vero Epymenidis poetæ cuiuſdam, Cretenſium fallaciam, maliciam, atq; duriciem, pigritiamq; & guloſitatem deſignans, eos vult dure & incircunciſe increpari, iuxta gentis conditionem, vt in fide recta permaneant, fabuliſq; non intẽdant. Per occaſionem autem breuiter determinat, per ſe nihil eſſe immũdum: ſed infidelibus eſſe immunda omnia, qui licet ore confitentur Deum, factis tamen pernegant. Secundo dehinc cap. diſcipulũ præceptor inſtruit, quomodo vnãquanq; ætatẽ & ſexũ, ſenes videlicet atq; iuuenes, viros ac mulieres, debeat iuxta cuiuſq; conditionẽ inſtituere, ſic tñ, vt in omnib⁹ virtutibus, ſe proponat alijs in exemplũ. Et quaſi per ſuppletionẽ de ſeruis, quales ſe erga dños gerere debẽt, peculiariter pręſcribit. Vt aũt oẽs ad bene viuẽdũ, in ſuo quẽq; ſtatu alliciat gratiam Chriſti Ieſu, q̃ apparuit in humani generis redẽptione proponit ante oculos, qui ad hoc ſeipſum dedit ꝓ nobis, vt ab oĩbus peccatis emũdati, tanq̃ populus eius peculiaris & acceptabilis, ſectatores facti bonorum operum, iuſte, pie, ac ſobrie viueremus in hoc ſæculo. Tertio autem cap. admoneri vult Chriſtianos, vt ſuis principibus debitã ꝑſtẽt obedientiã, neq; ad cõuicia, aut lites ſint prompti, ſed vt erga oẽs oĩo homines, etiã infideles, manſuetudinẽ oſtẽdant, eis ꝑ compaſſionem, de ſua infidelitate compatiẽdo, Recordantes, queãdmodum & olim patres noſtri in eiuſmodi infidelitate ac reliquis conſequentibus peccatis, viuebant ſub ira Dei, a qua per Dei clementiam & benignita-

tẽ ſalui facti ſumus,non ex noſtrorum operũ debito,ſed ꝑ Dei liberalitatẽ,qui nobis gratis filium ſuum ſaluatorẽ mihi baptiſmum in regenerationis lauachrum inſtituit,& ſpiritũ ſanctum in nos effudit,vt ex ſolo Dei gratuito munere hæreditatem expectemus vitæ æternę. Atq; huiuſmodi Chriſtianis vtilia,deuitatis inanibus & contentioſis quæſtionibus,ad ædificationem,eum ſuis vult ſubditis ſedulo proponere. De hæretico quoq; poſt primam & alteram correptionem incorrigibili comperto,quod debeat vitari, decernit. Demum familiaria quædam & ſalutationes pauculas adiũgens,ita concludit Epiſtolam.

¶Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOlam ad Titum Beati Pauli Apoſtoli.

Textus Epiſtolę ad Titum beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO CAPITIS Primi.

a PAulus Seruꝰ dei & Apoſtolus Ieſu Chriſti,ad prędicãdum fidem Chriſti quam omnes electi a Deo credunt ,illãq; veritatis doctrinam quam Chriſto

TEXTVS, CAP. Primum.

a PAulus ſeruꝰ Dei, Apl's aũt Ieſu Chriſti ſecundũ fidem electorũ Dei,& agnitionem veritatis, quæ ſecundum pietatẽ eſt,

reuelante cognouimus, ad pie ſanctęq; viuendũ in hoc ſęculo, a atq; ita ſecure expectandũ vitam ęternam, b quã Deus natura et eſſentia ſua verax, pręfiniuit & immutabiliter p̄ordinauit in æternitate, ante oĩa tẽpora q̃ pręceſſerũt ab initio ſeculi c manifeſtũ aũt fecit, tẽpore ad hoc deputato, hoc eſt nũc primũ in die bus iſtis nouiſſimis, verbũ Euangelij ſui, in quo eſt vitæ huius promiſſio per prędicationem quæ mihi eſt credita & cõmiſſa, vt fideliter eã exerceam, iuxta qđ iniunxit mihi dñs, d Ille (inq̃) Paulus, ſalutẽ precatur ſcribitque Tito, ob morũ fideiq; igenuitatem vere dilecto filio, non carnis autẽ ſed fidei, q̃ eſt vtriq; ex Dei munere communis. e Gratia tibi ſit & pax, a Deo patre noſtro, & dñ'o Ieſu Chriſto. f Ob hui⁹ rei gratiã te Cretenſi inſulę reliqui præfectũ, vt ea q̃ adhuc ordinanda diſponẽdaq; ſupſunt, paulatim diſponas, g & cõſtituas ſingulis ciuitatibus ſuos Epiſcopos, quẽadmodũ ordinaui, cum apud te præſens eſſem. h In ordinãdis aũt Epiſcopis conſyderandũ eſt, vt tales ſint ordinandi: qui de nullo crimine poſſint merito infamari, neq; duas habuerint poſt baptiſmum vxores. i quorum filij (ſi quos habent) fideles ſint, ac bonis probatiſq; morib⁹, vt nec de luxuria qualibet, nec de inobediẽtia poſſint

a In ſpem vitæ ęternæ b quam promiſit qui non mentitur Deus, ante tempora ſæcularia.

c manifeſtauit aũt temporibus ſuis verbum ſuum, in prędicatione quę credita eſt mihi, ſecundum præceptum ſaluatoris noſtri Dei,

d Tito dilecto filio, ſecundum communem fidem.

e Gratia & pax a deo patre, & Chriſto Ieſu ſaluatore noſtro.

f Huius rei gr̃a reliq te Cretę vt ea q̃ deſũt corrigas. g & conſtituas per ciuitates preſbyteros, ſicut ego diſpoſui tibi.

h Si quis ſine crimine eſt, vnius vxoris vir,

i filios habens fideles, non in accuſatione luxurię, aut non ſubditos.

ſure accuſari. a Oportet enim ſic emi-nere in ſua conuerſione, eũ qui in Epi-ſcopum venit conſecrãdus, vt de nullo crimine ſuſpect⁹ habeatur, aut ĩfamari poſſit, ſecundum veritatem, aut proba-bilem æſtimationem, b ſicut decet di-ſpenſatorẽ atq; præpoſitum dom⁹ dei, quæ eſt Eccleſia. Neq; enim homines potentes ferunt, hominem malę fa mæ habere ſuæ domus diſpenſatorem. c Oportet etiã eum eſſe non ſuperbum aut pertinacem, proprijs placitis nimis inhærentem, nulliuſq; cõſilia admitten tem. d Non facilẽ ad irã, non vino de-ditum, neq; lingua neq; manu percuſſo rem, non turpia lucra quærentẽ e ſed ecõtrario oportet, vt propter hoſpitali-tatem ſectandam etiam ſua libenter im pertiat, vt ſit benignus et omniũ ama-tor bonorũ, ſobrius in omnibus, iuſtus, ſanctus, continens, f cum amore ac di ligentia inhærens fidelibus & veracib⁹ ſermonibus, qui ad docendum ſunt ac commodi. g vt his inſtructus, potens ſit exhortari ſubditos, per doctrinã ve-ritatis, & contradictores cum authorita te reuincere atq; confutare. h Sunt e-nim multi non ſubditi, vaniloqui, qui & mentes hominum ſeducunt in er-rores, i de quorum numero præci-pui ſunt carnales Iudæi, quos neceſ-ſe eſt ſeuera correptione redargui,

a Oportet enim Epi-ſcopum ſine crimi-ne eſſe.

b ſicut dei diſpenſa-torem.

c non ſuperbum.

d non iracundum, nõ vinolentum, non per-cuſſorem, non turpis lucri cupidum, e ſed hoſpitalem, benignum prudentem, ſobrium, iuſtum, ſanctum, con-tinentem.

f amplectentem eum qui ſecundum doctri-nam eſt fidelem ſer-monem.

g Vt potens ſit exhor tari in doctrina ſana, et eos qui contradicunt arguere.

h Sũt enim multi etiã inobedientes, vaniloq & ſeductores.

i maxime qui de circũ ciſione ſũt, quos opor tet redargui.

a q̃ vniuerſas domos ſubuertunt, docentes quę non oportet, turpis lucri gratia.

b Dixit quidam ex ipſis proprius ipſorum Propheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, vētres pigri

c Teſtimonium hoc, verum eſt.

d Quamobrem increpa illos dure.

e vt ſani ſint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auerſantium ſe a veritate.

f Omnia munda, mū dis.

g coinquinatis autem & in fidelibus nihil eſt mundum, ſed inquina

a qui magna diligentia per domos circumeuntes, quærunt a libertate & veritate Euangelica homines paſſim abducere, inq; ſuum Iudaiſmum pertrahere docentes quæ docenda non ſunt, quæſtus gratia. b Dixit Epimenides Poeta quidam, ex ipſis. Cretenſes ſemper mendaces, mali, irrationabiles, & duri beſtiarum more, homines inertes, ac pigri, ventri dediti. c Hoc teſtimonium (quantum ad plurimos, et loci peruerſā conſuetudinem) non abhorret a vero. d Cum igitur aptādi ſint ſermones iuxta auditorum qualitatem, increpa illos dure & incircunciſe, nullis vtens ambagibus e Sic enim eorum expedit ruditati, vt in fide recta firmi & integri permaneant, neq; auditum, vel animum Iudæorum fabuloſis narrationib⁹, accōmodēt, aut humanis traditionibus quibus ſolent occupari homines illi, qui veritate repulſa ad vanitates ſe conferunt quemadmodum (exempli gratia) de ciborum diſcretione multa ſolent præcipere, quæ tamen vana pro hoc tempore prorſus exiſtunt. f Cum ſecundum veritatem ſint mundis et fidelibus hominibus omnia munda, ita vt nullus cibus fidelem poſſit cum bona conſcientia & gratiarumactione manducantē, coinquinare. g Contra vero, infidelibus quos ſua infidelitas coinquinat, ni-

hil eſt mundum, ſed eorum & ratio & conſcientia polluta eſt, ex quibus infidelitatis maculis omnis eſt eorum pollutio, nō ex cibo aut potu quem ſumūt a Fatentur ore & exterioribus obſeruātijs, Deum ſe noſſe & colere, factis autē contrarium demonſtrant, dum eius filij gratiam non recipiunt. b Cū ſint hac de cauſa execrabiles Deo, & increduli, & ab omni opere vero bono deſperati Nam qui gratiam Chriſti & fidem ſanā non recipit, nihil vere boni operis poteſt exercere.

tę ſunt eorum & mēs et conſcientia.

a Confitentur ſe noſſe Deum, factis autē negant.

b cum ſint abhominati, & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

TEXTVS, CAP. Secundum.

Ta V autem econtrario loquere q̄ ad ſalutarē doctrinam pertinent, ſingulos quomodo in ſuo ſtature ćte conuerſentur inſtruens. b Doce ſenes eſſe ſobrios, grauitate venerabiles, in conſilijs atq; agendis circumſpectos, ſynceros, atq; integros in fide, in charitate, & ſuſtinentia, vt non fatigentur ſenectutis laboribus, aut diuturna expectatione futurorum bonorum.
c Anus ſimiliter doce, vt tali vtantur habitu qui religioni ſit congruus, vt non ſint calumniatrices detractionibus vacantes, neq; ebrietatibus deditæ. d Sit autem & verbo & exemplo bono egre-

a Tu autem loquere quæ decent ſanam doctrinam.

b Senes vt ſobrÿ ſint, pudici, prudentes, ſani in fide in dilectione in patientia.

c Anus ſimiliter in habitu ſancto. non criminatrices, nō multo vino ſeruiētes, d bene docentes, vt prudentiam doceant.

gie docẽtes, vt liceat ex ipſis prudentiã atq; virtutes iunioribus addiſcere. Cũ enim publice eis docere non permittaẽ hac potiſſimum ratione curandum eſt, vt prudentiam vel moribus doceant.

a Adoleſcentulas, vt viros ſuos amẽt, filios ſuos diligant.
b prudentes, caſtas, ſobrias,
c domus curam habẽtes, benignas, ſubditas viris ſuis.
d vt non blaſphemetur verbum Dei.

a Adoleſcentiores etiam doce amare viros ſuos, filios diligere, hoc eſt, educare, & erudire, b prudentes eſſe in regẽda familia, caſtas eſſe ac puras, ſobrias, c domeſticam adminiſtrationem cordi habentes, benignas & viris ſuis bene ſubditas. d vt verbũ Dei et fides Chriſtiana nõ veniat in calumniã, qđ futurũ eſſet, ſi pretextu Chriſtianitatis mulier viro cui cohabitat minus in licitis velit obtẽperare.

e Iuuenes ſimiliter hortare, vt ſobrij ſint.

e Adoleſcentulos, præter hęc peculiariter admone, vt ſint in omnibus ſobrij. Nam ſolent huiuſmodi, luxui & gulæ amplius eſſe dediti.

f In oĩbus teipſum prębe exemplum bonorũ operum.
g in doctrina, in integritate, in grauitate.
h verbum ſanum, irreprehenſibile,
i vt is qui ex aduerſo eſt, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.
k Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe.

f Et vt habeant authoritatem quę tu alios doces, in omnib⁹ te prębe in exemplũ & formam, in operibus bonis. g in veritatis doctrina, in integritate morũ, atq; in veneranda grauitate. h Verbum quod loqueris ſit verũ, ſalutare atq; proficuũ & tale quod reprehendi aut calumniari rationabiliter non poſſit i vt aduerſarij (ſi qui ſũt) confũdanẽ intra ſe, cũ ſe viderint nihil habere quod poſſint aduerſum te rationabiliter obijcere. k Seruos doce dominis temporalibus ſubijci

& ſtudete vt eiſdem in omnibus pro‑
pter D E V M placeant, quantum in ip
ſis eſſe poteſt. a non contramurmura
tores eſſe, non ſubtrahentes aliquid,
ſed in omnibus, fideles ſe oſtendentes
& exhibentes, b vt doctrinam Euan‑
gelicam, quam nos Deus ſaluator no‑
ſter edocuit, honeſtent per omnia, ope
ribus eam bonis implendo. Profecto eſt
neceſſarium, vt ſic ſinguli hominum or
dines, diligenter iuxta profeſſionem
ſuam viuant, ſiue ſenes, ſiue iuuenes,
ſerui atque domini. c Palam enim ma
nifeſtata eſt gratia & miſericordia Dei
in incarnatione verbi diuini, ad omni‑
um hominum ſine exceptione (modo
credere velint) vtilitatem atque ſalutem
d quæ nos pariter inſtruxit, quemad‑
modum huius in commune propoſitæ
ſalutis participes eſſe valeamus. e Ni‑
mirum, vt ab omni impietate falſita‑
tis declinantes, & mundanas concupi
ſcentias calcantes, vitam in operibus
bonis degamus, f in ſobrietate om‑
nimoda noſmetipſos continentes, iu‑
ſte erga omnes conuerſantes, & in pie
tate veri cultus Deo ſeruientes, in hoc
tēpore quod nobis ad lucrū & meritū
cōceſſū eſt, g vt deinde ſecuri expecte
mus beatiſſimum illud prǽmium, quod
ſecundū opera bona ſperam⁹ cōſequi.

in omnibus placentes

a Non contradicentes, non fraudentes, ſed in omnibus fidem bonam oſtendentes.

b vt doctrinam ſaluatoris noſtri Dei ornēt in omnibus.

c Apparuit enim gratia dei, & ſaluatoris noſtri, omnibus hoībus,

d erudiens nos,

e vt abnegantes impietatem & ſæcularia deſyderia.

f ſobrie,

& iuſte,

& pie viuamus in hoc ſæculo.

g expectantes beatam ſpem.

a & aduentum glorię magni dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti
b qui dedit ſemetipſū pro nobis.
c vt nos redimeret ab omni iniquitate.
d & mūdaret ſibi populum acceptabilem.
e ſectatorem bonorū operum.
f Hęc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio.
g Nemo te cō:ēnat.

a & aduentum illum glorioſum, ī quo apparebit magnus ille Deus tanquam omnium iudex, & electorum ſuorū ſaluator Ieſus Chriſtus b qui cum ī hoc mundo eſſet ſeipſum obtulit patri, & in manus dedit inimicorum, pro noſtra ſalute, c hoc eſt, vt nos precio ſanguinis ſui ab omni peccato faceret ſaluos: d & ſic emundatos ſibi adoptaret ī populum precioſum, peculiari charitate coniunctiſſimum, & quem ipſe in maxima haberet æſtimatione, e qui deinceps emundatus a malis, bonis operibus cū omni diligentia vacaret f Huiuſmodi ſunt quæ te oportet docere, & exhortando proponere, atq; cum authoritate aduerſum contradicentes, reuincendo illos, demonſtrare. g Cura ſic te in omnibus habere, vt non te merito quiſquam deſpiciat aut paruipendat.

TEXTVS, CAP. Tertiū.

a Admone illos, principibus & poteſtatib9 ſubditos eſſe. dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe:
b neminē blaſphemare, non litigioſos eſſe, ſed mode..os.
c oēm oſtendētes mā

ELVCIDATIO CAPITIS Tertiȷ.

A Dmonens doce illos bene ſubditos eſſe principibus temporalibus, & inferioribus ab eis in poteſtate conſtitutis, vt iuſſionibus eorum pareant, & ad omne quod iniungitur opus bonum, animo promptos eſſe, b neminem conuiciȷs inſectari, neq; litibus pugnare, ſed modeſtos potius ſeſe exhibere, vt nec læſi quærant reddetalionem c & omnino erga omnes

homines, in omni conuerſatione, perfe-
ctam manſuetudinem demonſtrantes.
Quod eo nos amplius nunc facere cō-
uenit, quo nos Dei ſolius gratia ab eiuſ-
modi vicijs, quibus obnoxij olim fuim⁹
liberatos cognoſcimus. a Eram⁹ eñ
& nos qui in Chriſtum iam credimus,
olim quidem (hoc eſt, vos cum idola
adhuc coleretis) inſenſati, nolentes ac-
quieſcere veritati, b ac proinde erran-
tes & ſequentes varias carnis malas af-
fectiones, & voluptatibus deditі. c vi-
tam in prauitate cordis & in inuidia de-
gentes, odibiles Deo & hominibus, pro-
pter veſtram maliciam, & inuicem odio
habentes propter inuidiam. d At ve-
ro vbi deſuper nobis ſe manifeſtauit il-
la Dei ſingularis benignitas, qua fuit er-
ga nos ab æterno affectus, & amabilis
illa erga humanum genus clementia p
quam nos ab æterno ſaluare propoſue-
rat, ſaluos nos ab omni peccato & dam-
natione ipſe effecit e non ex merito
operum iuſtitiæ, quæ per nos facta fuiſ-
ſent aut patres noſtros, ſed propter in-
finitam miſericordiam ſuam. f Fecit
(inquam) nos ſaluos ab ira Dei, a pecca-
to, & damnatione, per baptiſmi lauacrū
per quod credentes renati ſumus, ex fi-
lijs iræ filij Dei effecti, & renouati exu-
to veteri homine, in gratia Dei, quę qui-
dem, & regeneratio & renouatio tota

ſuetudinem ad omnes homines.

a Eramus enim aliqñ & nos inſipientes increduli.

b errantes, ſeruientes deſyderijs & voluptatibus varijs.

c in malitia & inuidia agentes, odibiles.

odientes inuicem.

d Cum autem benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri dei.

e nō ex operibus iuſtitię quę fecimus nos, ſed ſecundum ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit. f p lauacrū regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti

a quem effudit in nos abunde, per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum. b vt iuſtificati gratia ipſius hæredes ſim⁹ ſcd̃m ſpẽ, vitę ęternę. c Fidelis ſermo. Et de his volo te confirmare, vt curent bonis operibus pꝛ eſſe, qui credũt deo.

d Hæc ſunt bona, & vtilia hominibus.

e Stultas autem quæſtiones, & genealogias, & cõtentiones, & pugnas legis, deuita.

f ſunt enim inutiles, & vanæ.

Hęreticum hominẽ, poſt vnam & ſcd̃am correptionem deuita.

h ſciens quia ſubuerſ⁹ eſt, qui eiuſmodi eſt.

i & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus.

k Cũ miſero ad te Arthemã, aut Tychicum feſtina ad me venire Nicopolim, ibi enim ſtatui hyemare.

l zenã legiſperitũ &

per ſpiritũ ſanctum interi⁹ operantẽ perfecta eſt, a quẽ in corda nr̃a copioſe ac diuiter effudit, de plenitudine filij Ieſu Chr̃i ſaluatoris nr̃i. b vt ꝑ eius gratiam iuſtificati a pc̃tis, ſecuri expectem⁹ hæreditatẽ vitę ęternę. c Dign⁹ fide eſt ſermo iſte, atq; huiuſmodi ſalutaria fidei veritatiſq; dogmata te volo audacter aſſeuerare, & cõſtanter ꝓloqui: vt qui fidẽ habẽt, curent & operib⁹ bonis inſiſtere, ita vt etiã præueniendo occaſionem captare ſtudeant bene operãdi. d Hęc ei ſalutaria ſunt dogmata, & hoibus vtilia. e Stultas aũt q̃ſtiones, & fabuloſas illas Iudęorũ genealogias, cõtẽtioneſq; ac pugnas, q̃ ex legis litera a legis ſolẽt ſectatorib⁹ moueri, reijce, neq; teipſũ illis occupes f cũ ſint iutiles, & nihil ſoliditatis habẽtes. g Hominẽ in ſua hæreſi obſtinatũ, poſtq̃ ſemel atq; iterũ corripiendo admonueris, nec ꝓfectũ vllũ ſẽſeris, reijce, vt nõ vltra cũ illo fruſtra agas. h ſciẽs ꝙ fundit⁹ ac deſperate ſubuerſus ſit talis, i & in delicto ſuo ꝑmanet, cũ ſit ſuo proprio iudicio dãnationi obnoxius. Eo ipſo ei ꝙ falſitati deliberata electiõe vult adhęrere, in ſeipſum damnatiõis profert iudiciũ. k Cũ ad te miſero Arthemã & Tychicum, ne prorſus orbẽtur Cretẽſes, Epiſcopi ſolatio, feſtinato ad me venire Nicopolim, vbi hyemẽ tranſigere ſtatui, l Zenam virũ perI

tũ in lege,& Apollo in ſanctis ſcripturis apprime iſtructũ,viros vtiq; honorabiles,ſollicite deducẽs cura,ne qcquã illis deſit neceſſariũ. a Diſcant autem tuis monitis & exẽplis,qui iſtic crediderunt bonis operibus vel prçueniendo inſiſtere,vt neceſſitatibus ſanctorũ ꝓuideant ne ſint vacantes bonorũ operũ fructu. b Salutant te omnes fratres,qui hic mecũ ſunt.Tu viciſſim ſaluta meo nomĩe eos,qui apud te ſunt noſtri amantes in fide,dilectione ſpirituali. c Gratia Dei cum omnibus vobis,Amen.

Apollo,ſollicite præmitte,vt nihil illis deſit.

a Diſcant autẽ & veſtri bonis operibus ꝑeſſe,ad vſus neceſſarios,vt non ſint infructuoſi.

b Salutãt te ꝗ mecum ſunt oẽs.Saluta eos ꝗ nos amant in fide.

c Gratia dei cũ oĩbus vobis,Amen.

¶Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Titum Beati Pauli Apoſtoli.

¶Finit Textꝰ Epiſtolę ad Titum Beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolam ad Philemo.beati Pauli Apoſtoli.

EX familiaribus epiſtolis (quas nõ eſt dubium plurimas,pro diuerſitate cauſarũ, diuerſis ſcripſiſſe Apoſtolum omnium ſalutis cupidum) vna hæc remanſit,quę ad Philemonem ſcripta fuit, Philemon autem hic,ad quem nunc ſcribit Apoſtolus,Coloſſis morabatur, ſimulq; hæc cum illa quam ad Colloſſenſes ſcripſerat,& per eoſdem nuncios miſſa fuit, quemadmodum facile videri poteſt, ſi quis finem huius cum illius fine conferat.

Ac de argumento quidem epiſtolæ, in ſumma illud eſt manifeſtum, q̄ pro ſerui fugitiui receptione (cui nomen erat Oneſimus) ad Philemonem dominum a quo aufugerat, ſcribit Apoſtolus, amice admodum & familiariter poſtulās pro ſuo nomine illum in amorem recipi, in quo tam ſibi fuit placitum, vt etiam detinere ſecum eum libenter voluiſſet. Cæterum, de cauſa fugæ huius: poſteaq̄ nihil ſcripſit Apoſtolus certum habetur nihil, neq; ita multum ad rem pertinet, quid cauſæ fuerit, vt aufugeret. Sunt qui dicunt illū tanq̄ furē aufugiſſe per malitiā, & furtoſubduxiſſe nōnulla de ſubſtantia domini, ad quod illud putant referendum quod dicit Apoſtol9. Si quid debet aut nocuit tibi, mihi ipu ta. Ego reddam. Quorum authoritati nec obſiſtimus, neq; ſententiæ tamen accedimus. Præſertim cum in ea quam ad Coloſſenſium Eccleſiam ſcribit epiſtola, honorificam admodum faciat Apoſtolus huius Oneſimi mentionem. Mihi ſane mitius videtur, vt illi quem Paulus chariſſimum & fidelem fratrē apud totā Coloſſenſiū Eccleſiā nominat, ſine cauſa & authoritate, crimen furti & tante malitiæ, perfidiæq; fuge infamiam, non aſſcribamus. Fieri enim potuit (id quod non raro ſeruis ſolet accidere) vt per eū quoquomodo damnum rerū ſuarum perpeſſus fuiſſet domin9 Philemon, idq; ſiue per neglıgentiam quamlibet ſiue per inſufficientē rerum domini ſui cuſtodiā, ſiue p aliam quamcūq; fortunæ aduerſitatē, ob quod irā heri metuēs, nec videns quo pacto dominū placare poſſet, conſiliū habuit ad Paulū confugere, quē ſciebat apud dominū ſuum plurimū authoritate valere, vt p eum redire poſſet in gratiam domi ſui, eiuſq; animum ſibi ſic reconciliare, atq; horſum optime referri poteſt, qđ dicitur in epiſtola, Qui tibi aliqn̄ inutilis fuit. Et iterum, ſi quid debet tibi aut nocuit, mihi imputa, ego reddam. Apoſtolus igitur ſerui illius ad ſuum auxilium

confugientis miſertus, quantum poteſt fideliſſime agit apđ dominum, vt in gratiam illum ſicuti fratrem chariſſimum, imo ſicuti viſcera ſua, ſuſcipiat, confidens in obedie̅tia charitatis eius, quoniam etiam ſupra quod poſtulat libenter efficiet. Sperans autem libertate donari, atq; ad eos inuiſendos redire, hoſpitium ſibi ſuiſq; commodum aptari iubet, atque ita, additis familiaribus ſalutationibus, terminat Epiſtolam.

¶ Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Philemonem Beati Pauli Apoſtoli.

EEVCIDATIO CAPITIS Primi.

PAulus pro Chriſti nomine vinculis captiuitatis aſtrictus, & Timotheꝰ frater Philemoni, in re fidei & Chriſti negotio, cooperatio, & Apphię mulieri bene fideli, atq; Archippo in Chriſti noīe ſtrennue nobiſcum agenti, & vniuerſæ

Textus Epiſtolæ ad Philemonem Beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS, CAP. Primum.

PAulus vinctus Chriſti Ieſu, et Timotheus frater, Philemoni dilecto adiutori noſtro, & Apphiæ ſorori chariſſimę, & Archippo commilitoni noſtro, & Eccleſiæ quæ in domo tua eſt.

illi fidelium cõgregationi, quę eſt in domo Philemonis, ſalutē. a Gratia ſit vobis & pax a Deo patre noſtro, & dño Ieſu Chriſto. b Gratias agere non deſino Deo meo, frequentiſſimam tui faciens memoriā in orationibus meis. c dũ audio charitatis tuę fraternæ, & fidei cõmendationē, quam fidem atq; charitatem habes erga dominum Ieſum, atq; etiam oſtendis erga omnes ſanctos. d Ita vt iſta tua miſericordia & liberalitas, qua communicas ſanctorum neceſſitatibus, fiat p diuulgationem manifeſta, in agnitione bonorũ operum quæ tu palam exhibes, omnib⁹ in exemplũ, pro amore noīs Chriſti Ieſu. e Magnũ enim mihi gaudiũ & conſolationē mad fert non mediocrē, ꝙ per te (vt audio) refocillantur ſancti in neceſſitatis ſubleuatione. f Et quia tã fidelē te Dei miniſtrum conſpicio, confido tã promptę te eſſe erga me obedietię, vt fiducialiter mihi liceat tibi etiam cum imperio iniũgere, quicquid mihi fuerit viſum expediens. g Verumtamē malo in pręſentiarum, propter charitatis fomentum atq; augmentũ obſecrare, q̃ īperare. h præcipue cum ſis ſenex ætate, qualis ſum ego, q præter hoc etiam nunc vinctus ſum Chriſti Ieſu, vt tam ex ratione tuæ ſenectutis, q̃ ex conditione meę humiliatiōis malim nunc ſupplicare, quã im-

a Gratia vobis & pax a deo patre noſtro, & dño Ieſu Chriſto.
b Gratias ago Deo meo, ſemꝑ memoriã tui faciēs in orationibus meis. c audiens charitatem tuam & fidem, quam habes in domino Ieſu, & in omnes ſanctos:
d vt communicatio fidei tuę euidens fiat in agnitione omnis operis boni in vobis, in Chriſto Ieſu.

e Gaudiũ eĩ magnum habui & conſolationē in charitate tua qđ viſcera ſanctorum requieuerunt per te, frater.
f Propter qđ, multã fiduciam habens in Chriſto Ieſu imperãdi tibi quod ad rem pertinet.

g propter charitatem magis obſecro.

h cum ſis talis, vt Paulus ſenex, nunc autem & vinctus Ieſu xp̄i.

perare. a Obſecro inquã te pro meo fi lio, quẽ in captiuitate Romę hic poſitus in Chr̃o erudiui, ſiue fidelẽ aut meliorẽ feci Oneſimo noĩe, b qui tibi aliquan do inutilis fuit, & per quẽ rerum tuarũ forſitan damnũ aliquod paſſus fuiſti. c Erit autẽ de cætero meis monitis be ne inſtructus, & tibi vtilis, et mihi. d Quem cum ad me familiari cogniti one, recuperandi tui fauoris gr̃a acceſ ſiſſet, remittere ad te volui meis literis commẽdatum. e Te autẽ precor, vt ſic illũ benigne ſuſcipias, quaſi quẽ habeã cha riſſimum. f Et ſane percupiebã il lum apud me detinere, vt tui loco mihi vincto miniſtraret, in negotijs Euange lij, pro quibus mihi per vincula impedi to, legatis pluribꝰ ad diuerſas Eccleſias eſt opꝰ. g Nolui aũt ſine tuo cõſenſu ta le quid attẽtare, ne bonũ tuũ iſtud qđ in ſeruo exhiberes eſſet quaſi extortũ atq; coactũ, ſi te non requiſito ſeruũ tuũ de tinuiſſẽ, h ſed malo ſit volũtariũ bonũ tuum, vt mihi illum, ſi velis, libere remit tas, aut ſi placet amice retineas, i Forſitam enĩ ſic diuina prouidẽtia di ſpoſuit, vt illa tẽporaria ab inuicẽ ſepa ratio qua nũc ad tẽpꝰ a te abfuit, cauſa eſſet ęternę in domino & firmiſſimę cõ iunctionis, modo in amore plus ſolito. & in futuro ſine termino, k eſſetque tibi a modo, non vt ſeruus timore ſubię

a Obſecro te, ꝓ meo filio quem genui in vinculis Oneſimo.

b qui tibi aliquãdo inutilis fuit.

c nunc autem, & mihi & tibi vtilis,

d quem remiſi tibi,

e Tu autem, illum vt viſcera mea ſuſcipe,

f quem ego volueram mecum detinere, vt ꝓ te mihi miniſtraret in vinculis Euangelij.

g Sine conſilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex neceſſi tate bonum' tuũ eſſet.

h ſed voluntarium.

i Forſitam enim ideo diſceſſit ad horam a te, vt inæternum illũ reciperes.

k Iam nõ vt ſeruum, ſed pro ſeruo chariſſi mum fratrem.

a maxime mihi, quanto autem magis tibi, & in carne, & in domino.

b Si ergo habes me ſocium, ſuſcipe illum ſicut me.

c Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa.

d Ego Paulus ſcripſi mea manu. Ego reddam.

e vt non dicam tibi quod & teipſum mihi debes.

f Ita frater, ego te fruar in domino refice viſcera mea in Chriſto.

g Confidens in obedientia tua ſcripſi tibi, ſciens quõ & ſuper id quod dico facies.

h Simul et para mihi hoſpitium.

i Nam ſpero per

ctus, ſed magis vt frater chariſſimus in domino. a Talis enim indubie eſt mihi, qui tamen nulla ſpeciali ſocietate illi fueram iũctus, quanto magis erit & tibi qui naturali dictamine, quaſi familiæ tuæ, tuiq; partem aliquam, diligere illũ debes, etiã citra Chriſtianitatis titulũ, atq; meã commendationẽ. b Si ergo me tibi reputes ſociũ aut amicũ, peto vt illum ſicut meipſum benigne in gratiam recipias. c Si autem in vlla re tibi damnũ intulit, ſiue p nequitiam, ſiue per incuriam, ſiue quomodolibet aliter, ego me ſponſorẽ pro illo facio, mihi totũ imputa, ego perſoluã omnia. d Ecce autem (ne quicq̃ dubites) chirographũ tibi trado. Ego Paulus ſcripſi manu ꝓpria. e Vt taceam interim, quod tamẽ cũ veritate dicere poſſum, & audeo, & tu debes agnoſcere ꝙ non ſolum omnia tua, ſed & teipſum mihi debeas, eo ꝙ te ad Chriſtum adduxerim. f Ita frater mi, ita ſane, fac in te oblecter ſancte in domino. Conſolare hac in re modo ſpiritum meũ. g Liberius aliquanto ſcripſi tibi, eo ꝙ optime confidã de promptitudine obedientiæ tuæ, firmiter ſciens quõ ampliora etiam ſis factu rus, q̃ ego præceperim. h Simul autẽ & para mihi cõmodum locum, in quo hoſpitio me recipias, cum cæteris qui fuerint in meo comitatu. i Spero enim

adiutorio precum veſtrarum me liber- tate donandum, atq; vos inuiſurum. a Salutat te Epaphras ille qui ex Coloſ ſenſibus ad me miſſus fue at, tam ſin- gulariter mihi compatiens atq; aſſiſtẽs, vt quaſi ſimul vinctus exiſtimetur, pro nomine Chriſti. Salutant vos Marcus, Ariſtarchus, Demas, & Lucas, coopera tores mei in negotio Euangelij. b Gra tia domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ſpũ veſtro, Amen.

orationes veſtras, do nari me vobis,

a Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu, Marcus Ariſtarchus, Demas, & Lucas, adiutores mei,

b Gratia domini no- ſtri Ieſu Chriſti, cum ſpũ veſtro, Amen.

¶ Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Philemonem Beati Pauli Apoſtoli.

Finit Text⁹ Epiſtolæ ad Philemoni Beati Pauli Apoſtoli.

¶ ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolam ad Hebræos, Beati Pauli Apoſtoli.

PRopter nimiam charitatis latitudinem, non contentus Apoſtolus ſuis Eccleſijs gentium, diuerſas ſcripſiſſe epiſtolas, etiam hanc ad eos qui ex Iudæis ad Chri ſtum fuerant conuerſi, ſententiarum pro funditate & rerum ſoliditate non infimã ſcribere curauit. In qua hoc tanq̃ caput & præcipuum quærit declarare, quemadmodum Chriſtus Ieſus verus & ſummus ſacerdos, finis ſit vniuerſæ legis, q̃ tantum figuras habuit veritatis in Chriſto adimplendæ. Atq; ita: vt per Chriſtum peccatorum remiſſione, cœleſtiſq; regni apertione perfecta, non vltra carnalibus inſiſtant obſeruantijs, ſed ex fide Chriſti ſalutem quærant, neque

frangat eos tribulatio aut perſecutio, quã pro Chriſti nomine ſuſtinent. Et quoniam iuxta auditorum qualitatem ſermo aptandus venit, iccirco apud Iudæos loquẽs, ex ipſorũ hyſtorijs & antiquis legalibus ritibus, plurima demonſtrat. In ipſo itaq; epiſtolæ huius exordio, mox illud proponit Apoſtolus, quemadmodum Deus pater olim per Prophetas patribus loqui & apparere ſolitus, in hac tẽporis plenitudine per filium nobis ſit eloquutus, ſibi coæternum & per omnia coæqualem. Cuius gloriam longe ſuper angelorum dignitatem eminere, ex teſtimonijs diuerſis demonſtrat, quę partim de angelis miniſtris Dei, partim de Chriſto Dei filio faciũt mentionẽ, ſemper tamen ne filio honorificẽtiorem, quã de angelis adminiſtratorijs ſpiritibus. Propter quod ſecundo capitulo, ex Chriſti præcellenti dignitate, arguit multum nobis eſſe obſeruanda, quæ modo ſunt, per Chriſtum primum, deinde & p Apoſtolos prædicata ſigniſq; & prodigijs confirmata. Et ne quis propter carnis fragilitatẽ illũ paruipendat, cui De⁹ futurũ & ſæculũ & omnia ſubiecit, conſequenter declarat, quomodo ſecundum diſpenſationem: aſſumpta humanæ naturæ infirmitas iuxta quam etiam angelis ad tempus minor viſus, nobiſq; fratribus ſuis per omnia fuit aſſimilatus illi ad maximam exaltationem, nobiſq; ad ſummam prouenerit vtilitatem, quoniam propter paſſionem mortis, & ipſe gloria fuit coronatus, & nobis omnibus qui credim⁹ in eum, author ſalutis eſt effectus, dum p mortem deſtructo mortis imperio, nobis factus eſt pontifex fidelis potens in eo ꝙ tentatus fuit, noſtræ quoq; infirmitati auxiliari. In tertio autem capite, velut ad ſequentia quæ de legis inferioritate dicturus eſt, viam faciens, primũ vtriuſq; legis miniſtros, atq; latores confert ad inuicem, CHRISTVM tanquam filium Moyſi ſeruo longe pręponẽs. Propter quod Pſalmi. verbis vtens, exhortatur eos,

vt hodie,id eſt,in hoc tempore nouæ gratiæ, per infidelitatem corda non obfirment, videantque ne cor malum in credulitatis aut apoſtaſiæ a CHRISTO, in eis inueniatur ſed ad perſeuerantiam mutuis ſeſe corroborent, exhortationibus, vetus exemplum adducens increduli populi Iſraelitici, qui propter ſuam infidelitatem occidi in deſerto, & a promiſſa requie prohiberi, apud DEVM promeruit. Quorum exemplo capite quarto, nos quoq; ſollicitos iubet timere, ne quemadmodum illis audiſſe legem ſine fide non profuit, ſic & nobis ſola fidei annunciatio non proficiat, niſi fide quæ per dilectionem operatur, ijs quæ ſunt euangelizata inhæreamus. Declarat autem conſequẽter, quemadmodum exhortatio illa Pſalmiſtę. Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione &c. hoc potiſſimum tẽpus reſpiciat, quando adhuc introitus in requiẽ cœleſtem & ſabbatiſmus perfectus fideles manet, quomodo olim veteres illi ingreſſum in requiẽ terræ promiſſionis corporalẽ expectabant. Ad hancaũt optatiſſimam requiem cœleſtẽ, & perfectum ſabbatiſmum (quem Deus initio creationis rerum in die ſeptimo, in quo requieuit ab omni opere, per hoc ſignificans futuram ſanctorum poſt labores requiem præſignauit, quam requiem Iudæis Ioſue nõ præſtitit, qui in requiem tantum terrenam ſuos inducere potuit) per fidem nos monet viriliter feſtinare ne, quomodo illi, a ſua ſunt requie corporali per incredulitatem priuati, ſic & nobis de noſtra contingat promiſſione cœleſti, quoniam DEVS iudex eſt diſcernens omnia & cuius conſpectui nihil eſt occultum, qui iudicabit de omnibus. Iterumque monet, vt pontificem talem habentes qui cœlos penetrauit, in ipſius confeſſione & fide permaneamus. Et quoniam nobis aſſimilatus per omnia tentatus eſt, abſq; tamen peccato, vt ad ipſius thronũ pro ĩpetran

da gratia, fiducialiter accedamus. Capite vero quinto, ſacerdotis officium (quod eſt offerre dona & ſacrificia pro peccatis populi) quomodo erga nos impleuerit Chriſtus ſacerdos noſter declarat. Qui non a ſemetipſo, ſed a patre miſſus & clarificatus in diebus carnis ſuæ præces & ſupplicationes pro nobis obtulit patri, ac per obedientiã quã patri vſq; ad mortem exhibuit, omnibus nobis cauſa extitit noſtræ ſalutis. De quo ſe dicit grandem ſermonem inſtituere, ſed illis quibus ſcribit, propter vmbrarum in quibus Iudæi verſantur conſuetudinem, non ita facilem, nec ita paucis explicabilem. Propter quod, de Chriſti pontificatu ex veteribus ritibus prolixe in ſequentibus capitulis proſequuturus, primum ſe capite ſexto quædam dicit omittere, quæ ad inſtitutionẽ faciant ſanæ fidei, vt de veritate poſſit ſacerdotij Chriſti, quod præcipue aperire intendit, lati⁹ pertractare. Illud tantum præmonens bonis ad cautelam, & incredulis ad terrorem, quam ſit periculoſa res, ac pene deſperata, eum qui ſemel cæleſtium particeps factus eſt beneficiorum per fidei & ſpiritusſancti acceptionem, poſtmodum p apoſtaſiã corde incredulo ea contẽnere. Cuiuſmodi homines ſub comparatione terrę ſterilis igni æterno tradendos aſſerit, non quaſi male de quoq̃ eorum ſuſpicans, ſed ad cautelam, & vt in bene cœptis charitatis operibus in finem vſq; non ſegnes perſeuerent, quo ſic diuinarum promiſſionum ſecundum patrum exempla, per patiẽtiam fiãt participes. Vbi p occaſionem, Abrahæ factam promiſſionem, iuramento confirmatam commemorat, vt de cœleſtibus bonis nulla nobis, illius promiſſionis veris ſecundum ſpiritum hæredibus, relinqueretur poſt promiſſionem & iuramentum de eius adimpletione hæſitatio. Septimo dehinc capitulo, de Chriſti ſacerdotio proſequẽs, ꝓpoſitũ Chriſtum cum Melchiſedech, tanquam veritatem con-

fert cũ figura. Illudq; poſt alia multa pōderandũ ducit, q̄ p Melchiſedech, Abrahã decimatus fuit, atq; ita quodammodo vniuerſum Iudæorum genus, ipſa etiam progenies tota Leuitica, quæ erat ſecundum legem ſacerdotalis, quæ tum erat in lumbis Abrahæ, cum obuiaret ei Melchiſedech decimas accipiens, & tanquam maior benedicens. Vnde maiorem dicit hunc ſacerdotem (qui in Abraham totum Iſraeliticum populum decimauit) ſacerdotibus legis, qui non niſi a reliquis tribubus Iſrael, decimas accipiunt. Dehinc & conſummatione perfectionis q; ſacerdotij Chriſti, quod nõ ſecundum ordinem Aaron dici poteſt, eo q̄ de tribu Iuda ortus fuerit dominus Ieſus, quæ ſecundum legem ſacerdotalis non erat, pluribus agit rationibus. Tũ quod per ipſum lex vetus euacuetur cum ſacrificijs ſuis, propter infirmitatem. Tum q̄ cum iureiurando in ſcripturis, filio legitur traditum ſuum ſacerdotium. Tum quia eſt ſempiternum, neq; per mortem (quomodo ſacerdotes veteres) accipit ſucceſſorem, propter quod etiam perpetuo viuit ad impellandum pro nobis non habens neceſſe quotidie alias offerre hoſtias, neq; primum pro ſeipſo offerre, cum ipſe talem infirmitatem non habeat, quæ egeat expiari, & ſemel oblata pro nobis hoſtia in ſempiternum ſufficiat, pro dimittendis peccatis noſtris. Octauo vero capitulo, quemadmodum non ſecundum legem ſacerdotium CHRISTI eſt accipiendum, iuxta corporale in tabernaculo miniſterium, ſed quomodo ſecundum ſpiritualem intelligentiam verorum ſanctorum, & illius, tabernaculi quod per mortem ſuam nobis patefecit (hoc eſt templi & regni cœleſtis) ſit miniſter declarat, eiuſq; ſacerdotium, ex legis nouæ Euangelicæ inſtitutione commẽdat, quam Prophetarum teſtimonia multo ante tanquam præcellentiorem venturam in plenitudine temporis prædixerunt, legem antiquando veterem. In

eo autem quod cõſequitur nono capitulo,tabernaculi prio ris ſtatum ac diſpoſitionem deſcribens,ſimulq; ſummi ſacerdotis ingreſſum per corporalis hoſtiæ ſanguinem , omnia ad myſticam refert intelligentiam.Chriſti autem tabernaculum,in quod per ſanguinem ſuum introijt,vbi & modo pro nobis patri aſſiſtit, ex aduerſo velut præcellentius comparat Et quomodo mediator ſit noui teſtamenti,quod in ſanguine ſuo dedicauit,& in mortecõfirmauit ex veteris legis typica per ſanguinẽ animaliũ imolatorũ dedicatione, declarat,ſimulq; & de hoſtiæ ſuæ ſemel facta,ad omnium ſæculorum peccata delenda,oblatione,quando tanquam peccator omnibus apparuit, venturus iterum in tempore ſuo,in gloria patris ſui.Capite vero decimo legis infirmitatem declarans, quæ per ſuas figuras & hoſtias corporales,ſufficiens non erat ad emundationem a peccato, ſacrificium verum placitum D E O ,ex Pſalmi teſtimonio adducit,nempe ſanctum corpus agni immaculati,in quo ſemel pro nobis mortu9 Dei filius,& hoſtia factus ,iam reſidet in dextera patris,accepturus plenum ſuper omnes inimicos ſuos imperium,atq; dominium.Ita vt iam vltra poſt nouæ legis acceptam hoſtiam , veteribus illis oblarionibus , pro peccatis expiandis,nihil ſit opus cum vna iſta ſemel oblata , perpetuo nobis ſufficiat. A quo loco ad exhortationem tranſiens Apoſtolus,ad veram & ſynceram in fide recta perſeuerantiam cum dilectione,hortatur fideles factos iudicij & ingnis æterni pœnam(quæ manet omnes a fide apoſtatantes)in terrorem proponens,ex veteris legis tranſgreſſæ pœna illius vltionem æſtimans,qui ſpiritui ſancto, per ſuam apoſtaſiam iniuriam & contemptum intulerit. Ad conſolationem autem bonorum terribilia illa dimittẽs,propoſitis illorum bonis inicijs,in eo quod & vinctis compaſſi fuiſſent,& ſuorum bonorum rapinam cum gau-

dio in ſpe futurorum ſuſcepiſſent, eos hortatur, vt in patiẽtia perſeuerent & confidentiam non perdant, ne ſubtractionis filij effecti a retributione cœleſti excidentes, incidãt in damnationem. Quoniam vero de fide multa præclara dixerat, Capite vndecimo fidem primum deſcribens, longe deinde ac late per fidelium patrum exempla pertranſiens eam commendat, quę non eſt neceſſe explicare modò per ſingula. Quorum exempla, fideles iubet ſequenti capite, ſollicite quoq; ac diligenter imitari, ſic tamen vt ante omnia CHRISTI aſpiciamus exemplum, quem dum recogitamus confuſione contempta per mortem (quam voluntarie ſuſtinuit) ad patris gloriam aſcendiſſe, corroboramur animo, vt non deficiamus in tribulationibus. Et qm̃ in tribulatiõibus ſatis grauibus agebãt cõuerſi ad Chr̃m Iudæi, dulciſſimã eis conſolationẽ ex verbis ſapientiæ proponit, declarans quemadmodum correptio & diſciplina vtilis admodum ſit, & teſtimonium ꝙ ſimus filij Dei, ꝙq; fructum malum ſit eis allatura, ea quam nunc videtur habere acrimonia. Poſt hæc pacem eos cum omnibus ſequi iubet & diligenter contueri, ne qua inter eos mala peſtis ſurſum germinans cæterorum infectrix exurgat, proponens Eſau in exemplum; qui venditum ius primogenituræ poſtquam ſemel perdidit, amplius recuperare non potuit, ne ſic etiam nobis contingat, ſi oblatam Dei gratiam reſpuamus. Ad quod, noui teſtamenti quod per fidem acceptamus, & nouæ Eccleſiæ, cui per fidem incorporamur dignitatem explicat, pręmiſſoq; terrore in quo lex vetus data fuerat, multomagis nos qui de cœlo demiſſum Dei filiũ nobis nouę legis Euangeliũ loquentẽ audiuimus, ne recuſem⁹ loquẽtẽ cõmonefacit, ſed vt cũ metu & reuerentia ſeruiamus deo. Vltimo tandẽ cap. fraternę charitatis & hoſpitalitatis q̃

Deo vere placet,& miſerorum qui in vinculis pro Chriſti nomine detinētur, eos cōmonefacit. Coniugiū legitimum, honorabile, adulterium deteſtabile prædicat. Auaritiā deteſtatur. In Deo confidētiam ſuadet. Ad præpoſitorum obedietiam & imitationē ſubditos inducit. A doctrinis peregrinis & veritati diſſonis iubet attēdere, & ſe in Dei gratia ſtabilire, potius q̄ in eſcarum obſeruantijs carnalibus. Poſt hæc de altari noſtro, quod eſt Chriſtus, & de immolata extra portam hoſtia noſtra, facit ſermonem, morali intelligentia fideles ad imitationē inuitans. Demum beneficētiæ voluntariæ iterum cōmonefaciēs, eorumq; pro ſe orationes poſtulans, bona illis p̄catus, & excuſatione familiariter poſita, ita nouiſſimam hanc & egregiam terminat Epiſtolam.

Finit Argumentum.

Textus Epiſtolę ad Hebræos Beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM ad Hebræos Beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS, CAP. Primum.

ELVCIDATIO CAPITIS Primi.

a MVltipharie multiſq; modis olim de⁹ loquēs patribus in Prophetis.

b nouiſſie dieb⁹ iſtis.

a DEus pater omnipotens qui in ſæculis p̄teritis diuerſimode, id eſt, varijs modis, maioribus noſtris loqui conſueuerat per Prophetas præcones ſuos, b idem ipſe tandem diebus iſtis

nouiſſimis,quando venit plenitudo tē poris,loqui nobis dignatus eſt per vnigenitum filium ſuum, a quem conſtituit dominum omnis creaturæ, dans ei ſuper omnia poteſtatē, b per quē creauit & ſæcula,id eſt,omnia ſæcularia,ſiue quæ in cœlo, ſiue q̄ in terra. c Qui filius cum ſit ſplendor paternæ gloriæ, & lumen de patris gloria æternaliter ꝓcedens,& imago patri conſubſtantialis patriſq; ſubſtantiam perfecte repræſentans, d regēſq;,mouēs,gubernās,atq; ſuſtētans omnia creata, ſola ſua potēti iuſſione, e peracta peccatorum mundi expiatione per virtutē mortis & paſſionis ſuę. f iam requieſcit glorioſus, & reſidet accepta iudiciaria poteſtate ad dexteram paternæ maieſtatis,in altiſſimis,id eſt in ęqualitate patris:& ſublimitate gloriæ eius, g tanto angelis declaratus atq; demonſtratus præcellētior,quanto nomen illud quod illi pater donauit,& quod ipſe vt hæreditatē ſibi propriam habet,differentius eſt nomine illorum,hoc eſt quanto filij nomē antecellit nomē angelorum. h Nuſq̄ enim in ſcripturis attribuitur angelis filij nomen, quod de Christo legitur in Pſalmo,vbi ex voce patris ad Chriſtū dicitur. i Filius meus es tu mihi coæterternus,coæqualis, & conſubſtantialis, ego te in hoc ipſo qui nunquam deficit

loquutus eſt nobis in filio.

a quem conſtituit hæredem vniuerſorum.

b per quem fecit & ſæcula,

c Qui cum ſit ſplendor gloriæ.

& figura ſubſtantiæ eius.

d portanſq; omnia. verbo virtutis ſuę

e purgationem peccatorum faciens.

f ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis

g tanto melior angelis effectus, quanto differentius prę illis nomen hæreditauit.

h cui enim dixit aliq̄ angelorum.

i Filius meus es tu

ęgo hodie genui te.
a Et rurſum. Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium.
b Et cũ iterũ introducit priogenitũ in orbẽ terræ dicit. Et adorẽt eum oẽs angeli dei.
c Et ad angelos quidem dicit.

d Qui facit angelos ſuos ſpiritus.

e & miniſtros ſuos flammam ignis.

f Ad filium autem, Thronus tuus Deus in ſęculum ſæculi.

g virga ęquitatis, virga regni tui.
h Dilexiſti iuſtitiã & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis.

ęternitatis die, ab æterno genui. a Et alibi. Ego ero illi pater, & ipſe erit mihi verus filius. b Et rurſum alio in loco, cum pater filio tradit omnium quæ in mundo ſunt poteſtatem, ſic eum in orbem terrarum introducens, ita legitur ad angelos de filio dictum. Adorent eũ omnes angeli Dei. c Quantum vero ad angelos, multo aliter ſcriptura loquitur. Nam de angelis in Pſalmis ſic dicit, d quod Deus, ſpiritus quos tam nobiles creauit natura, angelos ſuos ſiue nũcios facit, ad perferendum ſua nuncia. e & ſupremos quoq; ſpirituum, ipſos etiam Seraphin qui ſunt vt flãma ignis facit ſuos miniſtros, qui aſſiſtant coram eo omni tempore, ſicut ſerui in conſpectu domini ſui. f Ad filium autem iterum alibi ſcriptura ita loquitur dicens. Sedes tua regia, maieſtaſq; & poteſtas tua Deus ęterna eſt, g & ſceptrum regni tui eſt in ęquitate, id eſt, in iuſtitia & ęquitate eſt tuum imperium. h Dilexiſti iuſtitiam quærens ſemper quę ſunt placita patri, & odio habuiſti ac fugiſti iniquitatem, atq; propterea Deus pater, Deus (inquam) tuus, ſecundum humanitatis infirmitatem, impleuit te ſpirituſancto, & eius chariſmatibus præcioſis, velut oleo læticiæ ſpiritualis, pluſquam cæteros omnes homines, tuos cohæredes. Cæteris enim ad

menſuram, de plenitudine Chriſti, datur ſpiritusſancti gratia. Filius autem non ad menſuram accepit, in quo ſecũdum omnem plenitudinem ſpiritusſanctus corporaliter inhabitauit. a Et de eius ęternitate atq; imutabilitate alicubi ſic legimus. Tu in principio dñe terrã in ſua firmitate fundaſti, & cœli ſunt opera potentiæ atque virtutis tuę quę creaſti. b Ipſi quidem a ſuo ſtatu in quo nunc exiſtunt, recedent, tu autem idem permanebis, & immutabilis. c & omnes illi veteraſcent, admodum veſtimenti, quod cum vetuſtate ad extremum deuenerit ſtatum durationis ſuæ, innouari oportet. Sic enim & cœli cum vſq; in finem ſtatus huius decurrerint, immutabuntur ad nouitatem gloriæ maioris. d Et ſicut mutari ſolet operimentum, pro veteri nouum aſſumẽdo, ita mutabis eos & inouabis, & ipſi mutabunt inouati. e Tu aũt idẽ prorſus pmanes imutabilis, & duratiõis tuæ nõ erit finis. f Neq; etiã ad vllũ aliqñ angelorũ dictũ legit, quod ad filiũ pater in Pſalm. dicit. Sede a dextris meis, donec ego ſubigã tibi iimicos tuos, quaſi ſcabellũ ſub pedibus tuis, pfecta & oĩmoda ſubiectione. g Imo vero oẽs ãngeli ad miniſtratorij ſpũs ſunt, ad pficiẽdum voluntatẽ Dei, aſſiſtentes illi iugiter. h quorũ plurimi (nẽpe q in inferio

prӕ participib⁹ tuis

a Et, Tu in principio domine terrã fundaſti, & opera manuum tuarũ ſunt cœli.

b Ipſi peribũt tu autẽ permanebis.

c & omnes vt veſtimentum veteraſcent.

d Et velut amictum mutabis eos & mutabuntur.

f Tu aũt idẽ ipſe es, & ãni tui non deficiẽt

f Ad quẽ aũt angelorum dixit aliquando. Sede a dextris meis. quoadusq; ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.

g Nonne omnes ſũt adminiſtratorij ſpũs:

h in miniſteriũ miſſi

ribus ordinibus ſunt)in miniſterium emittũtur,quoties Deo placuerit,ad peragẽdum quęcunq; ille mãdauerit, a ꝓpter ſalutem hominum, qui accepturi ſunt hæreditatẽ ſalutis ęternæ, & ſecundum ſpem hęredes Dei modo exiſtunt.

a propter eos qui hæreditatem capient ſalutis.

TEXTVS, CAP. Secundum.

ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

a Propterea abundãtius oportet obſeruare nos ea quæ audiuimus.

b ne forte perefluam⁹

c Si enim qui ꝑ angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia, accepit iuſtam mercedis retributionem.

d quomodo nos effugiemus ſi tantam neglexerimus ſalutem,

e quæ cum initium

Qa Via vero tam ſublimis eſt ſup angelorum ordines Chriſtus dominus, per quem nobis modo pater loqui dignatus eſt,ob hoc attenti⁹ atq; diligentius nobis cum omni obſeruatione cuſtodienda ſunt,quæ ab ipſo audiuimus, b ne quo pacto contingat ea nobis ſine fructu excidere atq; diffluere. c Nam ſi vetus illa lex quæ ꝑ angelos perſonam Dei repręſentantes data fuit,rata facta fuit & firmæ obligationis,ita vt quiſquis illam pręuaricaretur, faciendo quod illa vetabat, aut quiſquis inobediens exiſteret omittendo quod illa iubebat:iuſtam & codignam acciperet punitionẽ, d quæ ſpes erit euadẽdi vltionem Dei,nobis Chriſtianis hominibus,ſi tantam ſalutẽ tam apte & tam nouo modo propoſitam, negligentia noſtra præterire ſinamus,nec contẽdamus eius per fidem rectã fieri participes? e Quam ſalutẽ cum ince-

piſſet primus prędicare dominus Ieſus apud Iudæos, a poſtmodum tamē ea p prædicationē Apoſtolorum atq; diſcipulorum qui a Chriſto didicerant, ad ad nos vſq; cum firma authoritate fideliter deducta eſt, b Deo cooperante, & ſermonē Apoſtolorum confirmante varijs ſignis in natura, atq; prodigijs monſtroſis, c & varijs virtutum operationibus, atq; ſpirituſſancti diuerſis donis, quæ ſecundum ſuæ voluntatis beneplacitum, quibus vult, & quantū vult diſtribuit. d Dico autem de chriſti excellentia, quod ſcriptura nuſq̄ dicit angelis eſſe ſubiectum orbē terrarum futurum, aut ſęculum ſuperuēturum de quo nunc præcipue ſecundum myſticā intelligentiam ſermonē facimus, quod tamē de Chriſto legimus e Nam ī quodam loco bene noto, teſtimoniū perhibet ille īſignis nulli non optime cognit⁹ Dauid, dicēs f Quid eſt vniuerſum genus humanum, aut hoīm quilibet, vt de nobis tu recogitare digneris? aut quid eſt homo natus de homine, & caro de carne, vt dignum ducas tuis ſingulariſſimis beneficijs & donis nos inuiſere? g Chriſtum hominē factum, etiam infra angelos aliqua ex parte conſtituiſti, carnis illum miſerijs propter hominem ſubijciēs, quem poſtmodum per paſſionem conſummatum, reſuſcitando,

accepiſſet enarrari p dominum.

a abeis quæ audierūt in nos confirmata eſt.

b conteſtante Deo ſignis & portentis.

c & varijs virtutibus & ſpūſſancti diſtributionibus ſecundum ſuam voluntatem.

d Non enim angelis ſubiecit deus orbem terræ futurum de quo loquimur.

e Teſtatus eſt autē in quodam loco quis dicens.

f Quid eſt homo qđ memor es eius, aut filius hominis q̄m viſitas eum.

g Minuiſti eū paulominus ab angelis.

a gloria & honore coronaſti eũ & cõſtituiſti eum ſup opera manuum tuarum.
b Oĩa ſubieciſti ſub pedibus eius.
c In eo enĩ quod omnia ei ſubiecit, nihil dimiſit nõ ſubiectum ei
d Nunc aũt necdũ videmus oĩa ſubiecta ei.
e Eũ autẽ qui modico quam angeli minoratus eſt.

f videmus Ieſum, ꝓpter paſſionẽ mortis gloria & honore coronatum.

g vt gratia dei, pro omnib⁹ guſtaret mortem.
h Decebat enĩ eũ propter quem omnia & per quem omnia.

i qui multos filios in gloriam adduxerat.

k authorem ſalutis eorũ, per paſſionem cõſummari.

a gloria & honore triũphaliter vñquaq; decoraſti, & dediſti ei poteſtatẽ in cõſpectu omnium, ſuper oĩa quę in cœlo ſunt & in terra, b ei⁹ ditioni cũcta pfecte ſubijciẽs. c Atq; in hoc qđ pater filio ſubieciſſe dicitur omnia, nihil excipitur ab eius ſubiectione. d q̃q̃ nunc antenouiſſimi tẽpus iudicij, nõ pfecte videantur adhuc omnia ſubijci, quomodo ſubijciẽtur peracto iudicio. e Illum autẽ ipſum Ieſum, qui aliquantulum infra angelos fuerat humiliatus, propter corporis quas ſuſceperat miſerias f nũc videm⁹ & in fide cernim⁹, propter paſſionis meritũ, magnifica gloria vt victorem honoratum, etiã ſupra angelorum exercitus. g Per paſſionẽ mortis (inquã) vt ex Dei munere & dono, pro omnium ſalute operanda, ipſe ſolus mortẽ experiretur in ſe ſuſcipiẽs h Sic enĩ decebat Deum patrem, per quem vt primum efficiẽs, & propter quem vt finẽ vltimũ oĩa facta fuerant, i qui multos filios adoptiõis erat adducturus, & ab ęterno ſe adducturũ pręordinauerat ad conſortiũ glorię filij ſui naturalis k Decẽs (inquã) erat & conſonũ patris iuſtitiæ: vt ille qui author & cauſa ſalutis futurus erat filijs adoptionis, conſũmaretur & ad perfectum glorię adduceretur cum fratribus ſuis, per mortis paſſionẽ, ſic nimirũ peccata delẽs, quæ

a ſalute huiuſcemodi nos excludebant Neq; enim decens erat, ad ſalutẽ addu ci genus humanũ, donec paternę iuſtitię & maieſtati eſſet pro delictis & inobedientia, a filio (qui ſolus potuit) ſatiſſa ctũ. a Hanc aũt reconciliationẽ conueniẽs erat p filium compleri, quoniam & ipſe qui ſanctificat Chriſtus Dei filius, & qui ſanctificantur per eũ fideles, pariter ex vno ſunt patre, ad quẽ cõgruo ordine filij adoptionis p filium naturæ habẽt adduci. b Atq; ob hoc non erubeſcit, ſed dignatur ipſe Dei naturalis filius, fideles hoïes fratres amicabili nomine appellare, dicẽs in Pſalmis ad patrem. c Prædicabo nomen tuũ, & manifeſtabo hominibus fratribus meis in medio congregationis ſanctorum, velut vnus ex eis, & per eos tanquam mẽbra mea laudabo te. d Et rurſum in Eſaia propheta, Ego ero confidens in Deo quod ſecundum ſimilitudinẽ noſtram loquutus eſt, ſecundum quam ſperare & confidere dici poteſt in patre quẽadmodum & nos in ipſo, vt inferiores & impotentes, cõfidimus atq; ſperam⁹. e Et iterum. Ecce ego ſecundũ voluntatem patris factus homo, & pueri mei quos mihi dedit dñs, in fratres cõſimilis oĩno naturę dedit (inq̃) tã redimẽdos, q̃ poſſidẽdos. f Q̃m ergo pueri Chrĩ cęteri hoïes, iter quos ipe ẽ prio

a Qui enim ſanctificat & qui ſanctificantur, ex vno omnes.

b Propter quam cauſam non confũditur, fratres eos vocare, dicens.

c Nunciabo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ laudabo te.

d Et iterum. Ego ero fidẽns in eum.

e Et iterum. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus.

f Q̃a ergo pueri cõicauerũt carni & ſangui

ni, & ipſe ſimiliter p̱ticipauit eiſdem.

a vt per mortē deſtrueret eum qui habebat mortis imperium, id eſt, diabolum.

b & liberaret eos qui timore mortis p̱ totā vitam obnoxij erant ſeruituti.

c Nuſq̄ enī angelos apprehendit,

ſed ſemen Abrahę apprehendit.

d Vnde debuit p̱ oīa fratribus ſimilari, vt miſericors fieret & fidelis pontifex ad Deum.

e vt rep̄piciaret delicta populi.

f In eo enī in quo paſſus eſt ipſe & tentatus potens eſt & eis qui tentantur auxiliari.

genit⁹, carnem & ſanguinem habent ex quibus conſtant, & ip ſe in eiuſdē naturę ſimilitudine carnē ſimiliter accepit & ſanguinē, eorūq; factus eſt particeps, a vt ſic mortalis fieret nobiſcum, atq; ita p mortem in ſuo corpore voluntarie ſuſceptam, deuinceret mortis imperatorem, id eſt, diabolum, qui per mortem quam inuenerat ſua aſtutia, dominabatur ſup omne genus humanum, b & excuſſo iugo ſeruitutis atq; timore expulſo, liberos faceret eos qui per omnē vitam ſub timore mortis anxij velut ſeruiebant. Cuiuſmodi erant ante Chriſti paſſionem, omnes homines, c Neq; vero in vllo ſcripturæ loco legitur, quod ſpiritualem aut angelicā Deus naturā aſſumpſerit, ſed ex ſemine Abrahæ natus, humanam naturam aſſumpſit. d Vnde debuit in omnibus quæ ad noſtram redemptionem erant accommoda aſſimilari fratribus ſuis, vt eſſet miſericors & fidelis pontifex, in adiuuādo miſeros apud patrem. e & vt placaret in ſimilitudine carnis noſtræ patrem, pro delictis noſtris. f Nam quatenus ipſe eadēq; nobiſcum expertus, potens eſſe cognoſcitur, ad ferendum etiam nobis auxilium, qui adhuc iiſdē miſerijs vexamur.

¶ ELVCIDATIO CAPITIS Tertij.

TEXTVS, CAP. Tertium.

Va Nde fratres ſanctificati p Chriſtũ qui vocationẽ Dei ſupernã ad æterna bona ſuſcepiſtis facti fideles, contẽplemini diligenter & intueamini dominum Ieſum, magnum vtiq; legatum & pontificẽ nobis a Deo deſtinatum, qui nos confeſſionem rectæ fidei noſtræ edocuit, quẽq; ex fide confitemur. b Conſyderate (inq̃, hũc fidelem exiſtentẽ in omnibus patri ſuo qui ipſũ fecit, & hominẽ eſſe, & legatũ, & pontificẽ noſtrũ c quẽadmodum & Moyſes, olĩ in veteris legis adminiſtratione legitur in tota Synagoga, q̃ erat dom⁹ Dei, fuiſſe miniſter fidelis. d Imo vero tanto maiori gloria noſter Chriſt⁹ antecedit Moyſen, quãto ipſius dom⁹ vel ex ipſa domo, maiorem habet gloriam qui eam fabricauit & fecit vt ſuam eo qui tantum vt miniſter in aliena domo ad tempus inhabitat. Talis ſane erat Moyſes ad Chriſtum. Nam hic ſibi populum illum proprium fecerat. Moyſi vero, tantum Synagogæ ad tps adminiſtratio fuerat conceſſa, in qua tanquam aliena, & a Deo non a ſe condita, verſabatur, Chriſt⁹ vero in Eccleſia ſua tanquam domin⁹ in propria domo inhabitat, e Omnis enĩ domus, ab

a Vnde fratres ſancti vocationis cœleſtis participes, conſyderate apoſtolum & pontificem confeſſionis noſtrę Ieſum.

b qui fidelis eſt ei qui fecit eum.

c ſicut & Moyſes in omni domo eius.

d Amplioris enĩ gloriæ iſte prę Moyſe dignus eſt habitus, quã to ampliorem honorẽ habet domus, qui fabricauit illam.

e Oĩs nanq; dom⁹ fa

bricatur ab aliquo.

a qui autem omnia creauit deus.

b Et Moyſes quidem fidelis erat in tota domo ei⁹ tanq̃ famulus.

c In teſtimonium eorum quæ dicenda erant.

d Chriſtus vero tanq̃ filius in domo ſua.

e quę domus ſumus nos.

f ſi fiduciam & gloriã ſpei vſq; ad finem, firmam retineamus.

g Quapropter ſicut dicit ſpiritus ſanctus,

h Hodie ſi vocem ei⁹ audieritis;

aliquo tanquã ab efficiẽte, & ab aliquo tanquã a domino & poſſidente, cõſtruitur. a Deus vero eſt, qui per ſeipſũ creauit oĩa, ſiue vt dñs, ſiue vt efficiens, & ab ipſo fabricata ſunt vniuerſa. Vñ cõſtat, Chriſtũ Dei filiũ in Eccesia vt in ſua domo inhabitare. b Et Moyſes quidem in illa Synagoga legitur fidelis extitiſſe in miniſtrando & famulando, c ad ꝓponendum ea quę dicenda eſſent a domino ad populum, vel reſpondenda a populo ad dominũ. Moyſes enim verba dñi deferebat ad populũ, & populi viciſſim reſpõſa referebat ad dñm, vtrorumq; miniſter & famulus, quemadmodũ ſolent nuncij hinc inde diſcurrere, d Chriſtus vero tanquam filius & hæres, cui⁹ ſunt oĩa quę patris exiſtũt, in ꝓpria domo tanquã dñs inhabitat in Ecclesia, nõ ſeruit vt famulus. e Ad quã domũ pertinemus nos fideles oẽs, ex q̃bus conſtruitur vnitas Eccleſiæ f ſi modo ſpẽ noſtram in qua confidimus & gloriamur, ad finem vſq; pſeueranter teneamus, & nõ declinemus. Alioqui a domo eius alieni efficeremur, nec eſſet nobis pars in eius Eccleſia. g Quapropter libet nunc mihi eiſdem vos ſermonibus compellare, quos olim per Pſalmiſtam loquutus eſt ſpiritus ſanct⁹ h Vos itaq; ſi hodie, inq; hoc tempore quod eſt gratiæ & miſericordiæ, vocẽ

audieritis domini, ſiue exterius ſiue interius docentis, a videte ſollicite, ne obfirmetis affectum voluntatis veſtræ, vt non acquieſcatis verbo domini. b quēadmodum olim fecerunt patres veſtri quando me ad amaritudinem & iracundiam magnam prouocauerunt, in illo tempore cum me tentarent in deſerto, c vbi me tentauerunt, & experti ſunt magnalia operū meorum per quadraginta annos illis manna de cœlo pluentem: & veſtimenta illorum illæſa conſeruantem. d Et quoniam ipſi me tentauerunt exacerbantes, faſtidio mihi fuit & diſplicuit generatio illa exaſperans. & dixi intra me ipſum, atq; etiam ad Moyſen ſeruū meum. e populus iſte non ceſſat ab errore cordis ſui, toties iā eadem repetens murmura. f Ipſi autē non intellexerunt conſilia mea, & ego firmiſſimo decreto ſtatui & iuraui, ex omnibus illis exacerbatorib⁹ non ingreſſurum nec vnum in requiem terræ promiſſionis. Ecce fratres audiſtis duram comminationem, & grauem incredulorum punitionem. g Vos illorum admoniti exemplo diligenter cauēte, ne forte ſit in vllo veſtrum affectus incredulitatis ad apoſtatandum a CHRISTO Deo viuo, eius, fidem deſerendo, in qua iā baptizati eſtis, h ſed mutuis exhortationib⁹ voſiinuicē atq; etiā

a nolite obdurare corda veſtra.

b ſicut in exacerbatiōe ſecūdum diē tentationis in deſerto.

c vbi tentauerunt me patres veſtri', ꝓbauerunt & viderunt opera mea, quadraginta annis.

d propter quod infenſus fui generatiōi huic & dixi

e Semper hi errant corde.

f Ipſi autē non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea: ſi introibunt in requiē meam.

g Videte fratres neqñ ſit in aliquo veſtrū cor malū incredulitatis, diſcedendi a Deo viuo.

h ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies.

voſipſos exhortemini atq; conſolemini, vt nullis tentationibus aut preſſuris, a fide recta iam ſuſcepta contingat abſcedere, a idq; facite nunc dum tempus eſt, q̃diu hic gratiæ dies nobis noĩatur, & offertur: ne obduretur vllius affectus ex vobis qui iam credidiſtis, dæmonis fallacia in peccatum infidelitatis ſeductus. b Iam enim Chriſto per fidem inſiti & vniti ſumus, eiq; ſecundum ſpem cohæredes facti c ſi tamen quod per regenerationem ſpiritualem in eo eſſe cępimus, nempe per fidem noua creatura, in finem vſq; conſtanter teneamus, hoc eſt, ſi in finem vſq; fideles permaneamus vt cœpimus, d donec p̃durat dies ille, de quo per ſpiritũ ſanctum dicitur, Hodie ſi vocem ei⁹ audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in illa exacerbatione. e In tota enim multitudie filiorum Iſrael, fuerũt qui audientes ſermonem Domini, per incredulitatem murmurantes exacerbauerunt dominũ. f Non omnes tamen eiuſmodi extiterunt exacerbatores, qui fuerunt ab ægypto Moyſe duce profecti. g Neque vero ad vniuerſos referri hoc debet, quod dicitur. Quibus offenſus fui quadraginta annis. h ſed ad illos tantum qui murmurando peccauerunt, qui & morte p̃cuſſi ſunt, antequam terrã promiſſionis ingrederẽtur;

a donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.

b Participes em̃ Chři effecti ſumus.

c ſi tamen initiũ ſubſtantiæ eius, vſq; ad finem firmum retineamus.

d dum dicitur: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. quemadmodum in illa exacerbatione.

e Quidam enim audientes exacerbauerunt.

f ſed non vniuerſi q profecti ſunt ab Aegypto, p Moyſen.

g Quibus autem infenſus eſt quadraginta annis?

h Nonne illis qui peccauerunt;

per ſingulos annos, in alieno & nouo ſẽ
per ſanguine, ingreditur in ſancta. a
Alioqui neceſſe fuiſſet, vt ab initio mũ-
di ſæpius mortem iteraret, quum ab ini
tio ſemper delicta præceſſerint. b Nũc
autem iuxta quod veritas habet, in ple
nitudine temporum ſemel ipſe tanquã
hoſtia apparuit, quando ſuo tempore
mortis paſſionem ſuſcepit, c ad deſtru
endum regnum peccati atque diaboli,
hoc eſt, ad tollendum peccata mundi.
d Et quemadmodum omnibus homi-
nibus ex Dei iniunctione, definitione,
atq; ſtatuto incumbit moriendi ſemel
neceſſitas, & poſt mortem ſuum cuiq;
iudicium. e Sic enim in forma peccato
ris apparens, ſeq; exhibens tanquam
hoſtiam pro peccato, ſemel quidem ob
latus eſt quia voluit f adtollendũ pec
cata multorum, omnium (inquam) qui
crediderint in eum, g Poſt hoc autẽ
cum ſecundo manifeſtatus fuerit, ĩ die
vniuerſalis iudicij, tunc apparebit ſan-
ctus ſanctorum, non habens formam
peccatoris, ſed claritatem patris. h Ap
parebit (inquam) ſaluator omnibus, q
modo cum fide & deſyderio expectãt
aduentum illius.

ſex intrat in ſancta per ſingulos annos in ſanguine alieno. a (Alioqui oportebat eum frequenter pati ab origine mundi.)
b Nunc autem ſemel conſummatione ſæculorum.
c ad deſtinationẽ peccati per hoſtiam ſuam apparuit.
d Et quemadmodum ſtatutũ eſt hominibus ſemel mori, poſt hoc autem iudicium,
e ſic & Chriſtus ſemel oblatus eſt.
f ad multorum exhaurienda pecca ta
g ſecundo ſine pecca to apparebit.
h omnibus expectantibus ſe in ſalutem.

ELVCIDATIO CAPITIS Decimi,

TEXTVS, CAP. Decimum.

a Vmbrā enim habēs lex futurorū bonorū

b non ipſam imaginē rerum.

c per ſingulos annos ĳſdē ipſis hoſtĳs quas offerunt indeſinēter, nunq̄ poteſt accendē tes perfectos facere, d Alioquin ceſſaſſent offerri,

e ideo ꝙ nullam haberent vltra conſcientiam peccati, cultores ſemel mundati.

f Sed in ipſis commemoratio peccatorum per ſingulos annos fit

La Ex eni vet⁹ imperfectā admodū habēs tantum repręſentationem bonorum, quę in Eccleſia Chriſti, tēpore nouę legis futura erant, b non ipſā expreſſam veritatis ſimilitudinem (hoc eſt, non ipſam earū rerū veritatē.) b p ſuas hoſtias & victimas, q̄ per ſingulos annos ſine intermiſſione ſemp conſimiles offeruntur nunq̄ poteſt accedentes cultores atq; offerentes perfecte iuſtificare, operando ſcilicet peccatorū remiſſionem. c Nam ſi vllo vnq̄ anno per oblationē vllius hoſtiæ fuiſſet ſemel plene perfecta peccatorū remiſſio, iam ceſſaſſent ab oblationib⁹ iterandis per annos ſequentes, d eo ꝙ non haberent vltra conſcientiam vllius peccati, obſeruatores illi legis ſemel perfecte iuſtificati, quod non virtute illius prioris hoſtiæ poſſet deleri. Si enim per vllam hoſtiam fieret peccati vnius expiatio, eadem ratione omnium peccatorum efficax eſſet operari remiſſionem, quandoquidem infinitæ eſt virtutis, facere peccati purgationem. e Modo aūt in ſacrificĳs legalibus cōſpicimus, quod per ſingulos annos iteret peccatorum confeſſio in die expiatiōis per quod ſignificatur nōdum eſſe ablata peccata mundi, donec illa ceſſetcōfeſſio, & veniat vnica illa perfecta oblatio, quā illorū figurales oblatiōes p̄ten-

debant. a Prorſus enĩ impoſſibile eſt, vt ſanguis mortuorũ animaliũ opereť peccatorũ remiſſionẽ. Peccatorum enĩ remiſſionẽm efficere, ad infinitam ſpe-ctat virtutem, cuius non eſt vllius viuẽtium ſanguis, præterq̃ Chriſti, qui ex verbi coniunctione infinitatem participat huiuſcemodi virtutis b Ideoq; in pſalmis, vbi Chriſt⁹ deſcribitur tanquã in mundum ingrediens, ſic introduciť ad patrem loquens, c Victimas & ob-lationes non requiſiſti ꝓpter ſeipſa, tã-quam ibi finẽ conſtituens, aut quaſi ꝑ ſe tibi eſſent placita (quę nõ requirebã-tur etiam in tempore veteris legis; niſi qnatenus erant figuræ quædam paſſionis & oblatiõis Chriſti.) d At in ſuo tẽpore, quando voluiſti complere illa corporalia ſacrificia, eiſq; finem imponere corpore me circundediſti paſſibili, in quo vſq; ad mortem obediens factus, eſſem tibi placita pro peccatis hoſtia. e Oblationes illæ corporales, ſiue pro peccato offerentur, ſiue pro holocau-ſto, non tibi per ſe placuerunt. f Tunc in tpe q̃ da te fuerat vt homo fierẽ conſtitutũ, dixi, g Ecce ego pater venio in carne, vt offerã tibi placitũ ſacrificium nẽpe vt faciã voluntatẽ tuã, & obediẽſſim etiã vſq; ad mortẽ. h In libro ei vi-tę & diuinę p̃deſtinatiõis, de me p̃de-ſtinatũ eſt & p̃ordinatũ, tanq̃ de primo

a Impoſſibile enĩ eſt ſanguine tãtorum & hircorum auferri peccata.

b Ideo ingrediens mũdum dicit,

c Hoſtiam & oblationem noluiſti,

d corpus autem aptaſti mihi.

e Holocauſtomata, & pro peccato non tibi placuerunt:

b tunc dixi,

f Ecce venio.

g In capite libri ſcriptum eſt de me,

genito & præcipuo inter omnes homi- nes, tanquam in capite libri illius, a vt tuam voluntatem faciendo atq; implẽ- do, etiam vſq; ad mortem, ſic debeam in gloriam tuam introire, qui es ſecun- dum humanitatem Deus meus, b Ecce in his verbis, dum vetera illa legalia ſacrificia velut abijciuntur, & noua ho- ſtia Chriſtus in mundum veniens intro ducitur, c ſatis manifeſte prius illũ ve tus teſtamentum cum ſuis ſacrificijs euacuat, vt confirmetur ſequens nouũ quod de ſola mandat impletione volũ tatis diuinæ, non de legalium oblatiõe d De qua & ſecundum quã patris vo- luntatem, ſemel ſanctificati ſumus, e in virtute oblatione corporis Chriſti, quẽ pro noſtra redemptione mori voluit ita vt denuo per ſingulos annos, hanc ſan ctificationem iterare non ſit opus. f Et quidem ſacerdos ille veteris legis, per ſingulos dies accedit ad altare mi- niſtrandi gratia ſæpiuſq; offerendi con ſimiles ſemper hoſtias. g Quæ quoti enſcunq; offerant, non poſſunt efficere peccatorum expiationem. h Hic ve- ro pro peccatis omnium, poſtquã ſemel vnam obtulit hoſtiam ſui corporis, de- uicta iam morte, in æternum requieſcit in æqualitate gloriæ patris, poteſtate iu dicandi a patre accepta. i Et adhuc venturum expectatur, vt ſubiganturp-

a vt faciã Deus volũ tatem tuam.

b Superius dicens, q̃a hoſtias & oblationes, & holocauſtomata, & pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi q̃ ſecundum legem offe runt, tũc dixi, Ecce ve nio, vt faciã de' volũ tatẽ tuã. c aufer pri- mũ, vt ſequẽs ſtatuat.

d In qua voluntate ſã ctificati ſumus.

e per oblationem cor poris Ieſu Chriſti ſe- mel.

f Et oĩs quidẽ ſacer- dos přeſto eſt quoti- die miniſtrans & eaſ- dem ſæpe offerens ho ſtias,

g quæ nõ poſſũt au- ferre peccata.

h Hic autẽ vnã pro peccatis offerens ho- ſtiam, in ſempiternum ſedet in dextera dei.

i de cætero expectãs donec ponantur ini-

fecta ſubiectione omnes aduerſarij ei⁹ diaboli & eorum miniſtri, tanquam ſcabellum ſub pedes eius. a Vnica enī ſui corporis oblatione, electos ſuos ita perfecte conſummauit, eiſq; tam perfecte prouidit, vt in ſempiternum reſumi opus non eſſet eandem, vel, pro expiandis mundi peccatis oblationem. b Teſtimonium autē perhibet modo in ſcripturis de his, etiam ſpirituſſanctus. c Nam poſt illud quod in Propheta dicitur de nouo teſtamento, hoc eſt teſtamentū quod diſponā illis poſt teēpus legis veteris, dando leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum inſcribendo eas, d poſtea ſubiungit ſpirituſſanctus. Et peccatorum & iniquitatum eorum non recordor vltra, ita vt de nouo aliquam hoſtiam velim exigere, pro expiatione eorum faciēda, e Porro vbi remiſſio facta fuerit, nō erit vltra locus hoſtijs illis legalibus, quæ in figuram offerebantur huius oblationis, per quam facta eſt remiſſio, Fruſtra enim tenetur figura, vbi impleta eſt veritas.

f Proinde fratres qui habemus talem confidentiam & tam liberam, tamque certā fiduciam ingrediendi in cœleſtia ſancta, in virtute ſanguinis Chriſti, g per eam quam nobis parauit viam, & conſecrauit atq; dedicauit nouam, & ad vitam perducentem, h per vela-

mici eius ſcabellum pedum eius.

a Vna enim oblatione conſummauit in ſempiternū ſanctificatos.

b Conteſtatur autem nos & ſpirituſſanctus

c Poſtq̄ enim dixit: Hoc aūt teſtamētum q̄d teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit dominꝰ: dabo leges meas in cordibꝰ eorū, & in mentibus eorū ſuperſcribā eas. d & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius.

e Vbi autem horum remiſſio iam non eſt oblatio pro peccato.

f Habentes itaq; frēs fiduciam ī introitu ſanctorū in ſanguīe Chrī g quam iniciauit nobis viam nouam, & viuentem.

h per velamem, id' eſt carnem ſuam.

a & ſacerdotem magnum ſuper domum dei,

b accedamus cum vero corde in plenitudine fidei,

c aſperſi corde & conſcientia mala,

d & abluti corp⁹ aqua munda,

e teneamus ſpei nr̄æ confeſſionem indeclinabilem.

f Fidelis enim eſt qui repromiſit,

g & conſideremus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum,

h non deſerentes collectionem noſtram, d ſicut conſuetudinis eſt quibuſdam,

i ſed conſolantes,

mentum, id eſt, per corpus ſuum quo velata fuit diuinitas, in quo & mortem ſuſcepit, a pontificemq; vere magnū apud patrem, pro tota Eccleſia ſancta Dei, & pro omnibus qui per fidem ſūt de familia dei, b nihil hæſitantes, accedamus in ſpiritu & veritate potius quā corporeis greſſibus, cū puro erga deū affectu, plenaq; & ſyncera fide, c ſecū dum animam per aſperſionē perq; virtutem ſanguinis Chriſti emūdati a maculis conſcientię. d & ſecundū corp⁹ aqua munda (id eſt, lauachro baptiſmali) abluti, e perſeueremus fortiter ī ſpe illa quā cōfitemur, ſcd̄m fidē nr̄em, ita vt nullo pacto ab ea deflectamus, propter quamlibet vel perſequutionē vel malam perſuaſionē, f Nihil enī hæſitare debemus, qui Deū habemus promiſſorē, ſine dubio fideliſſimum, in omnibus verbis & promiſſis ſuis, g Et diligenter attendamus noſinuicē, vt p proximorū bona exempla quæ conſpicimus, prouocetur in nobis charitas ad ꝑfectum meliorem, & opera bona cōſimilia peragenda, qualia in aliīs conſyderauimus, h nō ſubtrahentes vos ꝑſequutionis metu, aut quacunq; de cauſa a cōmuni fideliū cœtu, i queadmodū apud nōnullos vicioſa eſt cōſuetudo k ſed ꝑmanete in vnū pariter cōgregati, ad cōſolandū exhortādūq; vos in

uicem, contra eas quæ ab hoſtib⁹ fidei ingeruntur vobis tentationes malas. a Et quidem tanto ardentius facere debetis, quanto ad diem mortis, iudicij atq; coronæ vos videritis magis appropinquare. b Si enim poſt acceptam ex fide veritatis notitiam, rurſum deliberatâ voluntate a Deo viuo diſcedentes, in infidelitatis peccatum noſipſos proiecerimus c non eſt quod vllam expectemus aliã pro peccatorũ expiatione hoſtiam, ſi ipſam quæ a patre nobis data eſt ſic abiecerimus. d Sed expectanda eſt & veniet iis qui tales ſunt, terribile illud iudiciũ, et ignis ille ętern⁹ exardeſcens ad vindictã faciendã, contra aduerſarios Dei, e qui infideles eſt combuſtione ſempiterna excruciatur⁹ Neq; id mirum. f Nam quiſquis legẽ Moyſi tranſgreditur, ſi duobus fuerit aut tribus idoneis teſtibus conuictus, ſi ne vlla miſeratione irreuocabiliter occiditur, vbi mortis pœna eſt tranſgreſſioni deputata. g Quãto exiſtimatis maioribus illum & peioribus ſupplicijs dignum fore, qui filiũ Dei ſic turpiter cõtempſerit, h & ſanguinem in quo teſtamentum nouum confirmatum eſt, pollutum duxerit, communem illum reputans, & nihil amplius valere,

a & tanto magis quanto videritis appropinquantem diem,

b Volũtarie enim peccantibus nobis poſt acceptã notitiam veritatis,

c iam non relinquitur pro peccatis hoſtia,

d terribilis autẽ quędam expectatio iudicij, & ignis æmulatio.

e quę conſũptura eſt aduerſarios.

f irritam quis faciens legem Moyſi, ſine vlla miſeratione duob⁹ vel tribus teſtibus moritur.

g quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filiũ dei conculcauerit

h & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit,

ad peccatorum expiationem ,& animarum ſanctificationem,quam ſanguinem aliorum animalium a (in quo tamen ſanguine ſanctificatus fuit per baptiſmum) b & qui ſpiritui ſancto per quem fuit gratia in corde illius diffuſa fecerit contumeliam,illum per infidelitatem a ſe repellendo.Vtiq; vindicabit acrius de eiuſmodi,iuſtus iudex c Scimus enim,quis ſit qui dixit. Mea eſt vltio,& ego ſum qui retribuam,pro omnibus malis, d Et alibi.Iudicabit dominus pro populo ſuo in æquitate,aduerſus omnes malignos perſequentes eos. e Et quidem merito horrere debētomnes atq; ſumme cauere, ne in vindictā iræ diuinæ:atq; potentis vltionis eius, deueniant, imparati ,& in ſufficientes ad reddendum de ſuis operibus rationem.Quo vero efficiamini,ad tolerandа quæcunq; occurrant vel immineant vobis aduerſa,animo conſtantes , perſeuerantes,atq; patientes, f obſecro reducite ad memoriam bona veſtra initia, g quomodo prioribus elapſis diebus,Dei gratia illuminati,pro eius nomine magnum perſequutionum inſultum ſuſtinueritis h Partim quidem in eo quod opprobrijs & contumelijs plurimis affecti, ſpectaculum facti fuiſtis hominibus,ita vt omnes prę admiratione in vos haberent oculos intentos.

a in quo ſāctificat⁹ eſt.

b & ſpiritui gratię cōtumeliam fecerit.

c Scimus enim qui dixit: Mihi vindictā ego retribuam.

d Et iterum: Iudicabit dominus populū ſuum.

e Horrendum eſt incidere in manus dei viuentis.

f Rememoramini autem priſtinos dies.

g in quibus illuminati magnū certamen ſuſtinuiſtis paſſionum.

h & in altero quidem opprobrijs & tribulationibus ſpectaculum facti.

a Partim quidem in eo quod taliter pa tientium ſocij facti eſtis, dum proximo rum veſtrorum mala nõ ſecus atq; ꝓpria, cordi vobis fuerunt. b Nam & vinctis ex cõpaſſione miniſtraſtis, eorũ q; neceſſitatibꝰ pro veſtra facultate ſub ueniſtis, c & ipſi direptionem ſubſtan tiæ veſtræ in gaudio ſpiritꝰ ſuſtinuiſtis d intelligentes & conſyderantes vos habere in ſpe certa meliorem ſubſtantiam, per paſſiones huiuſmodi præſen tis temporis comparandam, quæ per manſura eſt in cœlis, & nunquam auferetur a vobis, e Ne itaq; abijciatis iſtã veſtram confidentiam, quæ magnam habitura eſt, ſi in ea permanſeritis, remunerationem, nempe infinitam & æternam in cœlis, f Vobis enim qui tãtis agitamini perſequutionibus, ante omnia patientia neceſſaria eſt, g vt voluntatem Dei ſic permanenter & perſe ueranter implentes recipiatis hæreditatem vitæ æternæ, repromiſſam perſeuerantibus Non enim diu erit tempus patiendi: h Adhuc enim modicum & aliquantulum reſtat temporis, quando veniet manifeſte qui venturus expectatur, & non longe eſt aduentus eius.

i Interim autem iuſtus per fidem vitam habet ſpiritus, & donec in illa manet, vita gratiæ nunc viuit, poſt ad vitã deducendus ſempiternam. K Quod ſi

a in altero autem ſociȷ taliter conuerſantium effecti.

b Nam & vinctis cõ paſſi eſtis.

c et rapinam bonorũ veſtrorum cũ gaudio ſuſcepiſtis.

d cognoſcentes vos habere meliorem & manentẽ ſubſtantiam

e Nolite itaq; amittere confidẽtiam veſtrã quæ magnã habet remunerationẽ.

f Patientia enim vobis neceſſaria eſt,

g vt voluntatem dei facientes, reportetis promiſſionem.

h Adhuc enim modicum aliquantulumq; q venturus eſt veniet & non tardabit.

i Iuſtus autem meus ex fide viuit.

k Quod ſi ſubſtraxe

rit ſe non placebit aīæ meæ.

a fide receſſerit aut apoſtatauerit, non amplius placebit voluntati meę, neque mihi vltra erit beneplacitum in eo.

b Nos autem non ſimus ſubtractionis filij in perditionem.

b Nos autem chariſſimi qui ſemel xp̄i fidem prompte ſuſcepimus, non efficiamur filij infideles, ſubtrahentes nos a Chriſto, cui ſemel noſipſos dedim⁹, qđ nobis foret in damnationem, c ſed ſimus fideles filij, in fide recta perſeuerātes, vt ſic lucremur & ſaluas faciamus animas noſtras.

c ſed fidei in aquiſitionem animæ.

TEXTVS CAput Vndecimum.

ELVCIDATIO CAPITIS Vndecimi.

a Eſt autem fides, ſperadarum ſubſtantia rerum

QVoniam autem fidei tanta tribuimus, volumus de eius virtute plura quædam latius ſpertractare. Habetur autem fides de rebus futuris quæ ſperātur, illiſq; ſubſtat, ea velut pro obiectis habens, b & ipſa eſt q̄ſi medium per quod illis aſſentimur, q̄ per ſe veritatis nullam habent euidentiam, c Per hanc vero laudabile teſtimonium conſequuti ſunt patres noſtri &dignam ſui reliquerunt memoriam. d Per fidē illi aſſentimur quod ſenſus non capit, & ratio minime perſuadet. e Nempe per verbum Dei vniuerſum mundum creatum, atq; ad perfectionē perductum eſſe, f ita vt ex nihilo, cū nuſquam adhuc quicquam videri poſ-

b argumentū non apparentium.

c In hac enim teſtimonium conſequuti ſunt ſenes

d Fide intelligimus.

e aptata eē ſęcula verbo Dei.

f vt ex inuiſibilib⁹ viſibilia fierent

ſet creatum, fierēt cu ncta hæc quę nūc ſunt oculis ſubiecta, atq; ex incorporeis quę in mente artificis Dei erant idæis, corporea iſta procederēt. a Fecit ī abel primo iuſto fidei deuotio, vt ampliorē atq; potiorē de optimis ſuis offerret p̄ Cayn fratre ſuo oblationē, c ex qua etiā teſtimonium b Deo (qui falſus teſtis eſſe non poteſt) accepit, ꝙ iuſtus eſſet. c in eo ꝙ dominus p ignis abſumptionē, qui ſacrificium Abel conſumpſit, demonſtrauit ſibi grata eſſe munera eius, cum econtrario ad Cayn munera non reſpiceret. d Atq; per hanc fidē, dum innocenter propter deuotionē ſacrificij ſui fuit occiſus etiam poſt mortē clamare phibetur in ſcriptura ſanguis eius. Clamare (inquam) & loqui, ſiue ad Deum pro vindicta, ſiue ad poſteros in exēplum, vt ſciant ab initio innocētes a malis pſequutionem ſuſtinuiſſe, atq; ita in ſuis aduerſitatibus coſolētur. e Per fidem Enoch transferri meruit, vt mortem ſuo tempore iuxta conſuetum hominum terminum non guſtaret ſeruatus in vita f & poſt raptum non eſt inuentus, ne ſecundum corpus quidem, quoniam hinc viuum illum tranſtulerat dominus. Illud autem ex fide huic obtigiſſe patet, g quoniam ante tranſlationē ſcriptura teſtificatur ipſum cum Deo ambulaſſe deoq; placuiſſe.

a Fide plurimam hoſtiā Abel q̄ Cayn obtulit Deo.

b per quam teſtimonium conſequutus eſt, eſſe iuſtus

c teſtimonium perhibente muneribus eius deo.

d & per illam defunctus adhuc loquitur.

e Fide Enoch tranſlatus eſt ne videret mortem,

f & non inueniebatur quia traſtulit illum dominus.

g Ante traſlationē enī teſtimoniū habuit placuiſſe deo.

a Sine fide aũt ipoſſibile eſt placere deo.

b Credere enim oportet accedẽtem ad deũ quia eſt.

c & inquirentibus ſe remunerator ſit.

d Fide, Noe reſponſo accepto de ħs quæ adhuc nõ videbantur metuens.

e aptauit arcã in ſalutem domus ſuæ.

f per quam damnauit mundum.

g & iuſtitię quæ per fidem eſt, hæres eſt inſtitutus.

Atqui, ſine fide impoſſibile eſt Deo placere. a Vnde conſtat illum fidem habuiſſe, per quam Deo placens factus fuit. Dico autem ſine fide neminẽ deo poſſe placere, b quoniam neceſſe eſt omni qui vult accedere ad gratam Dei ſeruitutem, vt primum credat de Deo, ꝙ vnus ſit verus Deus, qui reſpectum habeat humanorum actuum, c Deinde, quod iuxta opera ijs qui ſibi placere ſtudent redditurus ſit optimæ mercedis retributionem in tempore ſuo, iuxta ſecretum conſilium ſapientiæ & ꝓuidentiæ ſuæ curam gerens ſeruorum ſuorum, d Per fidem, Noe admonitus de ijs quorum adhuc nec inicia nec indicia videbantur, quæ poſt multa annorum ſpacia erant futura, credẽs verbo domini, metuenſq; venturum diluuij periculum, e apte compoſuit iuxta ꝑſcriptam formam a Domino, arcam illam per quam ſaluaretur domus eius. f per quam fidem ipſe mundi condẽnauit perfidam, infidelitatem, dum illis nolentibus credere atq; proinde diluuio perditis, ſolus ipſe credidit atq; ſuperſtes permanſit. g & per eandem fidem, hæreditariam etiam accepit ꝓmiſſionem iuſtitiæ fidei, quæ ꝑ Chriſtum erat ventura. Cũ enim omne tũc ſemẽ alienum perijſſet, certificatus eſt de ſuo ſemine naſci debere Chriſtum,

qui in ſuo aduentu mundum per fidem erat iuſtificaturus. a Fide, is quem dominus aucto nomine Abrahã vocauit, vocatus a Deo ad egrediendũ de domo patris ſui, obedientem ſe pręſtitit voci Dei exiens de cognatiõe ſua in locum peregrinum b quem in hæreditatem erat recepturus: ipſe in promiſſionem, & ſemen eius in poſſionem c & quod magis mirandum eſt, cũ ex iret terrã ſuam, neſciebat prorſus quo eum Dominus erat pducturus, d ꝓpter fidem inhabitauit multo tempore in terra ſibi ſuoq; ſemini repromiſſa, tanquam peregrinus & aduena in terra aliena. Cum illic, neq; poſſum pedis in propriam poſſeſſionẽ haberet. e Morabatur (inquam) in mobilibus tabernaculis atque tentorijs. f quemadmodum & Iſaac & Iacob, ad quos eadẽ hæreditatis huius repromiſſio facta fuit. g Spe enim firma cœleſtium bonorum, expectabat ciuitatem illam ſupernam in fundamentis perpetuo conſtabilitã. i. manſionẽ immobilẽ & ſempiternam. h quam ciuitatem condidit, viuis ex lapidibus, ſapiẽtiſſimus artifex Deus i Per fidẽ, idem ipſe Abraham promeruit, vt acciperet Sara (quę ante ſterilis fuerat) virtutem ad concepti ſeminis retẽtionẽ, atq; ita ad fœtus in vtero generationẽ, etiam cum iam eſ

a Fide. qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire.

b quem accepturus erat in hęreditatem.

c & exijt neſciẽs quo iret.

d Fide demoratus eſt in terra repromiſſiõis tanq̃ in aliena,

e in caſulis habitãdo.

f cum Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem.

g Expectabat enim fũdamenta habentem ciuitatem.

h cuius artifex & conditor Deus.

i Fide & ipſa Sara ſterilis.

virtutem in conceptione ſeminis accepit.

etiam præter tempus ætatis.

a quoniam fidelẽ credidit eſſe eum qui repromiſerat.
b Propter quod

& ab vno orti ſũt [& hoc emortuo]
d tanquam ſydera cœli in multitudinem, & ſicut arena quæ eſt ad oram maris, innumerabilis.
e Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti nõ acceptis repromiſſionibus,
d ſed a longe eas aſpicientes & ſalutantes,

e & confitentes quia peregrini & hoſpites ſunt ſuper terram.
f Qui enim hęc dicũt ſignificant ſe patriam inquirere.

g Et ſi quidem ipſius meminiſſent de qua exierunt.

h habebant vtiq; tempus reuertendi,

ſet vetula & tẽpus ætatis minime aptũ conceptioni, a quõ fidelẽ credidit eſſe Deum, qui hoc repromiſerat, daturum videlicet ſe illi filium etiã in tanta ætate b Propter quã fidei magnitudinẽ, diuino operãte miraculo, ab vno Abraham & ipſo quidẽ iam p̃ vetuſtate virib9 (ſecundũ naturæ curſum) ad generãdũ pene defecto d orti ſũt filij plurimi & innumerabiles, velut ſtellæ cœli, aut arenæ granula, quę ſunt in littore maris. c In hac fide mortui ſunt Patriarchę iſti, cum nihil tamẽ in poſſeſſionẽ fuiſſent adhuc conſequuti, ex omnibus q̃ eis Deus repromiſerat, d ſed tantũ per fidẽ credẽtes, velut longe poſt implẽda, aſpiciebant & reuerebantur vẽtura Dei dona, pro eis tanquã pro pręſentibus deo gratias agẽtes, e aſſerẽtes ſup terram ſe non niſi peregrinos & aduenas exiſtere ad aliã meliorẽ patriam tendẽtes f Dũ enim ſe peregrinos fatentur ſup terram, & aduenas ipſo ſermone patẽter indicant, ſe ad aliam (hoc eſt futurã cœleſtem patriam ſuam) tendere g Neq; vero putandum eſt ad hoc illos reſpexiſſe, cum hæc dicerent, quod a ſuorum parentum patria fuiſſent egreſſi, Nam ſi illud exilium, aut peregrinationem talẽ deploraſſent, h potuiſſẽt ſane nullo negocio in ſuam terram facillime reuerti, vnde venerant.

a Sed non iſtud erat, quod peregrinos ſe profitebantur, ſed meliorem terram reſpiciebant nēpe cœleſtem, ad quam ſe feſtinare indicabant. Et quia tanta erga Deum fidei eorum deuotio fuit, dum in hoc mundo viuerent. b Iccirco nūc eos apud poſteros tali dignatur honore, vt ſe voluerit nominari Deum eorum (quemadmodum in ſcripturis frequētiſſime legimus, Deum Abrahã Iſaac, & Iacob. c Ipſe enim cæleſtem parauit eis & immobilē manſionem, in qua cum eo inhabitēt, imperpetuum, c Fides erat, quæ Abrahã cum a Deo tentaretur pro vnigeniti immolatione. promptum fecit animo & voluntate, ad offerendum (iuxta pręceptum dñi) filium ſuum vnigenitum Iſaac. d Illũ inquam filium in quo ei fuerat a domino promiſſa ſeminis ſui multiplicatio, & omnium promiſſorum impletio, e de quo dixerat dominus: Semē qđ ex Iſaac procedet, illud reputabis tuum in quo omnia mea promiſſa ſuo tēpore ſum impleturus. f Nihil tamē hæſitauit, ſciens quod etiam a mortuis potens eſſet eum excitare, ſi, ſic fuiſſet ſibi placitum. g Propter quod. Iſaac filium ſuũ recepit. Abraham (quē ſe pdidiſſe ratus fuerat) in ſimitudinē & figurã Chriſti. Nã oblatio illa Iſaac filij Abra.

a Nunc autem meliorem appetunt, id eſt, cœleſtem.

b Ideo non confunditur De⁹, vocari De⁹ eorum,

c Parauit enim illis ciuitatem.

d Fide, obtulit Abraham Iſaac, cum tentaretur, & vnigenitum offerebat.

e in quo ſuſceperat re promiſſiones,

f ad quem dictum eſt In Iſaac vocabitur tibi ſemen,

g arbitrans quia & a mortuis ſuſcitare potens eſt Deus.

h vnde eum & in parabolam accepit.

figura erat immolationis Chriſti filij pa
trìs dei, a Per fidem, Iſaac ipſe poſt
modum vir factus & ſenex, benedicē
do & in precando filijs ſuis Iacob: &
Eſau bona, de futuris prædixit, quę nō
dum videbat, credens quoniam eſſent
implēda, quæ ei dominus reuelauerat,
b Conſimili fide, Iacob cum morti ap
propinquaret, vtrumq; filium Ioſeph
(maiorem ſcilicet atq; minorem) tanq̃
filios ſui femoris benedixit, c & ado
rauit ad faſtigium ſceptri eius, intelli
gēs venturum Chriſti in hoc mundum
pauperis regnum, quod Ioſeph vēditi
& incarcerati, illud ſceptrum prætēde
bat, d Per fidem: credēs Ioſeph im
plenda eſſe, quæ illi a Deo fuerant re
uelata, cum moreretur, filijs Iſrael con
gregatis, de exitu ipſorum poſt annos
multos prædixit, e & vt oſſa eius tūc
ſecum deferrent præcepit, dicens, Viſi
tabit vos dominus, deferte oſſa mea
vobiſcum. f Per fidem, parētes Moy
ſi, ipſum natum puerum occultauerūt
menſibus tribus, donec diutius celare
ſe poſſe deſperarent, g eo quod vidiſ
ſent infantem aptum & idoneum ad ſa
lutem populi, a domino pręparatum,
Deo, ſic illis in cor imittente, h & non
timuerunt regis imperium, donec cela
re ſe poſſe ſperarent, quem poſtmodū
vbi res latere vltra non potuit, diuinæ

a Fide, & de futuris benedixit Iſaac, Iacob & Eſau.

b Fide, Iacob moriēs ſingulos filiorum Ioſeph benedixit.

c & adorauit: faſtigiū virgæ eius.

d Fide Ioſeph moriens de profectione filiorū Iſrael memoratus eſt.

e de oſſibus ſuis mandauit.

f Fide Moyſes natus, occultatus eſt menſib⁹ tribus a parētibus ſuis.

g eo quod vidiſſent elegantem infantem,

h & non timuerunt regis edictum.

prouidétiæ in ciſtula incluſum, & aquis expoſitum, commiſerunt, & id quidem rurſum per fidem, a Ob fidem ſimiliter vnius veri Dei(q inhabitabat in populo Iſrael) Moyſes poſtq̃ adoleuiſſet, propter zelũ quem erga Deum & populũ Dei habebat Aegyptium trucidãs Hebræum opprimentem. b rennuit eſſe & haberi filius filiæ Pharaonis c Ipſo nimirum hoc facto magis eligẽs cum populo Dei humiliter viuere, & i affectionibus quã voluptatibus ſæcularibus in peccatis frui, qđ in aula pharaonis vtiq; potuiſſet, d maiores diuitias reputãs pro dei honore & zelo improperia & miſeriam ſuſtinere, quam omnes theſauros Aegypti poſſidere. e Aſpiciebat enim in venturam æternitatis retributionem, cuius reſpectus pręſentia illum fecit fortiter contemnere. f Fide poſtmodum dux factus populi Iſrael, poſt cęſa primogenita, Aegyptum egreſſus eſt cum omni turba filiorum Iſrael, g nihil verit⁹ regis pertinacem iracũdiam quam toties fuerat expertus, ne videlicet poſtmodum egreſſos ipſe (vt fecit) perſequeretur, Nihil (inquam) metuit regis illam pertinaciam, h quoniã Deũ inuiſibilẽ protectorem, vſq; adeo certa fide & ſpe expectauit, ac ſi viſibiliter eum præſentem conſpexiſſet, nihil dubitans de eius protectione ad futura. i

a Fide, Moyſes grandis factus,

b negauit ſe eſſe filiũ filiæ Pharaonis, c magis eligens affligi cũ populo dei, q̃ temporalis peccati habere iucunditatem,

d maiores diuitias ęſtimans theſauro Aegyptiorum, improperium Chriſti,

e aſpiciebat enim i remunerationem,

f Fide reliquit Aegytum.

g non veritus animoſitatem regis.

h inuiſibilem enim tã quã videns ſuſtinuit

i Fide celebrauit Paſcha.

Per fidem,ipſe ex dei mandato ſecundum ritus præſcriptos & traditos a deo immolationem agni paſchalis celebrauit cum populo, a & ſanguinem effuſum agni ſuperliniuit in ſuperliminaribus domus,b ne angelus domini tranſiens per Aegyptum occidendo om̄ia primogenita,eis noceret. Erat eni ſanguis ille in ſuperliminarib⁹, in teſtimonium ſecuritatis,quod vbicunq; inuenit angelus percutiens,non illic quenquam percuſſit.c Fide factū eſt, vt mare diuideretur,aquis ex vtraque parte pro muro ſtantibus,quo diuiſo trãſierunt filij Iſrael ſine nocumento , quaſi per ſiccam terram,d quod ipſum cum tentare vellent Aegyptij, redeuntibus aquis omnes operti ſunt,& demerſi in profundo maris.e Fides erat, quę muros Hiericho illos fortiſſimos fecit ſine humana manu concidere, poſtquã diebus ſeptē cum tubis & clamore circuiſſent ſacerdotes domini . f Fides ſaluã fecit Raab meretricem,cæteris infidelibus pereuntibus gladio,eo q̄d excepiſſet exploratores populi Iſrael a Ioſue miſſos pacifice,& credens verbis domini in pace eos dimiſit, nec prodidit ſet quærentibus. g Quorſum autem attinet fidei virtutem in ſingulis cõmemorare? h Nam ſi id tentare voluero per ſingula fidei exempla ; prolixum foret

a & ſanguinis effuſionem

b ne qui vaſtabat primitiua,tangeret eos

c Fide: tranſierūt mare rubrum, tanquam per aridam terram,

d quod experti Aegyptii deuorati ſunt.

e Fide, muri Hiericho corruerūt circuitu dierum ſeptem.

f Fide, Raab meretrix non perijt cū incredulis, excipiēs exploratores cum pace

g Et quid adhuc dicã

h Deficiet enim me tempus enarrantem.

nimis, & epiſtolę modū excederet oratio, vt pote ſi ſigillatim enatrare vellem quæ per fidem geſſerunt iudices iſrael, Gedeon, Baruch, Sampſon, Iephthe, Rex Dauid, Samuel Propheta & iudex populi, cęteriq; ſancti & Prophetę, a Qui omnes per fidem reges, duces, & regna in virtute domini deuicerunt, b operati ſūt iuſtitiā, liberando oppreſſū populum domini, de manibus inimicorum ſuorum, c & per eādē conſequuti ſunt varias & peculiares d deo ꝓmiſſiones, quēadmodum Phinees, ſacerdotij ſempiterni Dauid regni nunquā auferendi, Ezechias, de infirmitate cōualeſcendi, atq; ita in aliijs, e Per fidē leonibus clauſa ſūt ora, vt nihil ſanctis nocerent quemadmodum Danięli in medio leonum datum eſt vt, a nullo contingeretur, g Virtus ignium diuina virtute compreſſa eſt atq; cohabita, ita vt cōburēdi nullā hr̄et ptātē, qđ trib⁹ pueris in camino ignis datū refert hyſtoria h Euaſerunt diuina protectione periculum gladij, quod humana ſubinde via non erat ſperandum, quomodo & Dauid gladiū Saulis, & Machabęi frequēter gētiliū gladios, diuina virtute ſola euaſerunt. i Conualuerunt miraculo nonnulli de infirmitate mortali, vt Ezechias, k In bello diuinitus confortati ſunt, cuiuſmodi erāt Macha

de Gedeon, Baruch, Sampſon, Iephthe, Dauid, Samuel, & ꝓphetis,

a qui per fidem vicerunt regna,

b operati ſunt iuſtitiā

c adepti ſūt repromiſſiones,

d Obturauerunt ora leonum

e extinxerunt impetū ignis,

f effugerunt aciem gladij

Conualuerūt de infirmitate et fortes facti ſunt in bello,

caſtra verterunt exterorum

a accēperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos:
b alij autem diſtenti ſunt.

c non ſuſcipientes redemptionem.

d vt meliorem inuenirent reſurrectionem.
e Alii vero ludibria & verbera experti: inſuper & vincula & carceres

f lapidati ſunt, ſecti ſunt, tentati ſunt, in occiſiōe gladii mortui ſunt,
g Circumierunt i melotis, in pellibus caprinis, egentes, anguſtiati afflicti

h quibus dignus non erat mundus

bæi, a qui etiam alienigenarum gentiū caſtra & exercitus (diuino auxilio innixi, & fide magis quā armis pugnantes) debellarunt, vſq; ad exterminiū. b Fuerūt etiam qui per fidē mortuos filios reſuſcitatos, matribus ſuis reddiderūt, qđ de Helia legimus atq; elizeo. c Fuerunt autem qui propter fidem & cultum verum vnius Dei, Eiuſq; cæremonias & legitima, eo quod nollent ritibus inquinari gentilium, extenti ſunt velut pelles in tympano, & verberibus continuis vſq; dum deficerēt pulſari, d non ſuſcipientes liberationem, quā habere potuiſſent, ſi voluiſſent in illicita conſentire, e eo quod reſurrectionem ſperabant ad vitam immortalem, pro temporalibus afflictionibus accipere, quę longe melior eſt atq; optabilior, quam breuis vitę temporalis redēptio, f Alij vero opprobrijs irriſionibuſq; varijs, inſuper & verberibus affecti ſunt vincula quoq; & carceres horridiſſimos perpeſſi. g Fuerunt nonnulli lapidibus obruti, vt Zacharias propheta. Nonnulli ſecti per mediū vt Eſaias, Tentati ſunt atq; vexati exquiſitis modis, Cōplures gladio occiſi ſūt. h Circuierunt, incertis vagantes ſedibus & profugi, in ouillis pellibus, atq; ēt caprinis, in magna egeſtate, anguſtia, & afflictione conſtituti, h tales viri qua libus mundus non erat dignus, quibus

cœlum magis congruebat, quam terre na habitatio,a Errabant in deſertis lo, cis,profugi a facie perſequentium eos propter iuſtitiam,b In montibus quoq; ad quos confugiebant, & in ſpeluncis atq; cauernis terræ,intra quas deliteſce bant,ad effugiendum rabiem grauiſſi, mę perſequutiõis.c Et hi omnes, licet per fidem laudabile teſtimonium cõſe quuti & probati inuenti,non ſunt tamẽ cõ ſequuti(donec adueniret Chriſtus) ęternę vitę promiſſam poſſeſſionem. d Deo per hoc ſecundum ſuam prouidẽ tiam meliꝰ aliquid pro nobis,hoc ẽ pro nouę legis fidelibus hominibus proſpi ciente atq; intendente,e ne videlicet ſi ne patribus temporis gratiæ:priores il, li patres legis,ad perfectam ęternę vi, tę coronam perducerentur.

a In ſolitudinibꝰ errã tes,

b in montibus & ſpe luncis & in cauernis terræ.

c Et hi omnes teſtimo nio fidei probati,non acceperunt repromiſ ſionem,

d deo ꝑ nobis meliꝰ aliquid prouidente.

e vt nõ ſine nobis cõ ſummarentur

ELVCIDATIO CAPITIS Duodecimi,

TEXTVS CA, put duodecimum.

Cvm itaq; tam copioſam habea, mus fidei noſtrę teſtium multitu dinem,nobis in exemplum ve, lut impoſitam, vt quos imitari debea, mus,qui nobis merito ad fidem & pa tientiam ſufficiant illuminandis,& ani mandis,f ęquum eſt vt abiectio omni concupiſcentium malarum pondere, omniq; peccato quod vndequaq; no, bis,deproximo imminet ſemel abdica to,g curramus deinde viriliter & forti,

a Ideo & nos tantam habentes impoſitã nu bem teſtium,

b deponentes omne pondus & circun, ſtans nos peccatum,

ter agentis,ad certamen fidei quod nobis pro noīe Chriſti modo ꝓponitur, ꝑ patientiā a ſemel ſuſcepta fidem nunq̄ diſcedentes, a mentis oculos fixos tenentes In ieſum Chriſtū,qui eſt noſtrę fidei author & conſūmator,id eſt principium & finis,dator& remunerator,qui datvelle & ꝑficere, b Qui Chriſtus cū potuiſſet vtiq; gaudio ſolo frui,nec neceſſe haberet vllam ꝑpeti miſeriam,voluntarie tamen magis elegit crucē ſuſtinere in exemplum nobis, c neq; propter tātā confuſionē talis ſupplicij mortem omittens ſuſcipere, d atq; ob hoc nunc propter inſignem illam obedientiam,patri adſidet ad dexteram,eidē in gloria & maieſtate æqualis. e Omnino enim hoc vo̕s hortor ac moneo,vt huius exemplū frequenter reuoluatis ī cogitationibus&, ī memoriā reuocetis eum qui talē ſuſtinuit,tanq̄ īſignem ꝑſecutionē aduerſus ſemetipſum à peccatoribus ſcribis & phariſęis,idq; nō ꝑ ſe,ſed pro nobis. f Ad hoc(inq̄)recogitate,vt eius exemplo aīati non defatigemini incertaminibus ꝑſequutionum quas pro eo ſuſtinetis animo deficientes, Nondū enim tāta pro eo paſſi eſtis quanta ꝑ vobis ipſe paſſus eſt , Ille enī ſanguinem effudit pro nobis g Veſtra aut lucta & pugna contra infidelitatem nondum ad ſanguinem vſq; peruenit,

Per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen
b aſpicientes ī authorem fidei & conſummatorem Ieſum,
c qui propoſito ſibi gaudio
ſuſtinuit crucē,
d confuſione contempta,
e atq; in dextra ſedis dei ſedet,
f Recogitate enim eū qui talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſ9 ſemetipſum contradictionem,
g vt non fatigemini, aīs veſtris deficiētes.

neq; mortis torméta adhuc ꝑ eo ſubiiſtis ſed tantum exteriorum bonorum rapinam, & ſimilia. a Et quomodo fieri poſſet, vt tam facile tamq; leui cauſa obliuiſceremini illius paternę conſolationis atq; exhortationis, b qua in ſcripturis paterna voce admonentur filij: qui in tribulationibus probantur, hoc modo, c Fili mi (inquit ſapiens) accepta libenter diſciplinam domini, cũ patientia & gratiarum actione, neq; deficias animo ad impatientiam aut murmurationem, dum ab eo per aduerſitates corriperis, Nõ enim quia te odit, iõ hoc facit, d caſtigat enim & aduerſitatibus exercet, quos diligit ex vero amore. e Imo vero flagellis grauioribus exercet, quos ſibi in peculiares filios ſuſcipit, f Perſeuerate itaq; cum patientia in correptionibus domini, quibus vos ex amore ad veſtrum profectum exerceri ꝑmittit, g Videtis hoc ex loco, quo modo vobis vt filij Deus ſe patrem exhibet, quos ſeueritatis ſuę diſciplina caſtigat. Nam etiam inter homines, non eſt pater verus, nec patris officium recte agit, qui non filium ſuũ (cum expedire nouerit) verbo, atq; etiã verberibus erudit. g Alioqui ſi filium non corripit, pater vere non eſt, ſed proditor, c Itaq; vos ſi abſq; patris ve

a Nondum enim vſq; ad ſanguinem reſtitiſtis, aduerſus peccatum repugnantes

b & obliti eſtis conſolationis

c quę vobis tanquam filijs loquitur, dicens Fili mi, noli negligere diſciplinam domini, neq; fatigeris

d dum ab eo argueris Quẽ enim diligit dominus caſtigat.

e flagellat aũt omnẽ filium quem recipit

f In diſciplina perſeuerate

g Tanquam filiis vobis offert ſe deus.

h Quis enim filius, quẽ nõ corripit pater i qđ ſi extra diſcipli

nam eſtis, cuius parti cipes facti ſunt om- nes, ergo adulteri & non filij eſtis.
a deinde: patres qui- dē carnis noſtræ eru- ditores habuimus,

b & reuerebamur eos

c Non multo magis obtemperabimus pa- tri ſpirituum & viui- mus?

d Et illi quidem in tē pore paucorum die- rum, e ſecundum vo- lūtatem ſuam erudie bant nos,
f Hic autem ad id qđ vtile eſt in recipiendo ſanctificationem ei⁹.

g Omnis autem diſci plina in præſenti qui- dem videtur nō eſſe gaudij, ſed mœroris,
h poſt ea autem fructū pacatiſſimum exerci- tatis per eā reddidit iuſtitiæ,
i Propter quod remiſ ſas manus, & ſoluta genua erigite

ſtri dei diſciplina eſſetis, quā oēs vere filios diximus experiri adulterini certe & nothi eſſetis, de quibus nō ſit ipſi cu ra, nō veri filij & dilecti, a Præterea car nales patres noſtros pro tempore ado- leſcentiæ noſtræ habuimus eruditores & caſtigatores morū noſtrorū, b & nō remurmurabamus eis, etiam caſtigan- tibus nos & verberantibus, neq; inobe dientes eramus illis, imo multo eos affi ciebamus honore & reuerentia. c Mul to ergo magis decens eſt, vt obtempe- remus ſpirituum patri Deo, quo ſic per eius eruditionem ad vitam æternā in- troducamur, Multo eñ magis hoc quā illud eſt rationi conſentaneum. d Illi ei ad modicum tempus, donec adoleſce- remus erudiebant nos: e ad ea potius quæ voluntati ſuæ erant placita, quam noſtræ ſaluti vtilia, f Deus autem, nun quā niſi ad id quod nobis vere eſt vti- liſſimum, Nempe adhoc, vt apti ſimus ad ſuſcipiendum ſanctificationem ei⁹, a qua nos proſpera ſubinde auertunt, g Sane quidē omnis diſciplinaris ꝑ ad uerſa correptio, ipſo quidē tpe donec infligitur triſtitiam infert non gaudium quantum ad ſenſum attinet, h. At ſi in ea patienter quis māſerit, fructū poſtea beatiſſimū vere pacis proferet, atq; iu- ſtitiæ, iis, qui ꝑ eā ita fuerint exercitati, i Propter quod fratres mei, hortor vos

manus veſtras a bene operando p iner tiam non remittere, ſed magis confortare, itemq; genibus nō diſſolui, hoc eſt non deficere per impatiētiam, nec corruere ſub pondere tribulationum, ſed potius ſi forte cœperint diſſolui, per faſtidium, vt erigantur, ad reſumendum aduerſa ſuſtinendi fortitudinem. a Et ſemitas rectas, (non declinando neque ad dextram neq; ad ſiniſtrā) velim pedes veſtros percurrere, b vt prorſ⁹ nemo ex vobis a recto tramite deflectens errando pereat. c. Quin potius volo, vt ſi quis errare cœperit, reſumpto ſpiritu ac viribus, ad priſtinam rectæ ſanæq; fi dei curet redire ſanitatem; d Studete (quantum eſt in vobis) pacem habere cum omnibus hominibus, & puritatis ſanctam mundiciam, ſine qua Deū nemo poteſt, neq; modo per fidē, neq; in futuro ſpeciem videre, quia ſolis corde mundis cōſpicitur. e Hæc, inquam, agite, non tātum pro ſe quiſq;, verumetiā diligenter inuicem attendentes & conſyderantes, ſi forte aliquis omnino ex vobis, in hoc curſu deficiat, deſtituatur q; gratia Dei, ad ſuam infidelitatem rediens, Ne ſic communem. Eccleſiæ veſtræ curſum, & bonum profectū cōmunitatis veſtræ, contingat per aliquē impediri. f Ne qua alicubi radix amaritudinē infidelitatis ſue ſurſum germi

a & greſſus rectos facite pedibus veſtris,

b vt non claudicās erret,

c magis autem ſanet

d Pacem ſequimini cū omnib⁹, & ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit deum,

e Contemplantes ne quis deſit gratiæ dei

f ne q̄ radix amaritu

dinis ſurſum germi-
nans impediat, a & p
illam inquinētur mul
ti,
b Ne quis fornicator
aut prophanus

vt Eſau, qui propter
vnam eſcam vēdidit
primitiua ſua.

d Scitote enim quoni
am & poſtea cupiens
hęreditate benedictio
nem.
e reprobatus eſt

f Non enim inuenit
pœnitentiæ locū, quā
quam cum lachrimis
inquiſiſſet eam

mnans, in alios quoq; eam transfūdat, a atq; ita per illius forſitan vnius mali-ciam inficiantur plurimi, quemadmo-dum modicum fermenti vniuerſā maſ ſam ſuam corruptione inficit, b Cōſy-derātes, ne forte ſit in vobis fornicator vllus aut prophanus, propter tempora lē fœlicitatē a Chriſto ſponſo & ſanctiſ ſimis ei⁹ pollicitationib⁹ diſcedēs, quo rū figuram tenet Eſau, qui primogeni-turę dignitatē, vnius eſcę breui delecta tione vendidit, rem multo digniſſimā & priuilegium c Deo donatū ſingulare tā vili ac tam temporario precio indi-gne commutant. d Illud enim cōſyderā dū q̄d habet ſcriptura geneſis, q̄m poſt modū requirēs recipere a patre benedi ctionē, quaſi ſibi debitā hęreditatē. deo ita diſponente, q̄m ſe indignū fecerat, f merito ab illa p̄cipua primogeniti bn̄ dictione fraudat⁹ eſt. g Non ei potuit peruenire ad talem pœnitentiam q̄ illi ſemel venditum ius reſtituiſſet, q̄q̄ etiā cū eiulatu valido requiſiſſet eā. Ita timē dū eſt & vobis, ſi oblatā mō tā ſacroſan ctā Dei gratiā ob temporales proſperi-tates auerſi fueritis, ne ſimiliter ab æter na vos dignitate irrecup abiliter repel-lamini, ad quā tamē (quātū ex patribus cum ſitis filij Abrahæ) quaſi primoge-niti præcipuæ ius benedictiōis obtinu-ſtis, niſi voſipſos Dei gratia reddatis in

dignos, Longe autem alia eſt hęc noua nouæ legis gratia, quam modo acceſiſtis quam illa prior vet⁹ veteris legis latio. a Non enim modo acceſſiſtis ad ignem ac montem corporalem & palpabilem, ad quam poſſit corporali acceſſu appropinquari & ad caliginoſum turbinem, atq; procellam vētorum, & ſonitum tubarum quæ oia erant in veteris legis latione, & ad vocē terrificā verbis horribilibus reſonantē in terrorem populi audiētis, b ita vt audientes præ timore refugerent auditū eius: dicentes Moyſi, Loquere tu nobis, & non loquatur nobis dominus, ne forte pereamus, c Non enim poterant ferre terrificum ſonitum verborum domini, g & ad terrorem, ex pręcepto domini, etiam beſtia ſi tetigiſſet montem, lapidibus erat obruenda, d & ita erant illic omnia terribilia, quæ videbanť, e adeo vt ipſe quoq; Moyſes ī timore & tremore ſe geſſerit coram domino, exterritum conturbatum & tremebundū ſe in tanta terribilium rerum nouitate, demonſtrans. e Vos autem nouæ legis ſuſceptores, per fidem acceſſiſtis ad montem ſanctum Sion qui eſt Chriſtus dominus, f & ad ſanctā ciuitatem ſupernam Dei viui. Hieruſalem cœleſtem, cuius eſtis ciues in

a Non enim acceſſiſtis ad tractabilem et acceſſibilem ignem, & turbinem & caliginem & procellam, & tubæ ſonum, & vocem verborum,

b quam qui audierūt excuſauerunt ſe, ne eis fieret verbum

c Nō enim portabāt quod dicebant.

d Et ſi beſtia tetigerit montem, lapidabitur

e Et ita terribile erat quod videbatur. f Moyſes dixit exterritus ſum & tremebundus,

g Sed acceſſiſtis ad Sion montem

h & ciuitatem dei viuentis, Hieruſalē cœleſtem,

a & multorum milliũ angelorũ frequẽtiam

b & Eccleſiam primitiuorum qui conſcripti ſunt in cœlis,

c & iudicem omniũ deum,

d & ſpiritus iuſtorum perfectorum

e & teſtamẽti noui mediatorem Ieſum

f & ſanguinis aſperſionem

g melius loquentem quam Abel,

h Videte ne recuſetis loquentem.

i Si enim illi non effugerunt, recuſantes eũ q ſuper terrã loquebatur:

ſcripti, a & ad exercitus angelorum qui ſunt innumerabiles, quibus iam coniũcti eſtis, vt conſerui mereamini dici illorum. b & ad eccleſiam ſanctam a fidei primoribus ſanctis Apoſtolis fundatã & ex ceteris ad fidei gratiam electis cõſtitutam, qui ſuſceperunt intra ſe ſpiritus primitias, quorum nomina ſcripta ſunt in cœlis, ad quos ſunt ab initio prędeſtinati, c & ad Deum iudicem omnium, cui per fidem facti eſtis prope qui eratis longe, d & ad ſpiritus eorum qui in iuſtitia perfectam duxerunt vitã, cũ quibus eãdem expectatis gloriam, e & ad ipſum dei filium dñm Ieſum, p quẽ nouum teſtamentum accepimus, f atq; ad ſanguinem eius, vt eo aſpergamini, eiuſq; efficiamini participes, g qui ſanguis multo melius loquitur ad deũ quã ſanguis Abel, quoniã hic vindictã clamare legitur, ille autẽ miſericordiã & ꝓpiciationem pro omnib⁹ qui fuerint eo aſperſi, h videte fratres ne Deum loquẽtem vobis per filium ſuum de cœlo miſſum, repellatis per infidelitatis inobedientiam. i Si enim in veteri lege non euaſerunt impuniti, qui inobedientes extiterunt Moyſi, ſuper terram eis loquenti & præcipiẽti ex ore domini aut qui inobedientes extiterũt Deo aut angelis ſuper terram corporalibus vocib⁹ & ſignis legem ferentibus, K multoma-

gis non euademus impuniti nos Chriſti fideles, ſi deum patrē qui nobis modo per filium ſuum de cœlis demiſſum atq; ipſum ēt Chriſtum, qui nobis poſt aſcenſionē permiſſum cęlitus ſpiritum ſanctum ſuū eſt loquutus: auerſati fuerimus per infidelitatem noſtram. a Cuius dei vox, tunc quidem cum legē ferret veterem, ſemel commouit terrā, & fecit eam tremere, conturbauitq; eam, Quantum vero ad hoc tēpus venturū promittit: apud prophetam dicēs. Veniet tempus quod a me ordinatum eſt, quando non ſolum terram, ſed etiā cœlum ipſum commouebo. Quod ſine dubio impletum eſt, nouę legis tempore, quando cœli aperti ſunt, & oīa tam cœleſtia q̄ terreſtria in ſanguine Chriſti reſtaurata. b Quod autē dicit adhuc ſemel videtur aliud tēpus deſignare, quo transferenda erūt mobilia omnia tanq̄ temporaria & ſuo tpe mutanda, c vt his ſublatis ſuccedant quæ ſunt immobilia permanſura, & non ad vllā mutationē facta, Quemadmodum verbi gratia nouæ legis tēpore, cuncta veteris legis temporalia ſacramenta, cæremoniæ, atq; iudicia, in perpetuo manſura nouæ gratiæ myſteria commutata ſunt, & ſuo tempore omnium generabilium & corruptibilium fiet aſſumptio vt ſola illa permaneant quæ ſunt ineter

a multo magis nos q̄ de cœlis loquentem nobis auertimus,

b cui' vox mouit terram tunc,

c nunc autem repromittit dicens, Adhuc ſemel & ego mouebo non ſolum terram ſed & cœlum.

d Quod autem adhuc ſemel dicit, declarat mobilium tranſlationē tanquam factorum,

c vt maneant ea quæ ſunt immobilia,

a Itaq; regnum Imobile ſuſcipientes.

b habemus gratiā per quam ſeruiamus placentes Deo cum metu & reuerentia,

c etenim deus noſter ignis cōſumens eſt.

num permāſura. a Nos itaq; iuxta qđ offertur nobis, immutabile illud & ęternū regnū cū omni gratiarū actione per fidem ſuſcipientes, contendamus Deo gratā ducere vitam, b vt illi ſimus grati, eiuſq; gratiā accipiamus ampliorē, p quā ita ſeruiamus vt placere valeamus Deo, cū filiali metu & omni reuerentia. c Scientes quoniam De⁹ noſter cui ſeruimus, ipſe terribilis eſt, & velut ignis conſumens aduerſarios, potēs ad vltionem oīm qui modo non timent nomē eius.

TEXTVS CAput decimumtertiū.

ELVCIDATIO CAPITIS Decimitertij.

a Charitas fraternitatis maneat in vobis. b Et hoſpitalitatem nolite obliuiſci, c Per hanc enim placuerūt quidā angelis hoſpitio receptis. d memētote vinctorū tanq̄ ſimul vincti,

e & laborantium, tā quam & ipſi in corpore morantes

f Honorabile cōnubium in omnibus & thorus immoculatus

IN charitate fraterna pſeuerate, h & hoſpitalitatis, ac miſericordiæ cętera opera ne intermittatis, b Per hanc enim veteris teſtamenti patres nō nulli Deo placuerunt hoſpitio recipiētes angelos, quos hoīes eē exiſtimabāt c Memores eſtote ad exhibendā miſericordiam eorum qui pro Chriſti nomine vincti ſunt, quaſi & ipſi cum eis pariter vincti eſſetis, d & eorū qui pro Chriſti nomine mala patiuntur, tanq̄ qui ſimul etiā ī corpore adhuc miſero cōmoram ni, ſcientes etiam vobis eadē poſſe obtingere, in quibus illi affliguntur. e Per oīa prorſus honorabile & ſanctum eſt coniugiū legitimū, & thorus eorum qui vero ſunt adinuicē cōiuglo copula

ti, eſt ſine macula peccati, vbi coniuga li modo ſibijnuicē fuerint ſociati. a Fornicatores vero qui extra cōiugium legitimū ſibi jnuicem copulant, & adulteros qui ſuis cōiugib⁹ abiectis aliis cōmiſcētur, Deus ſupplicijs æternis condēnabit. b Vita veſtra, omnis auaritiæ ſit expers, & contenti eſtote ijs quæ dñs dederit, ſine ſuperflua accumulandi ſollicitudine. Nec eni eſt qđ ſuperfluis curis diſtringamur, c quoniā Deus ipſe eſt, q̄ dixit ad Ioſue & ad ſingulos iuſtorum Nō (inquit) te deſerā, neq; aliquādo derelinquā, ſed adero tibi ſemper in oīb⁹ neceſſitatibus tuis bon⁹ prouiſor. d Ita vt audacter nobis liceat dicere, quod in Pſalmo loquit Dauid, e Dominū ſi habuero adiutorē, non timebo quid mihi poſſit inferre aduerſi, q̄cūq; virtus inferior. f Præfectos vobis ad memoriā ſedulo reuocate, qui prædicauerunt vobis Euāgeliū Chriſti, g quorū ego vos hortor imitari fidē, diligēter cōſiderato exitu conuerſationis eorū, vt illorū quā in finē vſq; tenuerūt perſeuerātiā imitemini, h Ieſus Chriſt⁹ ab initio erat, qui mō eſt, & erit quoq; in ſęcula. Ecce hoc ē fūdamētū ſyncerę oīs fideliſq; doctrinæ, i doctris aūt varijs q̄ p diuerſitate authorū diuerſę cōfingūt, nō cōſentiētib⁹ cū vnitate catholicę fidei, et q̄ a veritate ſunt extraneę, nolitę abduci a fidei ſemel ſuſceptæ rectitudine, K Mul

a Fornicatores et & adulteros iudicabit Deus,

b Sint mores ſine auaritia, contenti præſentibus,

c Ipſe enim dixit. Nō te deſeram neq; derelinquam

d Ita vt confidenter dicamus,

e Dominus mihi adiutor, non timebo qđ faciat mihi homo

f Mementote præpoſitorū vſorū. q vobis loquuti ſūt verbū dei,

g quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidem,

h Ieſus Chriſt⁹ heri et hodie, ipſe & i ſæcula

i doctris varijs et peregrinis nolite abduci.

K Optimum eſt enim gratia ſtabilire cor.

to eni preſtantius eſt & ſalubrius, vt cor dis noſtri fiduciã confirmemus & cõſta biliamus in gratia Dei, per quam verã iu ſtificationẽ & redemptionem conſequuti ſumus, a quã ineſcarũ legalibus obſeruantes, quæ non potuerunt ſuos obſeruatores iuſtos facere, apud Deum, b Nos Chriſtiani altare habemus ſpirituale & verũ (cuius vetus altare figura erat) Chriſtum dominum, c de quo manducandi ius non habẽt, id eſt, in quo partẽ nõ habent, leuitæ veteris tabernaculi miniſtri, ſed qui i Chriſtum credunt quilibet fideles. d Conſiderate aũt ꝙ in veteri obſeruatiõe illorũ aĩalium carnes extra caſtra cremabãtur, quorum ſanguis erat per põtificẽ inferendus infeſto expiationis ĩtra ſãcta ſctõrum, pro peccatis populi. e Secundum quã figurã, ad eius ĩpletionem Chriſtus oĩm figurarum finis & veritas, vt per ſuũ ſanguinem patri oblatum ſanctificaret populũ ſuum a peccatis, extra portam pati voluit. f Quæ res (ſi ad mores eã trahamus) hortatur nos poſt Chriſtum extra huius mundi caſtra exire, ad ignominiam & paupertatem crucis volũtarie ãplexãdã. g Non enim hoc ĩ mundo ꝑmãſurã mãſionem quiſꝗ hominum habet, ſed ſtabilem mãſionem ĩ futuro ſeculo expectamus. h Per ipſũ ergo Chriſtum per quẽ nobis proceſſerunt oĩa gratiæ bona, de quib⁹ hactenus diximus, i

a non ſcis quæ non profuerunt ambulantibus in eis,

b Habemus altare

c de quo edere nõ habent poteſtatem qui tabernaculo deſeruiunt.

d Quorum enim animalium infertur ſanguis pro peccato in ſãcta per põtiſicem, horum corpora cremantur extra caſtra.

e Propter quod & Ieſus vt ſanctificaret ꝑ ſuum ſanguinem populum, extra portam paſſus eſt.

f Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperiũ ei⁹ portantes,

g Non enim habem⁹ hic manentem ciuitatem, ſed futuram inquirimus.

h per ipſum ergo

i offeramus hoſtiam laudis ſemper deo, id

Deo patri laudem offeram⁹ pro accep tiſſimis hoſtijs, videlicet fidei fructũ bonum Deo confidendo & gratias agendo per labia noſtra. a A bene faciendo vero indigentibus & miſericordię operibus miſeris cõmunicando ne deſiſtatis, b Neq; eni vllis hoſtis ita Deum nobis ꝓmereri poſſumus, vt per huiuſmodi miſericordiæ opera, neq; ſacrificiũ aliud ei gratius poteſt offerri. c obedite hijs qui vobis ſunt prępoſiti, & volũtarie ſubiecti eſtote illis, ex animo quoniam ipſi attentiſſime vobis inuigilant, pro veſtra ſalute, tanquam qui ſũt coram iuſto iudice ꝓ animabus veſtris rationem reddituri. d Iccirco iuſtum eſt vos illis benigne ſubiectos eſſe, vt tantũ ſibi impoſitum onus gaudenter ferant, cum vos viderint ad obediendum aĩo prõptos, & non cum doloribus atq; ſuſpirijs, ꝙ ſolet fieri, cum recta ſibi præcipientibus viderint non obtẽperari. e Nequaquam enim vobis hoc expedit, vt illorum onus per ſe alioqui grauiſſimum veſtra in obedientia ãpli⁹ aggrauetis. f Fratres orate pro nobis ſperamus enim coram Deo nos bona eſſe voluntate cupientes in omnibus recte ſecundum veritatem Euangelij ſine offẽſione connuerſari, quanquam ſunt qui forſitam mihi detrahentes, falſo me vt legis inimicum apud vos deferãt, g At

offeramus hoſtiã laudis ſemper ideo id. eſt fructum labiorum confitentium nõi ei⁹ a Beneficentiæ autem & communicationis nolite obliuiſci b Talibus eni hoſtiis promeretur deus,

c Obedite prępoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim peruigilant quaſi rationẽ pro animabus veſtris reddituri,

d vt cum gaudio hoc faciant & non gemẽtes,

e Hoc enim non expedit vobis.

f Orate ꝓ nobis, Cõfidimus enim quia bonam conſcientiam habemus, in omnib⁹ bñ volentes conuerſari,

vos hoc facere, quo ceterius reſtituat vobis.
a Deus autem pacis, q eduxit de mortuis paſtorem magnum ouiũ in ſanguine teſtamenti æterni dominum noſtrum ieſum Chriſtũ,
b aptet vos in oĩ bono vt faciatis ei⁹ voluntatem,
c faciẽs in vobis quod placeat coram ſe p Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria in ſęcula ſæculorum, Amen,
d Rogo autẽ vos fratres, vt ſuffceratis verbum ſolatiĩ,
e Etenim ꝑpaucis ſcripſi vob.s.
f Cognoſcite fratrem noſtrum Timotheum dimiſſum
g cumquo (ſi celerius venerit) videbo vos.
h Salutate oẽs prępoſitos veſtros, & omes ſanctos
i Salutant vos de italia fratres. K Gratia cum oĩbus vobis, Amen.
¶ Finit Textus Epiſtolę ad Hebræos Beati Pauli Apoſtoli.

q; eo magis hoc obſecro, vt quantotius ſecundum Dei voluntatem, iuxta propoſitum, poſſim venire ad vos, a Deus autem pacis qui ſuſcitauit ex morte Ieſum paſtore ſummum fideliũ ouiũ, per ſanguinem teſtamenti noui & æterni, b vos perficiat in omni bono. vt ſemper eius impleatis in omnibus voluntatem c faciens de vobis quicquid fuerit placitum ante conſpectum ſuum, per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria in ſæcula ſeculorum, Amen, d Rogo autem vos fratres, ne ægre tuleritis epiſtolam hanc quam ad ſolatium veſtrum conſcripſi, e & quidem breuibus quantum ad affectus mei erga vos magnitudinẽ, materiæ multitudinem f Scire vos volo Timotheum fratrem noſtrum modo dimiſſum, hactenus detentum ſiue impeditum, quo minus venire potuerit, g cum quo, ſi celerius venerit vt expecto, ſpero me quantotius venturum ad vos. h Salutate omnes prępoſitos veſtros, & vniuerſos fideles. i Salutant vos fratres qui ſunt de italia nobiſcum k Gratia cum omnibus vobis, Amen.

¶ Finit Elucidatio in Epiſtolã ad Hebręos Beati Pauli Apoſtoli,

¶ARGVMENTORVM ELVCIDATORIVM IN Epiſtolam Canonicam Beati Iacobi Apoſtoli

AD eos qui ex iudæis crediderāt, ob perſequutionis rabiem et Chriſti nominis prædicationē per diuerſa loca diſperſos, beatus Iacobus Apoſtolus, Hyeroſolymitanę Eccleſiæ Epiſcopus, cōſolatoriam & moralem hanc ſcribit epiſtolam, in qua, poſt ſalutationem ſtatim eos ad gaudēdum in tribulationibus, patientiā exercitātibus & fidei probationē operantibus inducit, Dehinc veræ ſapientiæ indigos, vnde & quomodo poſtulare debeant, edocet, nimirum a Deo, & confidenter abſq; hæſitationis diffidentia. Gloriari quoq; & gaudere vult etiam abiectos Chriſtianorum, in ſuperuentura glorificatione ſua, diuitibus in ſæculari gloria (in modū vaporis mox diſparitura) prohibens gloriari. Patientes autē in tribulationibus beatos prædicat, & coronādos pro ſua ſuſtinentia affirmat, Deinde ne quis in deum (vt fere ſolēt carnales homines) peccatum ſuū referat, quaſi id ſe quenq̄ peccare cogat aut inuitet, prohibet, diligenter demonſtrās, quo modo peccati tam initiū q̄ conſummatio a noſtri eſt ſenſualis affectus corruptione, qui primo a bono nos abſtrahēs, niſi mox fuerit ſupp̄ſſa eius mala ſuggeſtio vt non pariat mortē cōtinuo generat, Oīs autem boni quod in nobis eſt cauſā & primordialem originē eſſe, Deū patrē luminū, nulli mutationi ſubiectum, qui nos ſingulariſſimo beneficio p verbū ſuum, voluntarie & creauit & recreauit, in gloriā ſuā. Poſt hoc moraliter loquens, loquacitatē et irā deteſtatus, magis auditionem bonā ſuadet, & manſuetudinem, in qua ſancti Euāgelij verbū fructificet, & vt magis verbi factores q̄ auditores ſeſe exhibere ſtudeāt, eū q̇ tm̄ audit et nō opaт̄ cōparās cum eo q ſe in ſpeculo tm̄ cōtēplaт̄, nihil ad emundationē faciēs

macularum, Atq; in fine, ad religionem veram neceſſariam eſſe linguæ refrenationem docet, et in quo ſit vera religio demonſtrat, Atq; hæc quidem capitulo primo, In .ij. autem, cōtra perſonarum acceptionem, diuitumq; ſolorum cum pauperum contemptu nimiam & ſæcularem honorationem, ꝓlixius agit & feruenter, nolens in hoc mūdo contemni pauperes, quos in ſua vocatione & ſalute Deus habet præcipuos, Cum econtrario diuites & potentes potiſſimum ſint, hi qui perſequutionem fidelibus inferunt, & ſimpliciores opprimunt. Docet autem vnius præcepti trāſgreſſione legis obſeruationem infringi, & cum vnus ſit qui omnia ſimul dedit præcepta, qui in vno aliquo offendi modo quodam in omnibus reum fieri, Propter quod nunc eos monet, ſecūdū legem libertatis, ſecundum quam erunt iudicandi, vitam inſtituere & ante omnia miſericordiam facere vt queant in iudicio nouiſſimo miſericordiam inuenire, que illis tunc negabit, qui nūc immiſericordes fuerint pauperū contemptores. Et ne quis de mortua fide ſibi blandiatur, declarat fidem ſine operibus ad ſalutem nō ꝓficere, idq; ſimilitudine ex pauperum indigentia ſolo verbo non reuelata ratione & demonū fide ad ſalutē inualida, & exemplo Abrahæ filiū ſuum ſcd̄m animi promptitudinem offerentis ac raab meretricis, ꝓpter fidem dei exploratores Ioſue abſcondētis, Capite vero .iij. ambitionem ad magiſteria ꝓpter periculū grauioris iudicij deteſtatus, ad id quod prius cœperat de lingua refrenanda reuertit̃, & multa quidem de linguæ domatione, p varias rerū naturaliū cōpatiōes, tā bonū de bn̄ domita, q̄ malū de male domita late differit. In fine aūt verā ſapiam ex bona & diſciplinata cōuerſatione a falſa diſcernit, duplicē ſapientiam cœleſtē & terrenā, ex aduerſo diſtinguēs, & contrarijs conditionibus deſcrbens, Quarto dehinc capitulo poſt litium & pugnarum radicē ex cōcupiſcētia mala deſcriptā, a

ſęculi hui⁹ amore & amicitia dehortaẗ. Magis aũt vt cũ deo amicitiam ineant ſuperbia ſæculi relicta eos monet p humilitatem Deo ſubditos fieri, ac pœnitentiam agendo ei appropinquare, detractiones damnãs, & vna iudicia, ſimul & prauam illam loquendi conſuetudinem corrigens, qua plurimi de futuris loquunẗ euentibus ſic de finite, quaſi in manu ſua habeant temporum momenta, cum ex Dei placito omnia pẽdeant, propter quod in loquendo de iis quæ in futurum proponimus, adiiciendam conſulit moderatiuam particulam, ſi dominus voluerit aut ſimilem aliquam. Vltimo autem capitulo, aduerſus diuites ſæculi in auaritia detinentes vnde ſuſtentandi erant pauperes, & aduerſus iniuſtos mercenariorum ſuorum fraudatores, cum terrore exclamat: eos vero q patiuntur, patientes eſſe monet vſq; in aduentum domini, agricolæ exemplo, & non aduerſus ſuos oppreſſores cum amaritudine & odio ingemiſcere, exempla Prophetarũ, & nominatim beati Iob, eis ad conſolationem proponẽs, Poſt quæ, a iuramento fideles dehortans, infirmis ſanctam preſbyterorum vnctionem ordinans, & mutuam peccatorum confeſſionem præſcribens, & ad orandum pro inuicem exhortans, orationiſq; virtutem & efficatiam per Heliam deſcribens, fructumq; reducentium erranter ad viam rectam aperiens, ita terminat plenam ſanctis eruditionibus Catholicam ſuam Epiſtolam.

¶ Finit argumentum.

TEXTVS EPIſtolæ Canonicæ Beati Iacobi Apoſtoli,

TEXTVS Caput Primum

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM Canonicam Beati Iacobi Apoſtoli.

ELVCIDATIO CAPITIS, Primi.

Ia Acobus dei & domini noſtri ieſu Chriſti ſeru9, duodecim tribubus q̃ ſunt in diſperſione ſalutem.

b Omne gaudiũ exiſtimate fratres, mei, cum intentationes varias incideritis

c ſcientes q̧ ꝓbatio fi dei veſtræ patientiam operatur.

d Patientia autem op9 perfectum habet,

e vt ſitis perfecti & integri ĩ nullo deficiẽtes

f Si quis autem veſtrũ indiget ſapientia, poſtſtulet a deo,

Ia Acob9 ſeru9 Dei patris & dñi nři Ieſu Chriſti, ſcribit ſalutemq; dicit conuerſis ex duodecim tribubus Iſrael, qui ſunt ob perſequentiũ rabiem per varia loca diſperſi, b Pro ſummo & vero gaudio ducite fratres, varijs affligi tribulationibus, quæ ad ꝓbationem Deo diſponente ac ꝑmittente vobis adueniunt. c Cõſiderãtes diligenter, q̧ iſta per aduerſa fidei veſtræ probatio, exercitat vos ad patientiam. d Patientiã vero nemo parui æſtimet quoniam ipſa perfectum habet virtutis op9, & totam virtutum ſtructuram, cõſummat, perficit, atq; conſeruat. e Ita vt per hanc perfecti ſitis futuri & itegri in nullo bono indigentiam paſſuri. f Quod ſi quis eſt ex vobis, cui vt ſapiẽtiæ indigo non ſapiunt iſta quę Dei ſũt poſtulet a Deo intelligentiam & ſap

entiam. a qui omnibus recte petenti bus, ſine auaritia dat copioſe & liberaliter, neq; hominum more poſt donationem improperat, & dabitur ei quantum opus erit. b Vt autem ſuę petitionis conſequatur effectum, illud videat vt in fide poſtulet nihil addubitans. c Qui enim hęſitans orat dominum, ꝓpter inſtabilitatē ſpei ſuæ cōparandus venit fluctui maris, qui ab omni vento nunc huc nunc illuc ſine ordine agitatur. d Talis igiꝭ cū ſit ille ꝙ diffidēter petit, nō eſt qđ ſperet quicquā a Deo tali poſtulatiōe cōſequi. e Quiſquis nōē in vno fixus aī ꝓpoſito, cuiuſmōi eſt qui ſe duobus dn̄is putat poſſe ſeruire, inconſtans eſt & inſtabilis in omnibus operibus ſuis f Gaudeant vero & glorientur pauperes, & deſpectiores qui ſunt Chriſtiani, in conſideratione ſublimitatis ſuæ, in qua exaltabuntur in futura vita æterna, vt non propter ſuę humilitatis abiectionem deijciantur animo, ſed futurorum conſyderatione bonorum, magis in ſpe ventura erigant animum. g Diuites autem qui nunc florent quantum ad ſæculum, ita glorientur & gaudeant vt ſemper quę ſunt humilitatis & infirmitatis ſuæ magis conſyderent, vt non nimiū exaltētur i ſemetipſis. h Ve

a qui dat omnibus affluēter, et nō improperat, & dabitur ei.

b Poſtulet aūt in fide, nihil hæſitans,

c Qui enim hęſitat ſimilis eſt fluctui maris qui a vento mouetur & circunfertur,

d Non ergo exiſtimet homo ille, ꝙ recipiat aliquid a domino.

e Vir duplex animo. inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis.

f Glorietur autem frater humilis in exultatione ſua,

g Diues autem in humilitate ſua.

h Quoniam ſicut ſlos fœni tranſibit.

re enim vilis res eſt omnis gloria diuitũ
Nam ſicut flos graminis non diu ſubſi
ſtit, ita tranſibit diuitiarum iſta tempo⸗
ralis gloria, a Statim vbi ſol cœperit ę⸗
ſtuare, arefaciet gramen & flos pariter
marcidus decidet, & omnis decor aſpe
ctus illius ſubito deperibit, b ită & diui
tis floridus qui videtur ornatus, breui
deperibit. c Beatus eſt qui perſequu⸗
tiones & aduerſitates quæ ad tentatio
nem a Deo ſuper bonos permittunt ſu
ſtinet cum patientia, d quoniam ꝑ pa
tientiam ſic bene probat⁹ accipiet mer
cedem æternæ beatitudinis, quam pro
miſit Deus dare ſuo tempore omnibus
qui modo in veritate diligunt eum. e
Nemo autem cum ad malum ſollicita
tur, dicat ſe a Deo ad malum inclinari
aut ſollicitari. f De⁹ enim neſcit ad ma
lum tentare, queadmodum neq; tētari
g Ipſe enim neminem ad malũ ſollici⸗
tat. h Vnuſquiſq; eĩ inclinatur ad pec⸗
catum a proprio corrupto ſenſuali ap⸗
petitu per quẽ abſtrahitur a recto ani⸗
mus, & allicitur ad illicita carnis deſy⸗
deria, Atq; hoc quidem eſt peccati pri
mum ſeminarium, i Deinde concupi⸗
ſcentia iſta cum ſic conceperit, ita vt in
cipiat immorari animũ & delectari in
propoſito, producit iam peccatum. k
Quod cum fuerit per plenum conſen⸗
ſum aut etiam opere conſummatum,

Exortus eſt enim ſol cum ardore, & areſcet fœnum & flos eius decidit & decor vultus eius deperĩt,
b Ita & diues in itineribus ſuis marceſcet.
c Beatus vir qui ſuffert tentationem,
d quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromiſit deus diligentibus ſe,
e Nemo cum tẽtatur dicat qm̃ a deo tẽtat̃,
f deus enim intentator malorum eſt,
g Ipſe enim neminẽ tentat.
h Vnuſquiſq; vero tentatur, a cõcupiſcẽtia ſua abſtractus & illectus.
i deĩde cõcupiſcẽtia cum conceperit, parit peccatum
k Peccatum vero cũ conſummatum fuerit generat mortem

mortis ęternę inducit obligationem, & animam vera ſpiritus vita priuat, etiã in hoc ſęculo. a Nolite itaq; errare chariſſimi fratres mei, ne in Deum referatis peccatorum veſtrorum malitiam, ſed tantum in voſipſos, qui eſtis totius malitiæ authores, per concupiſcentiam q̃ in vobis habitat corrupta, b queadmodum econtrario De⁹ om̃is boni author eſt, non homines. Omne enim datum vere bonum, & omne perfectum donũ non a nobis eſt, ſed deſuper venit a largitore omniũ, patre cœleſtium luminũ, ſiue incorporeorum, ſiue corporalium, c Apud quem non eſt vlla de forma in formam tranſmutatio, neq; viciſſitudinaria vlla ſcdm varia accidentia obũbratio. d Ipſe autem nos penitus libere nullo coactus noſtrorum operũ merito, neq; vlla neceſſitate obſtrictus, nos regenerauit per ſemen incorruptibile verbum veritatis, quos prius in natura per ſemen corporale fecerat, e Iccirco (inquam) voluntarie nos ſic genuit, vt eſſem⁹ nos velut primitię & præcipua aliqua pars totius creaturæ ſuæ, cũ angelica natura ſortem & locum accipientes dignitatis glorię eius, f Iſta fratres mei vos ſatis ſcire arbitror & intelligere. g Hortor autem charitatẽ veſtrã vt ad audiendum ſanę fidei cõſonam doctrinam veloces & ſemper parati ſi

a Nolite itaq; errare fratres mei delectiſſimi.

b Omne datum optimum, & omne donũ perfectum, de ſurſũ eſt deſcendẽs a patre luminum

c Apud quem non ẽ tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.

d Voluntarie enĩ genuit nos verbo veritatis.

e vt ſum⁹ initiũ aliq̃d creaturæ eius.

f Scitis fratres mei dilectiſſimi, !

g Sit aũt oĩs hõ velox ad audiendum,

h tard⁹ aũt ad loq̃ndũ & tardus ad iram

tis, non faciles autem neq; præcipites ad temere loquendum, etiam quæ bona videntur, neq; prompti ad iraſcẽdũ a Ira ẽnim viri præter aut contra rationis iudicium, iuſtitiam veram impedit atq; pturbat. b quapropter abiecta omni immunditia, tam in verbo quam ĩ cogitatione & abundantia malitiæ cuiuſlibet, c ſuſcipite in manſuetudine ſpiritus, verbum ſancti Euangelij, quod p prædicationem implantatur & inſerit animab⁹ veſtris, c quod ipſas poteſt facere a peccato ſaluas, ad æternam vitã, ſi diligenter auditũ cuſtodieritis. d Illũ vero poſt acceptam Euangelij prędicationem videndum eſt, vt nõ ſitis e Euãgelij tantum auditores, ſine operatione ſed magis factores eius eſſe ſtudeatis in opere, ne fallatis voſmetipſos, f Decipiunt enim ſeipſos, qui de ſolo verbi auditu & mortua fide ſibi placentes, putant hęc ad ſalutem ſufficere, cũ requiratur etiam cum fide bona operatio, g Quia quiſquis auditor tantum eſt verbi non factor, merito comparandus venit homini qui faciem ſuam naturalem in ſpeculo contemplatur tantum, nihil agens amplius ad emundationem macularum quas in ſpeculo conſyderauerat, h Statim enim ille vt conſyderauit abijt nihil amplius agens, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit, qualemq; ſe viderit

a Ira enim viri, iuſtitiam Dei nõ operatur,

b Propter quod abijcientes omnem immũditiam & abundantiã malitiæ,

c In manſuetudine ſuſcipite inſitum verbũ

d quod poteſt ſaluare animas veſtras.

e Eſtote autem factores verbi & non auditores tantum.

f fallẽtes voſmetipſos

g Quia ſi quis auditor eſt verbi, & nõ factor hic comparabitur viro conſyderanti vultũ natiuitatis ſuę, in ſpeculo,

h Conſiderauit enĩ ſe & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.

Sic & homini qui verbum audit ſed ad componendos mores non accõmodat nihil proficit verbum tantum conſpexiſſe vel audiſſe. a Qui autem diligenter inſpexerit in legem perfectam, perfectæ veræq; libertatis, ita vt opere ipſam impleat, non ſurda aure obliuioſus auditor pretereat, hic nõ auditu, ſed in ipſa præcepti obſeruatione per operationem bonam, beatus erit. b Quiſqs autem religioſum ſe arbitrat ac ſanctũ Dei cultorem, ſi negligat linguã ab ocioſis atq; malis frenare ſermonibus, ſciat ille non veram eſſe neq; fructuoſam huiuſmodi religionem, quę id quod primum eſſe debet, negligit. c Verus autẽ Dei cultus qui mundum & immaculatũ efficit hominem coram Deo patre eſt, d in viſitando deſolatos: & eos qui ſũt ſine humano patrocinio (cuiuſmodi ſũt viduę & pupilli in tribulationibus aut egeſtate conſtitutos, & cęterorum miſericordię operum exhibitione, e & a mundi concupiſcentijs ſemetipſum cuſtodiendo immaculatum, Id eſt, & ſi proximo miſericorditer quis ſubueniat, & ſeipſum a peccatis ſeruet immunem.

a Qui autẽ perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit in ea non auditor obliuioſus factus ſed factor operis, hic beatus in facto ſuo erit.

b Si quis autem putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguã ſuam ſed ſeducens cor ſuũ, hui9 vana eſt religio.

c Religio munda & immaculata apud deum & patrem hęc eſt.

d viſitare pupillos & viduas in tribulatione eorum

e & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.

ELVCIDATIO CAPITIS,

Secundi,

TEXTVS, Caput Secundum

a Fratres mei nolite i perſonarum acceptione habere fidem dñi nři Ieſu chriſti gloriȩ

b Etenim ſi introierit in conuentum veſtrum vir aureū anulū habēs, i veſte cādida.

c Introierit autem & pauper in ſordido habitu,

d & intendatis in eū qui indutus eſt veſte pręclara.

e & dixeritis ei, Tu ſede hic bene. Pauperi autem dicatis, Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedū meorum,

f Nōne iudicatis apū voſmetipſos, & facti eſtis iudices cogitationum iniquatum. g Attendite fratres mei dilectiſſimi,

h nōnȩ de⁹ elegit pau

FRatres mei, nolite i vobis ſimul cum fide domini noſtri Ieſu chriſti, domini (inquam) æternæ gloriæ, admittere vitium acceptiōis perſonarum, Verbi gratia ne diuitē propter diuitias ſolas plus iuſto honoretis, aut pauperē propter inopiā deſpiciatis. b Etenim ſi vobis congregatis, ingrediatur vir aliquis anullos aureos geſtans in manibus, veſtem indutus precioſam & ſplendidam, c introgrediatur etiam pauper in veſte vili & minime precioſa. d Iſtis autem ſic ingredientibus, cœperitis oculos conijcere in illum diuitē præclara veſte indutum, & pro ſolis diuitijs illi exhibentes indignum honorē e dixeritis ei, Tu ſede hic honeſtiori loco pauperi autem dixeritis, Tu ſta illic in abiecto loco, aut ſede ſub ſcabello pedum noſtrorum, propter inopiā ſic pauperem deſpicientes. f Hęc (inquā) ſi egeritis, nonne hoc ipſo iudicatis ini quas cogitationes & iniquum iudiciū veſtro inſidere animo? g Attendite fratres mei chariſſimi diligentius, quoniā nō ita fieri cōuenit vt diuites diuitiarū ſuarum & ſuperbię ſuę reſpectu ita nimiū honorent, cōtēptis ob inopiā pauperibus, Nequaquā deſpiciēdi ſunt ab hoib⁹, quos Deus adeo nō deſpicit, vt etiā ſuæ vocationis & electiōis partes potiores eis cōcedat. h Nonne videris

quemadmodum Deus maxima ex parte pauperes elegit in hoc ſeculo, vt ſicut tẽporalibus bonis ſunt pauperes in in hoc mundo, ita ſpiritualibus diuites fiant per fidem,& ſpe hęredes regni ęterni, quod promiſit Deus omnib⁹ diligentibus ſe. a Vos autem econtrario ſi vt prędictum eſt feceritis, pauperes ob ſuam paupertatem inhonoratis quos tamen deus diuitibus huius ſeculi videtur præponere, in ſua vocatione Atq; ita qui prædicto modo agerent, diuino conſilio videñt cõtraire. b Rurſum, nõne videtis quotidiana experientia, qui opprimunt Chriſtianos per potentiam & vim inferunt eiſdem, pertrahentes eos ad tribunalia, ſiue pro Chriſti confeſſiõe, ſiue p alias fraudes ſuas diuites eſſe & potentes huius ſæculi? c Nõne ipſi ſunt qui maledicunt & perſequuntur ſanctum nomen Chriſti. qđ vos inuocatis, & in cuius inuocatione per baptiſmum ſanctificati eſtis? d Equidem non prohibeo iuxta mandatũ domini illud vniuerſale & regiũ, quod ab omnibus oportet obſeruari, Diliges proximum tuum ſicut teipſum, etiam diuites diligi huius ſęculi, Imo ſi ſic eos per charitatem diligitis, in hoc bene facitis, mandatum Dei implentes, e Si autem non ſecundum illi⁹ pręcepti exigentiam agitis, ſed ſecundum perſona

peres in hoc mundo diuites in fide: & hæredes regni, quod ꝓmiſit diligentibus ſe.

a Vos autem exhonoraſtis pauperem,

b Nonne diuites ꝑ potentiam opprimũt vos, & ipſi trahunt vos ad iudicia.

c Nonne ipſi blaſphemant bonum nomen quod inuocatum eſt ſuper vos,

d Si tamen legem perficis regalem ſecũdũ ſcripturas.

e Diliges proximum tuum ſicut teipſum, benefacitis.

f Si autẽ perſonã accipitis, pctm̃ operamini.

a redargutí a lege, qua ſi tranſgreſſores

rum acceptionem propter diuitias, peccatum operamini, a conuicti per legem quaſi trãſgreſſores, cum hoc facitis qđ illa prohibet. Et ne forſitan vobis blandiamini, parum eſſe in vno iſto deficere, modo non peccetur in cęteris, b cõſyderandum vobis eſt ꝙ quicũq; i vno aliquo peccato offendit in legem, vnica illa pręuaricatione factus eſt omniũ re⁹ Hoc eſt, ita pręmio obſeruantibus legẽ deputato priuat⁹ & indign⁹, quaſi nullum obſeruaſſet ex omnibus legis pręceptis, Idem enim eſt Deus, qui omnia & ſingula dedit pręcepta legis, & ſimul omnium exig't atque ſingulorum obſeruationem, ab ijs qui mercedem vitæ quęrunt. c Idem eſt qui ꝑcepit non mœchari & non occidere, d propter quod ſi occideris etiam ſi mœchatus nõ fueris, tranſgreſſor es totius legis, q̃ in vno eſt concatenata, ita vt quiſquis præuaricatus fuerit partem aliquam legis, totam cenſeatur tranſgreſſus, nec ſtatutũ pręmium merebitur accipere. e Sic vos loqui conuenit & omnia agere, tanquã qui per nouam Euangelij & vere libertatis legem, & modo in cõſcientia, & in futuro ſitis in publico iudicio iudicandi f Iudicium enim damnationis ſine miſericordia ſaluante, aduerſus illum ꝓferetur, qui dum viueret caruit erga miſeros affectu miſericordiæ, ſolos honorã

b Quicunq; autem totam legẽ ſeruauerit, offendat autem I vno factus eſt omnium re⁹

c Qui enim dixit, Nõ mœchaberis. dixit & non occides.

Quod ſi nõ mœchaberis occides autẽ, fact⁹ es transgreſſor legis.

e Sic loquimini, & ſic facite ſicut per legẽ libertatis incipientes iudicari.

f Iudicium enim ſine miſericordia, illi q nõ facit miſericordiam.

do diuites, pauperibus ob inopiam deſpectis. a In illis vero qui fecerunt miſericordiam dum viuerēt, ſuperuincit miſericordia iudicium longeq; ſuperat & præponderat, vt ſecundum miſericordiam ſaluentͬ, & non p iudicij ſæueritatem condemnetur quoniam & ipſi fecerunt miſericordiam, b Profecto ſaluare non poteſt quemquam ꝙ ſe ſolo verbo fidelem iactitat. niſi eandē fidem operibus efficaciter comprobet, c Nunquid ſola illa operibus vacua fides, ſaluare poterit habentem, Nequaq̄, Quo modo enim neceſſitatem patientibus nihil proſunt verba, niſi opere exhibeas charitatem, d Exempli gratia, ſi pauperibꝰ Chriſtianis ſiue victu, ſiue veſtitu carē tibus, dicat quis, Ite in pace, bene ſit vobis. Calefiaris & reficiamini, & habeatis quæ ſunt neceſſaria, non exhibēdo in opere quod lingua dicitur, Ita etiā fides ſola niſi adſint opera ad ſalutem ꝓdeſſe non valet, & mortua reputatur ac ꝙ inualida. g Deniq; huiuſmodi ſola fide glorianti, merito dicere poteſt aliqs operum laudator. f Tu quidem fidē te habere dicis, cum non adſint opera. Ego autem opera habeo, & ex ipſisquidem operibus ego tibi potens ſum demōſtrare etiam fidē meam, Tu autē cū opera non habeas, fidem tuam demonſtrare non potes, Neq; fidē tibi iactanti

a Superexaltat autem miſericordia iudiciū.

b Quid ꝓderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat.

c Nunquid poterit fides ſaluare eum..

d Si autem frater & ſoror nudi ſint, & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliqs ex vobis illis, Ite i pace, Calefacimini & ſaturamini, non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit,

e Sic & fides ſi nō habeat opera mortua eſt in ſemetipſa.

f Sed dicet quis, Tu fidem habes, & ego opera habeo: oſtēde mihi fidem tuā ſine operibus, & ego oſtendā tibi ex operibus fidem meam.

fides habebitur,niſi p opera fidei tuæ
probaueris teſtimoniū, Et profecto ni-
hil eſt magnum mortua fide credere,a
Nam tu credis q vnus eſt omnipotens
Deus,recte quidem credis, ſed hoc ti-
bi cum dæmonibus commune eſt, qui
& ipſi non credunt modo,ſed etiam ti-
ment ac tremunt eius potentiam,b vis
autem aperte ex ſcripturarū exemplis
diſcere,o homo qui inaniter in mortua
ſola fide gloriaris,q inſufficiens ſit ad
ſalutem,fides abſq; operibus? c Abra-
ham ſumamus in exemplum, qui non
ex ſola fide,ſed ex ea ſimul cum operi-
bus iuſtus prædicatus eſt in ſcripturis,c
in eo quod promptam animi volūtatē
ſe dedit ad obediendum & opere im-
plendum mandatum domini,vt immo
laret filium ſuum Iſaac.Qui ſi vocē do
mini opere rennuiſſet implere nunquā
ex mortua ſua fide in ſcriptura iuſt⁹ di
ceretur, d In hoc exemplo clarum eſt
videre quoniam fides ſimul cum operi
bus effecerunt,vt perfecte iuſtus nomi
naretur & eſſet,permaneretq; in finē,
e Et hoc ipſo quod hic operibus iuſtifi
catio attribuitur:ſuppleta eſt ſcriptura
illa prior,quæ videtur de ſola fide men
tionem facere qua dicitur f Abraham
Deo credidiſſe,reputatumq; fuiſſe illi
ad iuſtitiam,& ex hoc fuiſſe Dei amicū
appellatum. g Clarum itaq; relinquitur

a Tu credis q vn⁹ ē de⁹,bene facis,& dæ mones credunt & cō tremiſcunt.

b Vis autem ſcire o homo inanis,quia fi- des ſine operib⁹ ocio ſa eſt,

c Abraham pater no ſter nonne ex operi bus iuſtificatus eſt.
d offerens Iſaac filiū ſuum ſuper altare

e Vides quoniam fi- des cooperabat ope- ribus illius,& ex ope ribus fides conſūma- ta eſt;
f Et ſuppleta eſt ſcri- ptura dicens credidit Abraham deo,& re- putatū illi ad iuſtitiā: & amicus dei appel- latus eſt:
g Videtis quoniam

quoniã non iuſtificatur homo ex mortua ſola fide ſine operibus, ſed ex fide cum operibus. a Quod etiã confirmat Raab illa meretrix, quæ ex operibus tã quam iuſta commendatur in ſcriptura; b in eo quod per fidem quam erga Deum habebat exploratores a populo dei miſſos ſuſcepit hoſpitio: & protexit benigne, ac dimiſit per murum in propria. c Quemadmodũ enim ſine ſpiritu corpus non viuit, ſed cadauer tantum eſt inutile, d Ita ſola fides cui deſunt opera mortua eſt, quia vitam i ſe omnium virtutum charitatem, non habet. Charitas enim opera habere debet oblata occaſione & tẽporis oportunitate, aut excidit, & perit, ſine qua omnis alia virtus mortuum tantum cadauer eſt.

ex operibus iuſtificat homo, & non ex fide tantum.
a Similiter & Raab meretrix, nõne ex operibus iuſtificata eſt,
b ſuſcipiens nuncios, & alia via ejciens.
c Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt,
d ita & fides ſine operibus mortua eſt.

¶ ELVCIDATIO CAPITIS. III.

N a Olite fratres mei paſſim ad magiſteria aſpirare, neq; docendi alios munus intempeſtiue affectare, b ſcientes quoniam mai⁹ vobis ipſis iudicium ſuperinducitis, ſi in tali gradu altitudinis minus recte vixeritis Res enim grandis eſt, doctorem eſſe in populo Dei, & quę non cuilibet paſſim conueniat, neq; niſi a magnæ ſanctitatis & perfectionis hominibus adminiſtrari digne poteſt. c Primum enim ne

TEXTVS, CAP. Tertium.
a Nolite plures magiſtri fieri frẽs mei,
b ſcientes quoniã maius iudicium ſumitis.
c In multis enim offẽ

dimus omnes.

a Si quis in verbo nõ offendit, hic pfectus eſt vir.

b Poteſt eni freno cir cunducere totũ cor pus.

c Si autem equis fre na in ora mittim⁹, ad conſentiendum no bis, oẽ corpus illorũ circumferimus.

d Et ecce naues cum magnæ ſint, & a ven tis validis minentur, circumferuntur autẽ a modico gubernacu lo vbi impetus dirigẽ tis voluerit.

e Ita & lingua modi cum quidẽ membrũ eſt, & magna exaltat

f Ecce quantus ignis q̃ magnam ſyluam

mo eſt omnium, etiam perfectorũ, qui non frequenter labatur in plurimis. a Specialiter vero in verbo per linguam non offendere, tantæ eſt artis, & res tã difficilis, vt perfectum illum pronuncia re audeam: cui contigerit ita linguã ſuã domitam frenatamq; habere, vt nec in verbo quidem offendatur aliquando. b Vt pote, qui domita lingua, poſſit e tiam cetera corporis vniuerſa mẽbra fa cile continẽtiæ freno coercere. Nã qui potuit quod eſt omnium difficillimum poterit etiam quæ ſunt faciliora. Atq; id experiẽtia quoq; in brutis videmus animantibus. c Quẽadmodum equis vt obediẽtes fiant ſuis ſeſſoribus, frena mittuntur non niſi in os, atq; ita totum deinde corpus pro ſuo arbitrio circum agitant ſeſſores. Sic & homini qui velit omnia corporis mẽbra ſubiugata habe re rationi, prima cura eſſe debet, vt os & linguam refrenet. d Rurſum vide mus naues magnas & ampliſſimas, va lidis ventis agitatas, a gubernaculo (qđ paruulum eſt totius nauis comparatio ne) circumferri & dirigi in curſibus ſuis quocunq; director impetum fecerit, & ſecundum quod ipſe diſponere ac mo uere voluerit, e Ita & lingua paruum quidẽ eſt quantitate membrum, ſed ma gna iactat, & agit miranda. f Iterũ vi dere eſt, modicum & paruulum ſubin

de igniculum totam aliquam incende-re ſyluam, & maximam inflammare materiam. a Et huic igni merito lingua comparatur, quę vniuerſum iniquitatis incendium potẽs eſt exſuſcitare, b quę conſtituitur inter reliqua hominis mẽbra in corpore, & maculare poteſt totũ corpus c propterea ꝙ ex ipſa ſoleant oriri oĩs gñis mala, & totum vitæ naturalis curſum inflammat, atq; perire facit, ipſa a gehennę inhabitatore dęmonio, aut peſſima concupiſcentia prior inflammata. d Et quidem vniuerſæ pene ſpecies beſtiarum, ferarum, & volucrũ, & ſerpentium, & cęterorũ aquatilũ domantur, ſubiuganturq; quotidie atq; etiã olim ex multo tpe domita extiterũt, e Linguã autẽ ꝑpauci ſũt q domare queãt. f Malũ eſt petulãs & inq̃etũ, qđ coerceri minime valeat, plenũ veneno detractiõis, blaſphemię, & ſimiliũ aię plus q̃ mortifero. g Per ipſam nos benedicimus Deũ orantes & pſallẽtes, & alias in ipſa maledicimus hoĩes ꝓximos noſtros, ad imaginẽ Dei creatos. h & p os hoĩs procedit nũc benedictio, nunc maledictũ atq; conuitiũ, i qđ nequaq̃ licet, aut congruũ eſt, k Quẽadmodũ enĩ impoſſibile eſt, vt idẽ fons ex eodẽ foramine emittat dulcẽ aquam, ſimul & amarã, (Nã vbi cœperit cõmiſceri, tota erit amara) ſic nõ debet ſimul ex

incendit.

a Et lingua ignis eſt, vniuerſitas iniq̃tatis.

b Lingua cõſtituitur in mẽbris noſtris, quę maculat totũ corpus c & inflammat totã natiuitatis nrę, inflammata a gehenna.

d Oĩs eñi natura beſtiarum & volucrum & ſerpentum & cæterorum domant, & domita ſunt a natura humana.

e Linguam autẽ hoĩs nullus hoĩm domare poteſt.

f Inquietũ malũ, plena veneno mortifero

g In ipſa benedicemus Deũ & patrem, & ĩ ipſa maledicemꝰ hoĩes, q ad imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei facti ſunt.

h Ex ipſo ore ꝓcedit benedictio & maledictio.

i Nõ oportet fratres mei hęc ita fieri.

k Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcẽ & amarãm aquam.

eodem ore & benedictio & maledictio pcedere, Nam maledictio, ſua amaritudine etiam benedictionem inficit, & inſipidam ingratamq; reddit. a Neque ficus aliquando vuas gignit, neq; vitis ficus & non niſi vni⁹ ſpecie fructus, ſingulę producũt arborꝫ ſpecies, b Null⁹ item fons ſalſus, aquam dulcem emittit, Ita etiam per os non debet niſi naturalis bonus fructus, hoc eſt non niſi benedictio & ſermo bonus procedere. c ſi quis iter vos eſt aut haberi vult ſapiens, & ſcientia ac iudicio valens, nõ ſtatim aſpiret ad cathedram, ſed oſtẽdat primum atq; comprobet ex bona conuerſatione, quid habeat virtutis in operando ea, quæ ſe ſcire exiſtimat aut pfitetur, d Idq; præcipue in manſuetudine & lenitate, quæ veræ ſapientię eſt ficati⁹ eſt indicium, e Si autem amarũ inuidiæ zelum habetis erga inuicẽ, aut ſuperbam & maleuolam æmulationẽ in cordibus veſtris, pro honorum & cathedrarum aſſecutione, f nolite falſo gloriari i vobiſipſis, & mẽdaces eſſe aduerſus veritatem falſo iactantes veſtrã ſapientiam, aut vane præſumentes de veſtra ſcientia. g Non enim eſt hęc vera cœleſtis ſapientia, quę a Deo per donationẽ ſpiritus ſancti infuſa eſt h ſed mundana, ſenſualis, & diabolica, quoniam ea quæ mũdi ſunt quærit, et quæ

a Nũquid põt fra- tres mei, ficus vuas facere, aut vitis ficus?

b Sic neq; ſalſa, dulcẽ poteſt facere aquam

c Quis ſapiens & diſcipinat⁹ inter vos? oſtendat ex bona conuerſatione operationem ſuam,

d in manſuetudine ſapientiæ:

e Quod ſi zelũ amarum habetis, & conteñtiones ſint in cordib⁹ veſtris.

f nolite gloriari & mẽdaces eſſe aduerſ⁹ veritatem.

g Non eſt enim iſta ſapientia de ſurſũ deſcendẽs, a patre luminum,

h ſed terrena, animalis, diabolica.

ſenſualis affectus, & ea quę dæmonis inſtinctus ſuadent, ſectatur, a Quiſqs enim zelum malū, aut ambitioſam rixoſamq; contentionem habet in corde, hunc conſequitur in nullo bono firmū eſſe, & ad omne opus malum eſſe proͤpenſum, quoniam ex his pullulare ſoͤlent vniuerſa mala. b Cœleſtis autem & vere ſpiritualis ſapiētia, ante omnia pura, caſta, ſiue pudica eſt, ab omni immundicia mentem pręſeruans. c Eſt etiam pacem diligens, tam in ſe quam in aliis, & contendere neſcia, modeſta, minimeq; ſeuera, facile ſuadibilis, miͤnimeq; pertinax, & bonis ſuaſionibus facile cōſentiens, d plena miſericorͤdiæ, affectionibus, & operationibus bonis abundanter intenta, e ſynceriter abſq; fictione & ſimulatione omnia iuͤdicans, & in bonam partem cunctaſimpliciter (quantum fieri poteſt) referens f Fructus autem & merces æternā reͤctæ operationis, ſeminatur modo atq; comparatur in pace, hoc eſt, pacificecōuerſando erga omnes, non contentioͤnibus (vt quidam exiſtimant) agendo omnia.

a Vbi enī zelus & cōtentio, ibi inconſtanͤtia, & omne op9 prauum.

b Quæ autem de ſurſum eſt ſapientia, priͤmum quidem pudica eſt.

c deinde pacifica, modeſta. ſuadibilis, bonis conſentiens,

d plena miſericordię & fructibus bonis,

e iudicans ſine ſimuͤlatione,

f Fructus autem iuͤſtitiæ, in pace ſeminatur, facientibus pacē.

¶ELVCIDATIO CAPITIS Quarti.

TEXTVS, CAP. Quartum.

a Vndebella & lites in vobis? Nonne ex concupiſcentijs vr̃is quæ militant in membris veſtris.

a Dicite vero mihi, Vnde lites & pugnæ(ſiue verborum,ſiue verberũ)in vobis,niſi ex carnalib⁹ concupiſcẽtijs,quas in membris ſinitis regnare,non ſubiugatas rationis imperio? Ecce ad oculum depinguã vobis, quomodo exoriantur lites & iurgia.

b Concupiſcitis, & non habetis,

c Oditis & zelatis, & nõ poteſtis adipiſci.

b Primum eni, propter carnis affectũ inſatiabilẽ,concupiſcitis ſuperflua quæ nõ habetis. c Atq; inde odio affici incipitis & inuidere ijs,qui habent q̃ vos cõcupiſcitis & nõ habetis,neq; ſic tñ poteſtis adipiſci.

d litigatis & belligeratis,& nõ habetis,

d Deinde iniuſtas lites,cõtentiones,pugnasq; & priuatim rixoſas & publice iudiciarias atq; forenſes, ſuſcitatis aduerſus inuicem. Quod ſi in manſuetudine quę vobis deſunt poſtularetis a dño,acciperetis vtiq; quæ eſſẽt neceſſaria.

e propterea quod nõ poſtulatis.

f Petitis & nõ accipitis,eo quod male petatis,

g vt in concupiſcentijs vr̃is inſumatis.

e Nũc autem non habetis quia a Deo omniũ largitore nõ petitis, ſed p iniuſtitiam vultis veſtre auaritiæ ſatiſfacere, f Atq; etiã ſi ſint qui petant a dño,non merentur tamen accipere, eo q̃ male petant,non ad ſatiſfaciendũ naturali neceſſitati, g ſed ad ipendẽdũ carnalibus deſyderijs, eiſq; ſatiſfaciendum in voluptatibus.

h Adulteri, neſcitis quia amicitia huius mũdi,inimica eſt deo

i Quicũq; ergo voluerit amic⁹ eſſe ſecu

h O homines adulteri,q a Deo vos ſeparatis ,& mundo ac carni ſociamini,quare nõ aduertitis amicitiã huius mundi eorumq; quę ſũt in mũdo tpalem amorem,deo eſſe deteſtabilẽ? i Itaq; dico vobis qđ verũ eſt,

quoniã quiſquis mũdi amator eſſe vult & mũdanis hoibus quęrit placère inimicus Dei hoc ipſo efficitur, qm̃ cõtraria ſunt mundus & Deus. a An putatis in ſcripturis ſine cauſa toties interdictã eſſe mundi amicitiam, & toties conuerſationem cũ inquis fruſtra damnatã b An putatis ſpiritũ ſanctum qui in vobis inhabitat fidelibus, propter inuidiã, mundi huius & mundanorum hominũ aſpernari & inhibere conſortia? c Non ita ſane ꝙ inuidus ſit aut male zelator, ſed vt maiorem det gratiã ijs qui ſe ab hoc ſæculo puros, & a mundanorũ conſortio immaculatos cuſtodierint. d Vnde in ſcriptura dicitur. Deꝰ ſuperbis huius mũdi hominibus gratię ſuę dona negat, humilibus autem (qui ſæculi faſtũ fugiũt) eadem donat copioſius. e Eſtote ergo ſubiecti Deo in perfecta cordis humilitate, & diabolo vos opponite, nihil illi cõſentientes, ſed deteſtãtes prauũ omne qđ ſuggerit, & nõ habebit locũ in vobis, neq; nocumẽti qcq̃ inferre poterit, f Curate aũt ad deũ ꝑ humilitatẽ ꝓpiꝰ vos adiũgere, & ipſe i auxiliũ & grãm & ꝓtectionem appropiquabit vobis g Emũdate manꝰ vr̃as abijcientes opa mala, vos qui in peccatis vixiſtis, & corda vr̃a ab omni macula peccati interioris munda facite qui duplices fuiſtis animo, ſecundum ſpeciem quidem

Hui[us] inimic[us] Dei conſtituitur.

a An putatis quia inaniter ſcriptura dicat

b Ad inuidiã concupiſcit ſpiritus qui habitat in vobis?

c Maiorem autem dat gratiam.

d Propter qđ dicit, Deꝰ ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

e Subditi ergo eſtote Deo, reſiſtite autem diabolo, & fugiet a vobis.

f Appropiquate deo & appropiquabit vobis.

g Emundate manus peccatores, & purificate corda vr̃a duplices animo.

Deo, ſecundum veritatem tamen magna ex parte diabolo aut mundo aut carni propriæ hactenus ſeruientes. a Agite pœnitentiam, vt præſcribā vobis. Voluntarijs miſerijs propter peccata prǫterita, voſipſos affligite, b In triſtitia viuite, lachrymas fundite, pro riſ⁹ diſſolutione modo luctū & fletum aſſumite, & pro petulanti vano gaudio, ſanctum pro peccatis dolorem. c Humiliate ante Deum corda veſtra, & ꝑſternite voſmetipſos pedibus eius, & ipſe miſertus veſtri exaltabit vos, peccatis omnibus dimiſſis: gratia ſua ditatos, et æternæ vitæ hæredes inſtitutos. d Cauete autem fratres chariſſimi, ne vobiſ inuicem detrahatis, alter alteri. e Qui enim fratri ſuo detrahit, aut fratrē ſuū iudicat bene conuerſantem iuxta legē, propter inuidiam, tantum ex odio cupiens fratrem calumniari, in legem videtur ille peccare, ſic iudicans aut detrahēs, cum fratrem omnia legis recte ſeruantem, adhuc vituperat. f Quo ipſo, legem vel inſufficientem vel malam videtur aſſerere, atq; ita legē iudicare, & legi detrahere, g Porro qui iudicat legem, contrauenit legi. Atq; is (cum obſeruator eſſe deberet ac ſubdi t⁹) iudicē tñ ſe potius exhibet h Vnus eſt enim qui tulit legē & iniunxit hoīb⁹ obſeruandā, cuius eiuſdē officiū eſt ſe-

a Miſeri eſtote & lugete & plorate.
b riſus veſter in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorē.

c Humiliamini in cōſpectu domini, & exaltabit vos.

d Nolite detrahere alterutrum fratres mei.

e Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrē ſuum, detrahit legi,

f & iudicat legem.

g Si autem iudicas legem, non es factor legis, ſed iudex.

h Vnus eſt enim legiſlator & iudex.

cundum eã hoïes iudicare, a qui poteſtatẽ habet ſecundum ſuum iudicium, & perdẽdi tranſgreſſores, & ſaluandi in nocẽtes obſeruatoreſq; præmiandi. b Ad te autẽ o homo mortalis non ſpectat, nec tibi licitum eſt, ante tẽpus iudicare proximum tuum, c Quam vero ridiculi ſunt, quibus eſt conſuetudo tã determinate & aſſertiue de futuris loquẽdi, quaſi in eorum ſint poteſtate ſita tẽpora, dicẽtes, d Hodie aut cras ꝓficiſcemur huc aut illuc, & ibi permanebimus annum vnum, & negociationes exercebimus, & lucrum faciemus, Cum ignorẽt, quid vel craſtino die de ipſis acturus ſit dominus. e Vere em̃ nimia breuitas eſt vitę veſtrę, & incertitudo maxima (quẽadmodũ de vapore eſt, qui ad modicum tẽpus apparet, & ſtatim reſoluitur vt non vltra appareat vt merito eius conſyderationę, debeamus cuncta quæ de futuris diſponim⁹ diuinæ diſpoſitioni ſubmittere, vt dicamus. f Faciemus hoc aut illud, ſi diuinæ voluntati ita fuerit placitum, & ſi vitam nobis ſeruabit Deus, aut p ſimilem aliquam diuinę prouidẽtiæ expreſſurã particulam, g Nunc autẽ gloriamini in pompoſis veſtris ſermonib⁹, ſic loquẽtes quaſi qui ſingula vitæ veſtræ momẽta, & omnium vẽturorum diſpoſitionẽ in manu habeatis, h Omnis talis

a qui poteſt perdere & liberare.

b Tu autem quis es, qui iudicas proximũ tuum.

c Ecce nunc q̃ dicitis

d Hodie aut craſtino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annũ vnũ, & mercabimur, & lucrũ faciemus, q ignoratis qd erit in craſtinum.

e Quæ eſt enim vita veſtra? Vapor eſt ad modicum parens, & deinceps exterminabitur, pro eo vt dicatis.

f Si dñs voluerit, & ſi vixerimus, faciemus hoc vel illud.

g Nunc autem exultatis in ſuperbijs vřis

h Omnis exultatio ta

ſuperbia iactabundaq; exaltatio a malo eſt, & ſupbiã ſapit. Vere enim humilis, diuinæ ꝓuidentię ſua ſubmittit omnia a Itaq; ſcienti bonũ qđ facere oportet, & non facienti, hoc in peccatum repu- tabitur, ꝗ id quod faciendum nouit, fa cere omiſit.

a Scienti igitur bo- num facere, & non facienti: pctm̃ eſt illi.

TEXTVS, CAP. Quintum.

ELVCIDATIO CAPITIS. Quinti,

a Agite nũc diuites plorate vlulantes in miſerijs veſtris q̃ ad uenient vobis.

b Diuitiæ veſtrę pu trefactæ ſunt.

c & veſtimenta vr̃a a tineis comeſta ſũt.

d Aurum & argen- tum veſtrum ærugi- nauit, e & erugo eo rum in teſtimonium vobis erit.

f & manducabit car nes veſtras ſicut i- gnis.

Tandem ad vos ſermonem ver- tens o mundi diuites & potentes, denũcio vobis fletũ & vlulatũ ſup miſerijs quæ vos manent, niſi p pœni- tentiam Deũ iudicem placaueritis. b ec ce veſtræ diuitiæ quas coaceruaſtis per auaritiã in horreis, præ abundantia pu- trefactæ ſunt, vt nullo vſui ſint aptæ, quas debueratis in pauperũ ſuſtentatio nem, ex Dei pręcepto, erogare. c Veſti menta quæ vobis p ſuperbiam & curio ſitatem præparaſtis plurima, propter a- bundantiã a tineis comeſta ſunt, paupe ribus nudis & in egeſtate relictis. d Au rum veſtrũ & argentũ quod immodice cõpegiſtis, ærugine corroſum eſt, e & ærugo eorum erit vobis velut teſtis ad condemnationem veſtram, f & igni ę- terno vos reddet obnoxios, quoniã ea maluiſtis ærugine fruſtra conſumi, quã in miſericordię op a expendi vtiliter.

a Theſaurizando comparaſtis vobis iram Dei,in nouiſſimo examinis die,q̃ tũc ſup vos reuelabitur. b Ecce vindi-ctam expoſcet apud Deũ merces detenta operariorũ veſtrorum,qui maximos veſtros agros,& ampliſſima prædia coluerũt,quam p auaritiam detinuiſtis & imminuiſtis. c & dñs Deus exercituũ exaudiuit voces pauperũ clamantium ad ſe,propter ſibi factam iniuſtitiam,facturus vindictã acerrimã ſuo tpe. d In voluptatibus vitã duxiſtis ſuper terram & in laſciuijs & petulantijs luxuriæ enutriſtis viſcera veſtra p oĩa carnis curam diligentiſſime perficere curantes. e In die quando immolandæ vobis erant ꝓpter ſolennitatem Paſchę legales victimæ,iuſtũ Ieſum & innocentem vos Iudęi vinctũ adduxiſtis morti, & mortis reũ cõdemnaſtis,ac deniq; iniuſte occidiſtis,nihil illo vobis reſiſtente.Ecce q̃ nũc ſimilia patimini p iniuſtitiam potentũ,Chriſtũ dominum habetis eiuſdem rei exemplũ, f Itaq; hoc exemplo aĩati moneo vt patientes ſitis,vſq; ad aduentũ dñi,qñ & illorũ neqtia vindictã, & vrã patientia recipiet coronã g Ab agricola diſcite patientiã,q poſtq̃ ſeminis ĩ terrã iacti fecit diſpẽdiũ,patienter fructũ terrę ꝑcioſũ(quẽ ſuo tpe ex ſemine illa eſt ꝓductura)expectat,nihil murmurãs ſi nõ ſtatĩ iacto ſemie ꝓdeat fru-

a Theſaurizaſtis vobis irã in nouiſſimis diebus.

b Ecce merces operariorum qui meſſuerunt regiones veſtras quæ fraudata eſt a vobis,clamat.

c & clamor eorũ in aures domini ſabaoth introiuit.

d Epulati eſtis ſuper terram,& in luxurijs enutriſtis corda vrã.

e In die occiſionis adduxiſtis & occidiſtis iuſtum,& non reſtitit vobis.

f Patientes igitur eſtote fratres,vſq; ad aduentum domini.

g Ecce agricola expectat precioſum fructum terræ.

a patienter ferēs, donec accipiat temporaneum & ſerotinum.
b Patientes igitur eſtote & vos & confirmate corda veſtra.
c qm̄ aduentus domini appropinquabit.
d Nolite ingemiſcere fr̃es in alterutrum.
e vt nō iudicemini.
f Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit.
g Exemplum accipite fratres, exitus mali, laboris, & patientiæ ꝓphetas, qui loquuti ſunt in nomine dn̄i.
h Ecce beatificamus eos qui ſuſtinuerunt.
i Sufferentiam Iob audiſtis.
k & finē dn̄i vidiſtis
l qm̄ miſericors dn̄s eſt & miſerator.

ctus. a ſed patienter ſuſtinet, donec in futuro accipiat fructum duplicē, priorē quidē, & qui adiicitur, poſteriorem b Sic & vos qui modo in lachrymis ſeminaſtis, patiētes eſtote & pſeuerantes voſipſos p patiētiam confirmantes, c quoniam in proximo eſt & non tardabit, qui copioſiſſime remuneraturus eſt vobis, d Nolite fratres cū ab aliis oppreſſi pſecutionē ſuſtinetis, aduerſ⁹ inuicē, ex odio aut vindictæ amore aut murmuratione ingemiſcere, e vt non fructum patientiæ pdentes, etiam condēnationis æternæ iudicio efficiamini obnoxij. f Ecce qui iudicabit adeſt vbiq;, vidēs omnia, vt cum latere nihil poſſit, & in ꝓximo eſt vt coronet, quos probatos conſpexerit, g Sint vobis ꝓ exēplo Prophetarum afflictiones, etiā vſq; ad ignominioſæ mortis exitū, vna ex parte, & contra hæc illorum longanimis patiētia: qui tamen tam inſigni erāt ſanctitate, vt etiam p ſpiritum domini futura prædicerēt. h Scitis ꝙ beatip dicantur, & memoria æterna commendati facti ſunt, quos probauit patiētia, i Nemo veſtrum eſt, qui non audierit de inſigni illa patiētia beati viri Iob. k Cognoſcitis ſimiliter, quo fine dominus eius finē remunerauerit, etiā in præſēti vita reddēs ei dupla oīa l qm̄ natura miſericors eſt, & miſereri ſemp

ſolitus Deus noſter, a Diligentiſſime autē abſtinete ab omni iuramēto malo vt non iuretis neq; p cœ'um, neq; p terram, neq; alio quocunq; ſuperfluo iuramēto. b Sit autē ſermo veſter ſimplici affirmatione aut ſimplici negatione enunciatus, abſq; iuramēti adiectione, vt non ex iuramenti ſupfluo vſu, iudicium incurratis. c Si quis veſtrum triſtitia aut grauitate ſpiritus vexatur, oratione & pſalmodia ſtudeat illam depellere, vt non immoretur in eius animo, nec ad impat ētiam deueniat. d Si quis eſt corpore grauiter & cum periculo infirmus curet adduci Preſbyteros Eccleſiæ, qui ſuper eum & pro eo orationē facientes, vngēt eum oleo ſancto & conſecrato ſanctæ vnctionis, cum inuocatione nominis domini. e Et oratio illa communis fidelium, per virtutē fidei tam in vngentibus ad conferendum q̃ in vncto ad deuoteſuſcipiendū exiſtētis, ſaluum faciet infirmum. f Ita vt melius habeat, aut etiam in totū conualeſcat, iuxta quod expedire nouerit Deus, g Et ſi in peccatis exiſtat, per fidei & ſacramenti & orationis virtutem, dimittentur ei. h Deniq; confitemini peccata veſtra erga inuicem maiora quidē ſacerdotibus ſolis, minora etiā proximis familiaribus, i & orate ꝑ inuicē, vt pariter eandem ſalutē omnes

a Anteoīa frēs mei, nolite iurare neq; per cœlū neq; p terram, neq; aliđ quodcūq; iuramentum,

b Sit autem ſermo veſter, eſt eſt: non, non: vt non ſub iudicio decidatis.

c Triſtatur autē aliquis veſtrum oret, æquo aīo? & pſallat

d Infirmatur quis in vobis, inducat Preſbyteros Eccleſiæ, & orent ſup eū vngentes eum oleo in nomine domini.

e Et oratio fidei ſaluabit infirmum,

f Et eriget eum dominus.

g Et ſi in peccatis ſit, remittentur ei.

h Confitemini ergo alterutrū peccata veſtra,

i & orate pro inuicē vt ſaluemini.

a Multū enī valet deprecatio iuſti aſſidua. b Helias homo erat ſimilis nobis paſſibilis, & oratione orauit vt nō plueret ſuper terrā, & nō pluit annos tres & menſes ſex. c Et rurſū orauit & cœlū dedit pluuiā, & terra dedit fructum ſuū. d Fratres mei. ſi quis ex vobis errauerit a veritate & cōuerterit quis eum.

e ſcire debet, quoniā qui conuerti fecerit peccatorē ab errore viç ſuæ, ſaluabit animā eius a morte. f Et operit multitudinem peccatorum.

conſequamini. a Multum enim potens & valida eſt oratio iuſti, ſi fuerit aſſidua & efficaciter effuſa, b Id in Helia apertiſſime patet, qui oratione ſua cœlū continuit, vt non daret pluuiā ſuper terram & non fuit pluuia vlla per totum trium annorum ſpacium & ſex menſium. c Iterumq; orando obtinuit, vt deſcenderet ſup terram pluuia, & dedit terra irrigata (vt ſolebat) fructum ſuum. d Fratres mei, ſi quis veſtrum errauerit a via veritatis, ſiue rectum fidei dogma deſerens, ſiue etiam vitæ ac morum rectitudinem, qui illum ab errore ad rectū iter reduxerit, e ſciat ille, quod quiſqs peccatorem ab errore in quo viuebat quomodocunq; conuerti fecerit, ſaluabit et eius & ſuam ipſius animā a morte æterna. f Plurima quoq; per tantum miſericordiæ opus peccata delet coram domino, tam eius quem conuertit quā propria, quibus erat forte venialiter maculatus.

¶ Finit text⁹ Epiſtolç Canonicæ Beati Iacobi. Apoſtoli.

¶ Finit Elucidatio in Epiſtolam Canonicam Beati Iacobi Apoſtoli.

¶ ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN priorem Epiſtolam Canonicam Beati Petri Apoſtoli.

Imõ Petrus, diſperſis p diuerſa loca fidelibus, ſui paſtoralis memor officij, hãc ſcribit exhortationibus & bonis inſtructionib⁹ plenam epiſtolã In cuius principio regeneratoris nr̃i Dei miſericordiã benedicẽs, quæ a nobis p Chriſtum ſperanť futura bona cõmemorans, monet ꝑpter horũ expectationem, in tribulationib⁹ q̃ ad exercitiũ & ꝓbationem fidei a Deo, electis aduenire pmittunť) eſſe patientes eorũ in hoc fidẽ collaudãs, ꝙ in eũ quem nõ vidiſſent crederent p quã fidem, dicit eos puenturos ad verã ſalutem de qua & olim a dieb⁹ antiquis p̃dixerũt prophete nõ q̃dem ſibi nec ſuo tpe implenda, ſed pro tempore iſto gratię, in quo nos ſumus nouę legis Chriſti fideles. propter quod tanta accepta gratiã, monet eos ſuccinctos lumbis mentis, ſecundum ſpem & vocationem ſuam digne & ſancte in omni conuerſatione viuere, quomodo ſanctus eſt qui vocauit nos Deus, qui cũ ſine perſonarum acceptione iudicet de omnib⁹, merito nos oportet de noſtra bona conuerſatione eſſe ſolicitos, ſcientes quanto nos precio agnus Dei immaculat⁹ redemerit ad vitam. Conſcientias nr̃as caſtificando ac puras faciendo, potiſſimũ charitate tanquã qui ſpirituali generatione per ſemen verbi Dei ſim⁹ regenerati, quã ſane regenerationem ſpiritualem ſãcta decet & ſpiritualis cõuerſatio. Propter q̃d, ſcđi capitis inicio, tanq̃ paruulos in Chr̃o regeneratos, omni malicia & dolo abiectis, ſalutaris doctrinæ lac monet cõcupiſcere, & Chr̃i dulcedinem guſtare, eiq; tanquam lapidi viuo per fidem aſſociari in ſpiritualis ædificij, hoc eſt, Eccleſię ſanctæ, compoſitionem. De quo lapide conſequenter narrat quemadmodum a quibuſdam ſit repulſus, eiſque petra offenſionis

factus, aliȷs autem credentibus factus fuerit in honorem; ita
vt propter fidem eius, & regale ſacerdotiū, & gēs ſancta no-
minentur. populus quoq; mirabiliter acquiſitus, ad laudem
gloriæ Dei. Hortatur autē omnes, quaſi aduenas in hoc ſæ
culo, a carnis concupiſcentiȷs abſtinere, & inter gētes bene
prudenterq; conuerſari, vt omnem auferat eis occaſionē bo
num nomen Chriſti maledicendi, omnibus hominibus iu-
bens eos eſſe ſubditos, præcipue ſęcularibus poteſtatibꝰ, eo
quod ſit voluntas & ordinato Dei, a quo eſt omnis poteſtas
nec prætextu libertatis Chriſtiane aliud agant, quam debēt
Seruos autem peculiariter, ad obedientiam dominis etiam
difficilibus & moroſis pręſtādam, inſtituit in hoc dicens eſ-
ſe Chriſtianę perfectionis gratiam, ſi quis etiam ſine cauſa
ferat patienter, quę non commeruit, Chriſti domini ad hoc
exemplum inducēs, qui ſine omni ſuo demerito peccata no
ſtra ipſe pertulit in ligno. Cuius exēplum, poſtquam ad ip-
ſum conuerſi ſumus paſtorem noſtrum & Epiſcopum, oī-
modis nos cōgruit imitari. Dehinc tertio Capitulo, mulieres
inſtituit, docens eas viris eſſe debere ſubditas, & in timore
erga viros ſancte conuerſari, ornatumq; ſuperfluum & cu-
rioſum exterioris hominis interdicens, verum ornatum qui
eſt ī interiori homine, in ſpiritu pacato, modeſto, & humili
manifeſtat exemplum Saræ, quæ Abrahæ vt domino obe-
diuit, eis tanquam bonis filiabus proponens. Viros autē do
cet ſuis vxoribus tanquam vaſculis infirmioribus ſecūdum
diſcretionem couti eiſq; pro ſua infirmitate deferre, nō qua
ſi ſcortis abuti, aut quaſi ancillas contemnere, Poſt quod,
ad generalem exhortationem trāſiens, omnes ad fidē, vna-
nimitatem, fraternum amorem, & cęterarum virtutū ſtudia
adhortatur, præcipue autem ad patientiam exhibendā, ne
malum reddant pro malo, ſed in omnibus a malo declinan-
tes ſectentur quæ bona ſunt, & ne pręter Chriſtum dominū

quẽquã metuant,aut ab vlla poteſtate terreantur, poſtquã virtutis æmulatores ſe exhibuerint,parati ſemper ad rationabilem reſponſionem,ijs qui de ſua fide & ſpe eos interrogauerint vt ſic tam exemplo q̃ verbo poſſint & alios lucrifacere.Bonum autem eſſe pro iuſtitia pati, Chriſti exẽplo declarat,qui pro nobis iniuſtis,iuſtus ipſe mori voluit.Qui quidem Chriſtus,non ſolũ nunc de noſtra liberatiõe eſt ſollicitus pro noſtra ſalute veniens in carne viſibiliter,ſed etiã olim ſollicitus fuit pro conuerſione hominum,in diebus Noe,quando ſpiritu veniens,per ſanctos viros ſancto ſpiritu inſpiratos,excæcatos illius temporis homines,ad pœnitentiam reuocare ſatagebat, Vbi occaſione Noe de arca loquens,ipſam euaſionem per arcam cum baptiſmali regeneratione,tanquam figuram cum figurato,comparat.Quarto autem capitulo,omnes monet fideles,recogitatione exẽpli huius quod in Chriſto præceſſit,contra omnes malas cõcupiſcentias carnis armari,& ſolius Dei voluntati de cætero obtemperare,Iterumq; ad orationis & charitatis cæterarũq; virtutũ ſtudia,eos adhortatꝛ,& peculiariter ad adminiſtrãdũ acceptas grãs in inuicẽ.Deĩde eos ꝑmonet,ne eis mirũ & nouũ videatꝛ,qđ ꝓ veritate pſequutionẽ patiãtꝛ ſed magis glorię ſibi ducãt,ꝓ iuſtitia & Chri noĩe,ſine cauſa mala pati.Vltio deinde cap.pſbyteros & prępoſitos monet ſacerdotes,gregi ſibi credito fideliter itendere,eiq; ſe formam & exemplum exhibere,ex animo propter Deum.Adoleſcẽtes,ſenioribus ſubeſſe.Omnes vero erga inuicem humilitatẽ demõſtrare.Sub potẽti quoq; manu Dei,vt exaltentꝛ venturo tpe,nunc eos docet humiliari,oĩ ſollicitudie in deũ ꝓiecta.Sobrios quoq; ac vigilãtes eſſe contra aduerſariorum aſtutiã,iportunitatẽ,& credulitatẽ.Tãdẽ ꝓ eorũ cõſũmatione deũ deprecatus,familiaribꝰ ſalutationibꝰ appoſitis,ita claudit Epiſtolam. Finit argumentum.

TEXTVS EPISTOLÆ Canonicæ prioris Beati Petri Apl̃i.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM Canonicam priorem Beati Petri Apoſtoli.

TEXTVS, CAP. Primum.

ELVCIDATIO CAPITIS Primi.

PETRVS a Apoſtolus Ieſu Chriſti electis

b aduenis diſperſionis Ponti, Galathiæ, Capadociæ Aſiæ & bithymę.

c ſecundum prȩſcientiam Dei patris,

d in ſanctificationem ſpiritus:

e in obedientiam. & aſperſionē ſanguīs Ieſu Chriſti.

f Gratia vobis & pax multiplicetur.

PETRVS a APOſtolus Ieſu Chriſti, ſcribit ſalutemq; dicit fidelibus electis a Deo, b qui propter diſpertionē ex perſequutionis rabie quaſi aduenę & peregrini agunt apud Pontum, Galatiam, Capadociam, Aſiam atque Bithymiam, c electis (inquam) ſecundum DEI patris æternam preſcientiam, d in ſanctificatione ſpiritus, quæ eſt iuſtificatio ex fide, e ad obediendum fidei, & participandum de virtute & efficacia ſanguinis IESV CHRISTI quo ſic aſperſi ſunt omnes fideles. f Gratia vobis & pax vera, a Deo copioſa donetur, & creſcat de die in diem.

a Benedictus ſit DEVS qui eſt pater domini noſtri IESV CHRISTI, b qui non ſecundum noſtrorum operum merita, ſed ſecundum magnam miſericordiam ſuam renaſci nos fecit generatione ſpirituali (quę eſt ſecunda hominis natiuitas) in ſpem vitæ æternæ, c per reſurrectionem a mortuis IESV CHRISTI, d vt ſuo tempore accipiamus illam æternæ vitæ hæreditatem, quæ eſt incorruptibilis atq; indeficiens, nulla imperfectiōe aut defectu contaminata, & in eodem ſemper floro gratiſſima permanens, e quę ſuo tempore reddenda ſeruatur in cœlis, erga vos, & pro vobis omnibus, f quos nunc virtus ſpiritusſancti cuſtodit per fidem vt ſitis apti & digni ad recipiendam ſalutem illam, quæ credentes manet reuelanda in nouiſſimo die. g Ob quam rē & in qua re exultare & gudere plurimū debetis, etiam ſi nunc in hoc tempore multa occurrant aduerſa, & tentationes plurimæ, quæ triſtitiam adferunt corpori, quæ non niſi modicum aliquid videri poſſunt ſi ad illius futuræ gloriæ retributionem mens noſtra conſpiciat. h Hoc enim Deo ſic diſponēte permittit, vt fides veſtra ſic per patientiam probata fiat pręclarior, quomodo aurum igne examinatum probatius habetur.

a Benedictus deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti.
b qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuam.
c per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis. d in hæreditatē incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſſibilem.
e cōſeruatā in cœlis.
f In vobis, qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratā reuelari in tēpore nouiſſimo.
g In quo exultabitis, modicū nunc ſi oportet cōtriſtari in varijs tentationibus,
h vt probatio veſtræ fidei multo pręcioſior ſit auro qđ per ignē probatur

a Inueniatur i laudē & gloriā, & honorē, i reuelatiōe Ieſu xp̄i.
b quē cū nō videritis diligitis, in quē nunc quoq; non videntes creditis.

c Credentes aūt exultabitis lætícia inenarrabili & glorificata.

d reportantes finē fidei veſtrę ſalutem animarum veſtrarum.

e De qua ſalute exquiſierūt atq; ſcrutati ſūt Prophetæ.

f qui de futura in vobis gratia prophetauerunt.
g Scrutantes in quod vel quale tēpus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti,
h prenuncians eas q̄ in Chriſto ſunt paſſiones.

& poſteriores glorias
i Quibus reuelatū eſt

a & ſic probata ac precioſa inueniatur, tam Deo q̄ vobis, ad laudem gloriam, & honorem, in die quando reuelabitur iuſtus ille iudex Chriſtus Ieſus. b Quē vos tametſi nō videritis corporeis oculis, diligitis tamē, quemadmodū & creditis in eū, tametſi oculis corporeis nūc eum non videatis, aſſumptum in cœlos atq; ex vobis plurimi nunquam illū corporis viſu cōſpexerint. c Qui autē nūc ſic eum quem non videtis creditis, per fidem hanc perduceminí ad exultationem & læticiam futuram, ineffabilem & pleniſſime glorioſam, d recipientes finalem retributionem & fructum vltimum fidei veſtrę in qua hic ambulaſtis ſalutem animarum veſtrarum, id eſt, vitam in Deo ſempiternam. e De qua ſalute diligenter atq; vigilanter exquirētes, perſcrutati ſunt priores patres atq; Prophetę, f qui multo ante de hac gratia nouæ legis (quæ tunc adhuc futura erat) prædixerant. g diligenter conſyderātes in quod tempus iſta reſpicerent & quando eſſent implenda, quæ ſignificabat aliquando implenda ſpirituſſanctus. h prenuncians & multo ante prę dicens paſſiones Chriſti, quas pro hūani generis ſalute erat paſſurus, & ſubſequuturam poſt hac perfectam gloriam qua a patre erat poſt paſſiones ſublimādus. i Reuelatum eſt autem eis (ſpiritu

ſancto eodem docente) quoniam nõ ſibimetipſis iſta prænunciarẽtur, hoc eſt, ꝙ non pro ſuo tempore iſta dicerent. a ſed poſterioribus generationib⁹ (hoc eſt, vobis qui nunc eſtis in mundo) prophetabant & pnunciabant tunc ea quaſi ventura quæ nunc vt præterita & impleta nunciata ſunt vobis, b per eos qui ſpiritu ſancto de cœlo poſt Chriſti aſcẽſionem miſſo, & in ſe accepto, euangelizauerunt vobis ſancti Euangelij verbum, hoc eſt, per Apoſtolos Chriſti, c In quæ admiranda illa vobis euangelizata, aut in quem Chriſtum, angeli ſũma oblectatione indefeſſe proſpiciunt, quib⁹ ſatietas eſt & beatitudo illam cõtueri Chriſti gloriam, quam vobis nos prædicauimus. d Tales igitur habẽtes promiſſiones, talibuſq; propoſitis præmijs, mentem & omnes animę vires ab omni impedimento & ſuperfluitate vanitatum præcingentes, e ſobrie quoq; omnibus quæ in hac vita ſunt vtentes, non niſi quantum ad neceſſitatem attinet, & omnimodis perfecti, iuxta gratiã Dei, f ſperando acceptate gratiã iſtã quæ vobis vltro offertur, dum per Apoſtolorum prædicationem vobis Chriſt⁹ Ieſus manifeſtatur tanquam filij bene obedientes, g non amplius priora illa carnis deſyderia, quibus in infidelitate veſtra ſeruiebatis, inſequentes,

ꝗa non ſibimetipſis: a vobis aũt miniſtrabant ea quæ nunc nũciata ſunt.

vobis, b per eos qui euangelizauerunt vobis, ſpiritu ſancto miſſo de cœlo,

c in quem deſyderãt angeli proſpicere,

d Propter quod ſuccincti lumbos mentis veſtræ.

e ſobrij

perfecti

f ſperate in eã quæ offertur vobis, gratiam in reuelationem Ieſu Chriſti.

g Quaſi filij obedientiæ nõ cõfigurati prioribus ignorãtiæ veſtræ deſyderijs.

a ſed ſecundum eum qui vocauit vos, ſanctum, vt & ipſi in omni cõuerſatione ſancti ſitis. b quoniã ſcriptũ eſt, Sancti eſtote qm̃ ego ſanctus ſum.
c Et ſi patrẽ inuocatis eum, qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundum vnius cuiuſq; opus.
d in timore incolatus veſtri tempore cõuerſamini.

e Sciẽtes q̃ nõ corruptibilibus auro vel argento redẽpti eſtis de vana veſtra conuerſatione, pãternę traditionis.
f Sed precioſo ſanguine quaſi agni incontaminati & immaculati Chriſti,
g prę cogniti quidem ante mundi conſtitutionem.

h manifeſtati autẽ nouiſſimis temporibus.

i ppter vos q̃ p ipſũ fideles eſtis in deo.

a ſed ita conuerſantes ad exemplum Chriſti vt quemadmodum ipſe q̃ vos vocauit Deus, ſanctus eſt, ita & vos ſancti ſitis in omni conuerſatione veſtra. b quemadmodum in veteri lege, filijs Iſrael ſcriptũ fuit, Sancti eſtote, quoniã ego ſanctus ſum. c Et ſi credititis deũ, quem vt patrem odoratis & inuocatis, talem eſſe qui ſine perſonarum acceptione vnunmquẽq; iudicabit ſecundum opera ſua, d merito vtiq; in omni timore & circunſpectione cõuerſandum vobis erit hoc tpe peregrinationis veſtræ, donec huius mundi incolæ eritis. Illud ſemper ante oculos habentes, e q̃ nõ corruptibili pręcio, vt pote auro vel argento vel alio quouis lapide p̃cioſo liberati eſtis & redempti a veſtra mala conuerſatiõe, in qua vos inſtituerant idololatre & inobedientes patres veſtri. f ſed pręcio ſanguinis agni illius immaculati & incontaminati Chriſti domini noſtri. g quem ab æterno quidem ante mundi conditionem, pater ad humani generis redẽptionem, ſuo tempore mittendũ pręordinauerat, h ſed nunc primum veniente plenitudine tẽporis, circiter finem mundi, manifeſtum fecit, carne eum humana viſibilẽ, & per Apoſtorũ p̃dicationẽ toti orbi cognitũ faciens. i Manifeſtum (inq̃) ſic fecit, propter ſaluãdos vos q p ipſum creditis i Deũ, vt pote per filiũ factũ viſibilẽ, in patrem in

uiſibilē manentē. a qui pater eum ſuſcitauit a mortuis, & glorificauit, atq; exaltauit ad dexterā ſuam vt crederetis atq; ſperaretis in eum, non vt in purū hominem, ſed verumetiam Deū, ſuo patri per omnia ęqualem. b Sitis quoq; purificātes animas veſtras ab omni malicia & amaritudine, per obedientiā charitatis fraternę, ſubiecti inuicē in timore Dei. Et in amore fraterno, ex ſimplicitate cordis veſtri, feruēter vt poteſtis diligite inuicem, c nati denuo ſpirituali regeneratione, non ex ſemine terreno & corruptibili, ex quo erat prima veſtra naturalis generatio, ſed ex ſemine incorruptibili & ſpirituali, d quod eſt verbum ſancti Euangelij, verbum Dei viui qđ in æternum permanet. Propter quod etiam ęterna eſt & ſpiritualis regeneratio quę per eius fit verbū. e Nā de carnali generatione illud conſtat, ꝙ ęterna nō ſit, qm̄ omnis caro vt fœnum eſt nihil ꝑdurās, & oīs gloria ei⁹ īſtabilis & breuis eſt f quēadmodū flos gramis, q ſtatim vt ſole ęſtuāte gramē aruerit, ſimul decidit. g Sed verbū dn̄i ꝑmanet i ęternū, & itē q ex eo eſt ſpūalis gn̄atio ꝑmanebit ęterna h Hoc autē de quo loquimur verbi diuini ſemē, ipſum eſt qđ vobis ꝑ Aplōs Chr̄i euāgelizatū & ꝑ̄dicatū eſt. ꝑ qđ credētes regenerati eſtis, gn̄atiō e illa quæ ꝑmanebit in æternum.

a qui ſuſcitauit eum a mortuis, & dedit illi gloriam.
vt fides veſtra & ſpes eſſet in deo.

c animas veſtras caſtificantes.
in obedientia charitatis, in fraternitatis amore.

ſimplici ex corde inuicem diligite attentius.
c renati nō ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili.

d per verbum Dei viui & permanētis in ęternum.

e quia omnis caro vt fœnum & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Exaruit fenum & flos eius decidit.
f verbum autē domini ꝑmanet in æternū.

h hoc ē aūt verbū qđ

TEXTVS, CAP. Secundum.

a Deponẽtes igitur omnẽ malitiã & omnẽ dolũ & ſimulationes & inuidias, & omnes detractiones,
b ſicut modo geniti infantes.
c rationabiles, ſine dolo lac concupiſcite.

d vt in eo creſcatis in ſalutem.

e Si tamẽ guſtatis q̃niam dulcis eſt dñs.

f Ad quẽ accedẽtes lapidem viuum ab hominibus quidem reꝓbatum.

a deo aũt electum & honorificatum.
g & ipſi tanquã lapides viui ſupedificamini, domus ſpiritua

ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

I a Taq; chariſſimi, moneo & adhortor vos vt depoſito omni eo qđ malum eſt, hoc eſt, dolo, ſimulationibus duplicitatis, inuidia, detractionibus (q̃ omnia diuinæ generationi contrariãt) b quaſi infantes iam recenter per verbum Euangelij in Chriſto geniti, c nõ iam vt olim irrationabilium more pecudum, ſed vt rationabiles & ſpirituales, lac cœleſtis doctrinæ (quod & ipſũ prius ſemen appellauimus) deſyderate & poſtulate a Deo, d vt in eo in quo veſtræ regenerationis habuiſtis inicium, ſimul etiã creſcatis, & ꝑficiamini in ſalutẽ æternam. e Hoc autem dico & vos facile capitis, ſi modo, vt omnino de vobis cõfido, guſtum diuinæ dulcedinis experti agnoſcitis, q; ſuauis & dulcis eſt Chriſtus dominus. f Ad quem voſipſos adiungentes, tanquam ad lapidem viuum: omnibus vitam largientem qui ſe illi per fidem coniunxerint, ab hominibus quidem incredulis, gentibus atq; Iudæis, abiectum & conqtui habitun, a Deo autem & apud Deum electum & glorioſum g ſupedificari, & ſuper ipſo ſtrui vos ipſos curetis, per fidem ei adherendo, vt efficiamini pars Eccleſię Dei: quæ eſt domus ſpiritualis, in qua

Chriſtus Dominus & pater ipſe inhabitat, a & efficiamini ſacerdotes ſancti ad offerendum hoſtias rationabiles & ſpirituales, Deo acceptabiles, per Ieſum Chriſtum. Omnes enim orationes fidelium & gratiarum actiones, per Ieſum Cnriſtum patri acceptæ fiunt. b Quibus conſonat ſcriptura Prophetica. Ecce pono in Syon lapidem ſummāgularem id eſt, qui ſtructuræ parietum angulos complectatur, in vnum coniungat, atq; contineat, c lapidem multis paſſionum tunſionibus bene probatum electum a Deo, & precioſum, d Et omnis qui in hunc viuum lapidem credēs, ſe illi adiunxerit, non confundetur in nouiſſimo, ſed ſaluabitur. e Vobis igitur ex hoc lapide honor eſt: qui in eum credidiſtis, Incredulis autem contingit, & quantum ad eos illud impletur, quod ī Pſalmo de hoc lapide dicitur. f quoniam lapis iſte, quem ædificare volētes ſuam Synagogam Iudæi, quaſi inutilē abiecerunt, tandem diuina diſpoſitione factus eſt clauſula, & conſummatio totius ædificij, poſitus in ſummitate ſtructuræ, ad continendum in angulo diuerſos parietes. g Eſtq; lapis offenſiōis in quem impingunt in verbum fidei, illi ſe opponendo, & non credunt verbo, ad quod tamen a Deo vocati fuerunt, vt per ipſum ſalui fierent, Vobis autem

a in ſacerdotiū ſctm̄ offerentes ſpirituales hoſtias, acceptabiles deo per Ieſū Chriſtū

b Propter quod continet ſcriptura, Ecce ponam in Syon lapidem ſummum angularem.

c probatum: electum precioſum.

d et qui crediderit in eum nō cōfundetur.

e Vobis igitur credētibus honor, Non credentibus autem.

f lapis quē reprobauerunt ædificantes hic factus eſt in caput anguli:

g & lapis offenſionis & petra ſcādali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo poſiti ſunt.

a vos aũt genus electum regale ſacerdotium.

b gens ſancta, populus acquiſitionis.

c vt virtutes annunciétis eius.

d qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum.

e Qui aliquando nõ populus dei, nunc autem populus Dei.

f qui non cõſecuti miſericordiam, nunc autem miſericordiã conſequuti.

g Chariſſimi obſecro vos tanq̃ aduenas & peregrinos, abſtinere vos a carnalibus deſiderijs.

qui in eum credidiſtis, illud merito aptari poteſt, quod olim populo Iſraelitico ſecundum carnem, ſub typo populi fidelis, Moyſes lequebatur, a Nempe ꝙ ſitis genus a Deo electum, & regale ſacerdotium, quos ſimul oẽs (ſpirit⁹ ſancti vnctiõe) Chriſt⁹ fecit reges & ſacerdotes b gens ſancta, per fidem, populus peculiaris, magno precio empt⁹, cõparatus, & conquiſitus, ad Dei gloriam c vt liberalitatẽ, benignitatẽ, miſericordiam, charitatem, & omnem virtutẽ ei⁹ quam erga nos oſtendit, perpetua laude, & gratiarum actione continua prædicetis quicunq; eius beneficia agnoſcitis. d Eius (inquam) q de tenebris infidelitatis & ignorantiæ noſtrę, per vocationis ſuę gratiam, dignat⁹ eſt nos educere, in admirabile lumẽ ſuum, qđ p ſpiritum ſanctum in cordibus noſtris exortum fideles nos fecit. e Qui aliquãdo eratis non populus Dei, Deo ingrati & odibiles, propter infidelitatem, nunc autem, propter fidem peculiaris populus Dei. f Qui aliquaudo non conſequuti miſericordiam, ſub ira Dei degebatis, nunc autem miſericordiam conſequuti in gratia Dei eſtis. g Qnoniam igitur tantis vos beneficijs Deus dignatus eſt obſecro vos chariſſimi vt tanquam aduenæ & peregrini in hoc ſæculo, non in

hærentes huic mundo, ſed proficiſcentes ad patriam, abſtineatis a carnalibus concupiſcentijs, eis nullo modo obſequentes, a quæ pugnant contra animã vt eam diabolo tradãt, & ſpiritui aduerſantur contra quem concupiſcũt. b Cõuerſationẽ veſtram quam inter gentes ducitis, ſtudentes habere bonam ac ꝓbatam, c vt quantum ad obtrectationes, quibus vos infamare quærunt & de vobis male loqui, tanquam demaleficis d cum diligenter veſtram conuerſationem cõſyderauerint, & iuenerint nihil ſe reprehenſione dignum in vobis conſpicere, e ſic ꝑ efficaciã veſtrorum exemplorum bonorum inducantur ad glorificandum Deum, in tempore quo eos dominus viſitare ad conuerſionem ſuã diſpoſuerit. Infideles enim qui prius fideles blaſphemabant, poſtquam per bona eorum fuerint etiam ipſi (diuina ꝓueniẽte viſitatiõe) ad fidẽ conuerſi, glorie fiant & laudant Deum, propter bonam conuerſationem fideliũ, perquam ſe de infidelitate & errore agnoſcunt liberatos. f Illud itaq; vos præcipue moneo, vt de omnibus hominibus per veram humilitatem, propter Deum ſubijciatis voſipſos, habendo omnes in reuerentia, amore, & honore, quaſi ſuperiores, vnicuiq; in ſuo gradu & ordine. g Regi quidem tanquam alijs præmi-

a quæ militant aduerſus animam.

b cõuerſationem veſtram inter gentes habentes bonã.

c vt in eo qđ detractant de vobis tãquã de malefactoribus.

d ex bonis operibus vos conſyderantes.

e glorificent deum in diẽ viſitatiõis.

f Subiecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter deum.

g Siue regi quaſi præ

nenti, & populo prępoſito. a ducibus item, & inferioribus ſub rege poteſtatibus, quaſi a deo deſtinatis & ad hoc deputatis b vt pro malefactis vindictã, pro benefactis laudem & præmiũ reddant, quod eſt adminiſtrare iuſtitiam. c Sic enim Deus vult, & ita fieri oportet vt per veſtra benefacta & conuerſationem veſtram, occludatis os hominibus infidelibus & veritatis ignaris, qui vos obſeruant, vt inueniant vnde de vobis male loquantur. d Sic autem vos in omnibus geratis, quaſi vera & ſpiritꝰali libertate exiſtentes liberi. Neq; habeatis libertatem pro velamine maliciæ ſub prætextu libertatis Euangelicæ carnis petulantiam perficientes, quemadmodum faciunt qui libertatem dant in occaſionem carnis, rebellantes ſub ſpecie libertatis dominis ſuis temporalibꝰ aut ſpiritualibus, nolentes eſſe ſubiecti. e ſed ſic vos habete quaſi ſerui Dei, a cuius ſeruitute, vera libertas neminem ſubtrahit. f Itaq; rurſum vos moneo, vt omnibus honorem & reuerẽtiam exhibeatis, fraternam quoq; charitatẽ diligatis. g Deum timeatis, & regem honore afficiatis. h Qui autem ſecundum temporalem conditionẽ ſerui ſũt obediant dominis ſuis, cum omni reuerentia. i non modo benignis & facilioribus, verumetiam ſi difficiles fuerint at

cellenti. a ſiue ducibus, tanquam a deo miſſis.

b ad vindictam malefactorum, laudẽ vero bonorum.

c Quia ſic eſt voluntas dei vt benefacientes obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.

d Quaſi liberi & non quaſi velamen habentes malicię libertatem

e ſed ſicut ſerui dei

f Omnes honorate, fraternitatem diligite

g deũ timete, Regẽ honorificate. h Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis.

i nõ tãtũ bonis & modeſtis ſed etiã diſcolis

que moroſi,ob hoc eos dimittere non poſſunt. a Hæc enim eſt Euangelicæ gratiæ perfectio,ſi propter timorē Dei (dictante conſcientia)quis patienter ſuſtineat triſtia aut grauia,ſine cauſa aut ſuo merito eiuſmodi patiens. b Nam quæ erit perfectio aut quæ ſupererogatio,quodue ſingulare præmium erit, ſi patienter ea tantum ſuſtineatis mala q̄ pro peccatis veſtris infliguntur vobis? c Veluti quis(exempli gratia) propter peccatum ſeruus a domino colaphis cedatur.Sic enī & fures & latrones patiuntur. d Verum,ſi poſtq̄ omnia recte feceritis nihil mali promeriti,a moroſis tamē dominis ſine cauſa percutimini, & id patienter Deū habētes in cōſcientia, ſuſtinetis, e hæc eſt Euāgelicæ pfectionis gratia,Deo placita, quā Chriſtus dominus & verbo docuit,& exēplo mōſtrauit. f Ad hoc enim vocati eſtis,vt Chriſtum dominum veſtrum imitemini. g Chriſtus enim dominus noſter, pro noſtris demeritis pati voluit, vobis omnibus fidelibus exēplum in ſe relinquēs ad imitandum,vt per eandē ſimiliter patiētiæ viam pergatis. h Qui peccatum nullum vnquam commiſit,non modo in opere, ſed neq; in verbo doloſo aut mēdacio. i Qui cum maledictis & contumelijs afficeretur, non reddebat maledicta.Cum pateretur,non intē

a Hęc eſt enim gratia ſi propter dei conſciē tiam ſuſtinet quis triſtitias, patiēs iniuſte,

b Quę enī eſt gratia,

c ſi peccantes & colaphiſati ſuffertis.

d Sed ſi benefacientes patiēter ſuſtinetis.

e hæc eſt gr̄a apud deū

f In hoc enī vocati eſtis

g quia & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius.

h qui pct̄m nō fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius.

i qui cū malediceretur nō maledicebat.

k cum pateretur non

comminatur.
a Tradebat autē iudi canti ſe iniuſte.

b Qui peccata nr̄a ip ſe ptulit i corpore ſuo ſuper lignum.
c vt pc̄tis mortui iuſti ciç viuamus cuius li• uore ſanati eſtis.

d Eratis enim ſicut o• ues errantes.

e ſed cōuerſi eſtis nūc ad paſtorem & Epi• ſcopum animarū ve• ſtrarum.

tabat crucifigentibus minas. a ſed vo• lunntarie ſe tr adebat, hoc eſt, tradi per• mittebat ei qui ſe eſſet iniuſte condem• naturus ſine cauſa. b Qui pro pecca• tis noſtris pœnā ſuſtinuit, in carne ſua, in ligno crucis. c vt deſtructis & expia tis peccatis noſtris, nos a peccato dein• ceps ceſſātes, operaremur opera iu• ſticiæ, cuius vulneribus & doloribus, vos ſanati eſtis. d Eratis enim ante conuerſionem, quaſi oues a recta via & a paſtore id deuia, poſt alienos Deos & falſos paſtores, aberrantes. e Nunc autem rediſtis p pœnitentiam ad fidem conuerſi, ad illum qui eſt ve• re paſtor, curator, & Epiſcopus anima• rum veſtrarum.

TEXTVS, CAP. Tertium.

a Similiter & mulie• res ſubditæ ſint viris ſuis,

b vt & ſi qui nō cre• dunt verbo p mulie• rum conuerſationem ſine verbo lucrifiant.

ELVCIDATIO CAPITIS, Tertij.

Quomodo autem ſeruos præce pi dominis ſuis eſſe ſubiectos, ſic mulieres ſuis debēt viris per reuerentiam & obedientiam ſuo modo eſſe ſubiectæ, b vt ſi qui forte ex viris, propter ſuam duriciem per verbum ſi dei cōuerti nō poſſūt ad fidē Chr̄i. ſaltē exēplo bonę cōuerſationis mulierū tra hantur ad eā, ſine verborum ſuaſionib⁹ qm̄ efficacior eſt conuerſationis probi tas quā virtus tantū ſermonis ſine ope

ratione. a Sint, inquam, ſubditæ mulieres, diligenter & ſollicite curãtes, vt ſanctam habeant conuerſationẽ ſuam b Quas nolo extraneo ornatui ſuperfluo & curioſo, aut comæ curandæ & criſpãdæ ſtudere, aut auro ſe ſuperfluo adornare, aut induendo veſtimenta nimiũ excedentis precij, ſuum corpus ſupfluis ſumptibus excolere, c ſed interior homo, & ſpiritus latens, quem Deus intuetur, ille curari debet & exornari bonis virtutibus, d q̃d erit, ſi ſpiritum ſuum ſtudeant incorruptum integrumq; ſeruare in manſuetudine, & ſilentia atq; quiete, q̃ ſui ſunt officij: ſine guarrulitate & contentionibus omnia agentes, e quodeſt in mulieribus maximũ ornamentũ. Cuiuſmodi ſpiritũ Deus maximi reputat, & eſt apud Deũ magni precij, magnęq; æſtimationis, pluſq̃ oĩa corporis q̃ poſſunt adhiberi ornaméta, f Exẽpla attẽdant ſanctarũ mulierũ, de quib⁹ in ſcripturis legimus, ꝙ ſperantes in domino & illi placere quærentes, ſic ſe ſpiritualibus ornamentis, per fidem & ſpem ornabant, ſubiectæ in honore & obedientia viris ſuis. g Quemadmodum exempli gratia Sara, Abraham vocauit dominum ſuum, in omnibus ei quaſi domino ſuo obediẽtiam pręſtans h Cuius eſtis vos ſanctę mulieres filiæ,

a Conſyderantes in timore ſanctam conuerſationẽ veſtram.

b quarũ nõ ſit extrinſecus capillatura, aut circũdatio auri, aut indumẽti veſtimẽtorũ cultus.

c Sed qui abſcondit⁹ eſt homo cordis,

d in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus.

e qui eſt in conſpectu Dei locuples.

f Si enim aliquãdo & ſanctę mulieres ſperãtes in deo ornabant ſe ſubiectæ proprijs viris.

g Sicut Sara obediebat Abrahæ dominũ eum vocans.

h cui⁹ eſtis filię bñfa-

elentes, & non pmit- tentes vllam pertur- bationem.

quæ credētes in dominum, obeditis viris veſtris propter Deum, benefaciētes, ſicut vobis ſecūdum Deum videtur cōuerſando, & non ptimeſcētes vllā quæcunq; aliūde acciderit, pturbationē, quoniam iuſtus non commouebitur in ęternum, & ab auditione atq; perturbatione mala nō timebit. a viri autē nō deſpiciant vxores ſuas, quanq̄ ſubditas, ſed tanquam ſuis comparibus, in coniugali actu potiſſimum, cohabitent eis ſocialiter, ſecundum ſciētiam, id eſt, cū diſcretione & ſollicitudine, b quaſi infirmioribus creaturis, quę in ſe generationis ſemē & recipiunt & conſeruant, ob quod debent multa cura & ſollicitudine erga eas, ſecundum ſciētiæ diſcretionē, viri conuerſari, c impartiēdo eis honorem, quaſi coniugibus & comparibus ſuis, deferēdo eis in multis, & earū neceſſitatibns diligenter prouidendo, atq; etiam infirmitates ſuſtinendo, nec eis quaſi ſcortis aut ancillis abutendo, d Sūt enim etiam mulieres cohæredes gratiæ Dei, quę eſt vita ęterna, & æque ad illam atq; viri, ſi bene viuant vocate, quoniā in Christo, non eſt maſculus neq; fœmina. e Idq; volo & præcipio, ob hoc, ne propter diſcordiā impediantur fructus orationum veſtrarum, vt non exaudiamini in orationib⁹ veſtris, f Tandem vero concludendo

a Viri ſimiliter.

cohabitantes ſecūdū ſcientiam.

b quaſi infirmiori vaſculo muliebri.

c impartiētes honorē

d tanquam cohęredibus gratiæ vitæ.

e vt non impediantur orationes veſtrę.

f In fide aūt oēs vna-

particulares exhortationes ad genera
lẽ traſiens: hortor vos omnes, in fide
vt vnanimes perſiſtatis. cõpatieutes ꝓ
ximorum miſerijs, a fraterna charitate
inuicen diligentes, miſericordes, mo
deſti, minimeq; ſeueri aut crudeles, hu
miles b nõ retaliãtes mala malis, sed
potius e cõtrario pro malo bonũ redda
tis c Quoniã inhoc vocati eſtis omnes
fideles, vt æternæ fœlicitatis perfectiſſi
mam illam benedictionem, in hæredita
tem veſtram accipiaris, propter cuiꝰ ſpẽ
merito nũc ab omni male dictione tẽpe
rantes, ſemper in benedictione perſta-
re debetis, d Nam iuxta Pſalmiſtam)
Qui quęrit vitam ſpiritus & deſyderat
vere bonos dies, & fœlicem æternitatis
accipere requiẽ, ſit illi prima cura, vt lin
guam ſuam ab omni malo ſermone co-
hibeat, & caueat ſibi, nec per labia ſua
loquatur fraudem, mendacium, aut de-
ceptionem contra proximum ſuum.
e Recedat etiam a malo, & bonum ſtu
dioſæ perficiat, Quærat pacem, & ſtu-
deat tenere, ſic vt eam apprehendat &
in ea maneat, f quoniam reſpectꝰ do
mini eſt erga facientes iuſtitiam, g ira
autem & toruus vultus domini, eſt con
tra omnes operantes malum. h Et quis
tandem vobis vel homo, vel diabolus,
ſecundum veritatem vllum poterit in-
ferrę nocumentum, ſi virtutis æmulato-

nimes compatientes.

a fraternitatis amatores miſericordes, modeſti, humiles.

b non reddẽtes malũ pro malo, nec maledictũ ꝓ maledicto. ſed econtra benedicẽtes.

c ꝗa in hoc vocati eſtis vt benedictionem hęreditate poſſideatis

d Qui enĩ vult vitam diligere & dies videre bonos coerceat linguam ſuã a malo.

& labia eius ne loquãtur dolum.

e Declinet autẽ a malo & faciat bonum, inquirat pacem & perſequatur eam.

f quia oculi domini ſu ꝑ iuſtos & aures eius in ꝓces eorũ. g vultꝰ aũt dñi faciẽtes mala.

h Et quis eſt ꝗ vobis noceat ſi boni æmulatores fueritis?

res ſitis, & bonum ſtudioſe operemini? Profecto nemo: quoniam ſecundū veritatem nemo homini poteſt nocere, niſi quiſq; ſibi ipſi. a Verūtamē, ſi forte aliquid occurrit ꝓpter iuſtitiā ſine veſtra culpa patiendum, diuina voce ex hoc beatitudo promittitur ęternę fœlicitatis & beatos vox Chriſti pronunciauit. b Ego autem moneo vos, nihil eos timére ſic vt conturbemini, qui corpori tantum nocere poſſunt, poſt hoc non habētes quid amplius faciant. c Magis autē dominum noſtrum Chriſtum, ipſū ſanctificate in cordibus veſtris, illum timēdo, d parati ſēper ſatiſfacere cōgruis reſponſionibus & rationibus inſtructionibus, de veſtra fide ac ſpe, iis qui vos humiliter (vt doceantur) interrogauerit aut etiam qui malicioſe oppugnare voluerint, e Non id quidem contentioſe, ſed cū modeſtia, reuerentia, & humilitate, habentes bonæ conſcientiæ teſtimonium de vita & conuerſatione veſtra. f vt quātum ad id quod vobis detrahere cupiunt infideles in ſeipſis confuſi erubeſcant, quærentes calumniari veſtram bonam conuerſationem, & nihil calumnia dignum inuenientes, quæ illis poterit fieri ſuę conuerſionis occaſio. g Melius enim vobis & ad ſalutē vtiliꝰ eſt (quando omnino Dei volūtas & diſpoſitio velit vos tribulationibꝰ ex

a Sed & ſi quid patimini propter iuſtitiam beati,

b Timorem aūt eorū ne timueritis, vt non conturbemini.

c Dominum autem Chriſtū ſanctificate in cordibus veſtris.

d parati ſemper ad ſatiſfactionem omni poſcenti vos rationem, de ea quæ in vobis eſt ſpe.

e ſed cum modeſtia & timore conſcientiā habentes bonam.

f vt in eo qđ detrahūt de vobis, confundanē qui calumniantur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem.

g Melius eſt eni, vt benefacietes (ſi volūtas Dei velit) pati,

ercitari) vt ſine veſtro demerito benefacientes patiamini iniuſte, quam ſi tanq̃ malefactores (vt puta contentioſi, ſeditioſi, inobedientes, & rebelles) patiamini. a Nam huius rei Christus nobis exemplũ reliquit, qui pro peccatis alienis hoc eſt noſtris, non ſuis, vltro paſſionẽ & mortem ſuſtinuit, ipſe iuſtus pro nobis iniuſtis, b vt nos Deo patri p mortem ſuam reconciliatos offerret atq; exhiberet, c carne quidem mortificatos, vt amplius carni non viuamus, ſpiritu autem viuificatos, vt deinceps ſecũdũ ſpiritum viueremus. d Quomodo (nẽpe in ſpiritu) ille idem deus, qui his nouiſſimis temporibus in carne apparuit, etiam olim in diebus Noe, quando ex domini iuſſu ille fabricabat arcam, quãdo expectabatur patientia Dei donec veniret finis eius, & omnis caro interficeretur, veniens ad illos incredulos homines, qui tũc in tenebroſa caligine errorum ſuorum iacebant demerſi, veniẽs inquam ſpiritu, prædicauit eis ad pœnitentiam reuerti, vt poſſint cum Noe ſaluari, inſpirando Prophetas & Noe, qui ex ore domini populum a malis reuocare quærebant. e In illa autem arca Noe, pauci admodũ, hoc eſt octo tantum hoíes, euaſerunt ex aqua, & per aquam ſubleuantem arcam ſaluati ſunt

q̃ malefacientes.

a Quia & Chriſtus ſemel pro peccatis nrîs mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis,

b vt nos offerret deo.

c mortificatos qđidẽ carne, viuificatos autẽ ſpiritu.

d In quo & his qui i carcere erant, ſpũ veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant dei patientiã in diebus Noe, cũ fabricaretur arca.

e In qua pauci, id eſt, octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam.

a Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos fecit baptiſma.

a Et hoc ipſum nunc in Eccleſia tēpore gratię, baptiſma (quod per aquã illã figurabatur, ſaluantem eos tantum qui in arca erant) facit, quia ſicut per aquam ſaluabatur arca, ſic per baptiſmum Eccleſia. b Baptiſmum autem dico, non ablutionem ſordium carnis noſtræ, ſed ad conſcientiam noſtram bonam apud Deũ commẽdẽdam, poſteaq̃ fuerit per ſacramentum baptiſmatis emundata.

b nõ carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio in Deum.

c Saluat (inquam) fidei hoc baptiſma per virtutem reſurrectiõis Chriſti a mortuis d qui nunc in patris dextera reſidet glorioſus, morte deuicta et penitus deleta, nos a ditione mortis æternæ per ſuam mortem temporalem liberando, e vt ab ea liberati, vitæ æternæ, modo quidem ſecundum ſpem, in futuro autem ſecundum poſſeſſionem hæredes efficeremur per ipſum. f tanquam præcurſor noſter, ad parandum nobis viã profectus in cælũ g ſubiectos ſibi dominus vniuerſos ſpirituum ordines, bonorum pariter atq; malorum.

c & per reſurrectionẽ Ieſu Chrĩ a mortuis. d q eſt in dextera dei degluriens mortem.

e vt vitæ æternæ hæredes efficeremur.

f pfectus in cœlum

g ſubiectis ſibi angelis & poteſtatib9 & vtutibus.

TEXTVS, CAP. Quartum.

ℭ ELVCIDATIO CAPITIS Quarti.

a Chriſto igitur paſſo in carne,

CHriſtus igitur omnium dominus, poſtquam per corporis paſſionem, prior ipſe præcedens exemplum nobis paſſionis in ſeipſo mon

ſtrauit. a vos quoq; ſeruuli, huius exempli meditatione, ſitis velut armati, vt nõ facile ob paſſiones corporis, malis quibuſlibet credatis, & cõſtãter vitia abnegetis. b Q m̃ in eo ꝙ in carne paſſionis acerbitatem voluntarie ſuſcepit poti⁹ q̃ voluptatem, docuit a peccatis (quæ ſũt ſecundum carnis voluptatem) debere nos ceſſare, & carni magis contraria & dura ſuſcipere, ſic nobis in ſeipſo exemplum præbens, c vt non vltra ſecundum carnalia humana deſyderia viuerent homines, ſed ſecundum voluntatẽ & ſanctiſſimum beneplacitum Dei, de cætero donec in carne permaneant, viuant. d Sufficit enim prioribus temporibus ſua malitia, & ſatis eſſe debet merito, ꝙ tantis temporibus aute prædicationem Euangelij, & ante conuerſionẽ noſtram, e gentiles homines inſeruierint luxurijs, & omnibus malis concupiſcentijs, vinolentijs, comeſſationib⁹, ebrietatibus, & nefarijs atq; prophanis idololatrijs. Satis, heu nimium ſatis iſta peregimus. f Atq; in hoc mirantur illi, qui adhuc in ſua infidelitate permanent, ꝙ vos non videant ampli⁹ ad ſua aduentare conuenticula, ad eandem luxuriæ & luxus omnis confuſionem, cu i ipſi intendunt, g & male loquuntur de vobis, propter bonam veſtram conuerſationem, indignantes vobis eo q; ab-

a & vos eadem cogitatione armamini.

b quia qui paſſus eſt i carne deſijt a peccatis

c vt non iam deſyderijs hominum, ſed voluntate dei quod reliquum eſt in carne viuat temporis.

d Sufficit enim præteritum temp⁹ ad voluntatem gentium cõſummandum.

e his q̃ ambulauerũt i luxurijs, deſyderijs, vinolentijs, comeſſationibus, portationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorum cultibus,

f in quo admirantur non concurrentibus vobis. in eandem luxuriȩ cõfuſionem. g blaſphemantes.

a qui reddent rationẽ ei qui paratus eſt iudicare viuos & mortuos

b Propter hoc eni, & mortuis euangelizatũ eſt.

c vt iudicentur qdẽ ſecundum homines in carne,

d viuant autem ſecũdum deum in ſpiritu.

e Omnium autem finis appropinquabit.

f Eſtote itaq; prudentes & vigilate in orationibus.

g Ante omnia aũt mutuam in vobiſmetipſis charitatẽ cõtinuã habẽtes. h quia charitas operit multitudinem peccatorum.

i Hoſpitales inuicem, ſine murmuratione. k Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiã, in alterutrũ illã adminiſtrãtes

ſtineatis a malo cõſortio eorũ, a A qui b⁹ rationẽ exiget, & quos iudicabit ille, q iã cõſtitut⁹ a Deo pře expectat, vt expectat, vt veniat iudicare omnes, & q in viuis adhuc agunt & qui iam ex viuis exceſſerunt. b Hanc enim ob cauſam, etiam infidelibus qui erant in ſua infidelitate (quaſi deſperati) mortui, annunciatum eſt patris voluntate Euãgelium Chriſti, c vt ipſi ad Chriſtum cõuerſi, iudicentur quidem ab hominib⁹ & ſecundum homines in corpore deſpecti habeantur, d viuant autem per fidem interius in ſpiritu. Verum nihil refert, ſi nunc boni a malis, quaſi miſeri & infœlices, ſecundum carnem iudicent. e Nam omnium finis de proximo imminet, & tunc ſecundum veritatem patebunt omnia, & qualis quiſq; fuerit apparebit. f Itaq; chariſſimi, eſtote prudentes & vigilantes (hoc eſt, intelligentia ſpirituali, & diligentes atq; atttenti) in orationibus. g Super omnia autem curate ſuper mutuam erga voſinuicẽ habere illæſam charitatem, h quoniã fraternę charitatis opera multa delent peccata, & via ſatiſfactionis, fraternæ charitatis officium, multa facile excuſat peccata. i Sitis ergo inuicem hoſpitales atq; miſericordes, cum animi hilaritate, ſine murmuratione. k Vnuſ qſq; quã accepit a deo gratiã, ſtudeat,

illā in communē vtilitatē proximorum cōferre, a ſic vt ſitis boni diſpēſatores gratiarū a Deo in cōmunē vtilitatē gratis datarum, quæ ſunt variæ admodū, & in diuerſis diuerſę. b Exēpli gratia, ſi quis ex gratia ſibi gratis data docendo ſiue exhortando loquitur, ſic loquatur quaſi ſermones, non hominis, ſed ipſius Dei, ſe tantum diſpenſatorē, nō dominum exiſtimans. c Qui corporale aliquod exhibet ex gratia dei miniſteriū, ſic agat, quaſi non ex propria virtute aut fortitudine, ſed quaſi ex virtute quam Deus ſibi in miniſteriū contulit proximorū, d vt ſic in omnibus, & ex omibus glorificetur, a quo ſunt omnia Deus, per Ieſum Chriſtū, cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorū, Amē. e De iſto vero perſecutiones & tribulationis igne, qui nunc feruet contra vos pmiſſione Dei, ad veſtram pbationem nolite mirari chariſſimi, quaſi peregrinū aliquid, nouum, & extraneū contingat, neq; conturbemini, f quaſi de re abſurda & inſolita. Semper eni ex antiquis diebus, a malis perſecutionē ſuſtinuerūt boni. g ſed potius i hoc gaudete, tanq̄ ſocij paſſionū Chri, qui p tribulationē nūc illi aſſimilamini, h vt cū reuelat⁹ fuerit & aparuerit in gloria ſua gaudij etiā & exultatiōis eius tūc pticipes ſitis, in ſocietate beatitudinis illius.

a ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei.

b Si quis loquitur quaſi ſermones dei.

c Si quis miniſtrat, tanquā ex virtute, quam adminiſtrauit Deus

d vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chrm, cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorum Amen.

e Chariſſimi. nolite peregrinari in feruore, q ad tētationē vobis ſit.

f quaſi noui aliqd vobis contingat.

g ſed cōmunicantes Ghriſti paſſionibus gaudete.

h vt & in tenebratione glorię eius gaudeatis exultantes.

a Si exprobamini, in nomine Chriſti: beati eritis. b qm̄ qđ eſt honoris, gloriǽ, & virtutis Dei, & q eſt eius ſpūs, ſuper vos requieſcet. c Nemo aūt vr̄m patiatur quaſi homicida aut fur, aut maledic⁹ aut alienorum appetitor. d Si autem vt Chrianus, non erubeſcat glorificet autem deum in iſto nomine. e quoniam tempus eſt vt incipiat iudicium a domo dei. f Si autem primum a nobis.

a Si conuitia vobis inferuntur, & ꝓbra ta ingeruntur propter nomen Chriſti, quod creditis & confitemini, ꝓ hoc bea titudo vobis eſt promiſſa, eritiſq; vere beati b quoniam verus & perfectus ho nor, & plena gloria, & tota Dei virt⁹, & ipſe ſpiritus Dei, ad beatitudinem ſem piternam requieſcet ſuper vos omnes, qui modo propter Chriſti fidem ꝓbra & conuitia ſuſtinueritis. c Nolim autē ita vos pœnas & conuitia ꝑpeti, eo mo do quo pati ſolent fures, aut homicidæ aut conuitiatores & blaſphemi, & qui aliena quærunt rapere, qui propter ſua facinora iuſte patiuntur. d Si vero cō tingat paſſiones vobis inferri titulo chri ſtianitatis, in huius nominis confeſſiōe glorificet deum quiſquis patitur, ꝙ di gnus ſit pro nomine iſto contumeliam pati. e Tempus enī iſtud qđ modo eſt hoc ſecundum diuinam ordinationem expoſtulat, vt venturum illud iudicium quod tam graue veniet in futuro tem pore, quodāmodo a bonis & fidelibus qui ſunt de domo & familia Dei, modo incipiat. Nam ꝙ Deus nunc ſuos etiam electos permittit crudelib⁹ affligi ſup plicijs, ſignum eſt præuium illius grauiſ ſimæ vindictæ, quam faciet ſuper ini micos ſuos in futuro examine. f Si au tem principium huius diſtrictiexaminis a nobis habet iniciū, qui ſumus in Chri

ſtum tamen credẽtes, a quo fine pu- tamus conſummabuntur illi, & quantũ ſuſtinebunt iudiciũ, qui Euangelio dei noluerunt credere? Vere exitus erit lon ge diſſimilis. b Et ſi iuſti quidem atq; electi non niſi per multas difficultates multaq; pericula, quæ ſine Dei gratia ſo la virtute humana vix poſſint effugi, ad ſalutem perducuntur, c impij & infi- deles homines, cæteriq; omnes peccato res, quomodo in conſpectu Dei appare re audebunt, aut vbi permanebunt, niſi in æternæ damnationis horroribus? d Itaq; boni qui modo ſecundum volũ tatem permiſſionemq; Dei patiuntur a malis, ſtudeant creatori ſuo Deo com- mendatas facere animas ſuas, per ſtu- dium bonorum operum, qui fidelis eſt, & ſuo tempore pro paſſionibus ſui no- minis gratia toleratis, redditurus eſt bo nam retributionem.

a quis finis eorum, q non credunt dei Euã- gelio.

b Et ſi iuſtus quidem vix ſaluabitur.

c impius & peccator vbi parebunt?

d Itaq; & hi qui pa- tiuntur ſecundum vo luntatẽ dei, fideli crea tori commendent ani mas ſuas in bñfactis.

ELVCIDATIO CAPITIS Quinti.

TEXTVS, CAP. Quintum.

a Seniores tandem & Preſbyteros, qui ſunt inter vos tanquã ſup alios conſtituti & præpoſiti, obſecro ego Petrus conſenior & compreſbyter, vna vobiſcum in eodem paſcendi onere ex Dei præcepto conſtitutus, qui etiam te- ſtis ſum paſſionum Chriſti, & earum ve

a Seniores ergo q in vobis ſunt obſecro, conſenior.

a & teſtis paſſionum Chriſti, qui & eius quę in futuro eſt gloriæ cõmunicator.

b paſci: e qui i vobis eſt gregē dei

c puidē s non coacte ſed ſpontanee ſecundum deum.

d Neq; turpis lucri gratia ſed voluntarie

e Neq; vt dominātes in cleris.

f ſed forma facti gregis exanimo.

g Et cū apparuerit princeps paſtorū, percipietis immarceſſibilē coronā glorię.

h Similiter adoleſcētes ſubditi eſtote ſenioribus.

i Oēs enim inuicem humilitatē inſinuate.

ridicus prędicator, a futurus, vt ſpero ſuo tēpore illius quoq; æternæ gloriæ communicator & particeps, quomodo etiam nūc ſecūdum ſpē me eſſe cognoſco. b Obſecro inquam vos vt ſtudioſe, tam verbo quam exēplo paſcatis, curetis, cuſtodiatis, quiſq; ſibi commiſſas oues, id eſt ſubditos veſtros, c diligēter & puide ſuperintendentes, nō quaſi ex coactione & inuiti, ſed libenter & voluntarie, non propter quæſtum, qui ex hoc officio turpiter quæritur], ſed propter bonā voluntatem ex amore Dei & zelo ſalutis proximorū. d Neq; tanq̄ dominum habentes & quaſi tyrannidē exercentes aduerſus ſortem vobis creditam, e ſed ita vt ſitis exemplum veſtris ouib⁹, ex bono affectu & ex corde ad hoc laborantes. Quod ſi nunc fideliter in gregis veſtri cura laboraueritis, f cum ille paſtorum princeps xp̄s dominus aduenerit in gloria patris ſui ad iudicium, accipietis mercedem ęternæ retributionis pfectam, & in ſuo vigore indeficienter permanentē. g Quomodo autem ſenioribus prępoſitis mādaui diligenter gregi ſuperintendere, ſic viciſſim ad adoleſcentioribus & ſubditis præcipio, vt præpoſitis ſeniorib⁹ ſint obedientes & ſubditi. h Et in vniuerſum cupio omnes erga inuicem humilitatē veram demonſtrare, & in alio-

tum cordibus velut notam facere ſupe- riores quidem ſuo modo erga inferio- res,& inferiores erga ſuperiores. a qm̃ dominus ,ſuperbis gr̃æ ſuæ beneficiũ denegat & ſubtrahit,humilibus autem promptus eſt ſemper dare gratiam, po ſcentibus. b Humiliamini itaq; ſub il- la omnipotẽti & plena potentia Dei, in lius ſeruitute & mandatis nunc perſeue rantes, c vt in tempore extremo(quan do veniet viſitare orbẽ terræ iudicio & iuſticia,ab eo exaltemini in gloriã æter nam., d Committẽtes illi pleniſſima & certiſſima fiducia omnem ſollicitudinẽ veſtri,nihil prorſus vano timore ſollici ti. e quoniam ipſe tanquã pater & do minus,veſtri tanquam ſeruorum ac fi- liorum ſuorum,ſummam curam gerit. f Eſtote vero ſobrij & in omnibus tem perantes ac vigilantes, diligenterq; ſu- perintendẽtes animabus veſtris. g qm̃ diabolus aduerſarius humani generis, ex omni parte vndequaque diſcur- rit,iam hunc illum tentans , atq; etiam eundẽ modo ſic modo aliter appugnãs h aliquem in damnationis baratrũ per os ſuum abſorbere cupiens. i Veſtrũ autem eſt,per fidem & gratiam Dei q̃ in vobis habitat : illi viriliter reſiſte- re, & tentanti conſenſum nullo mo- do præbere, k ſcientes & conſyde- rantes conſimilem perſecutionem,

a quia De⁹ ſupbis re ſiſtit

humilib⁹ aũt dat gra tiã. b Humiliamini igitur ſub potẽti ma nu Dei.

c vt vos exaltet in tẽ pore viſitationis.

d oẽm ſolicitudinẽ veſtrã ꝓijcientes in eum.

e quoniam ipſi cura eſt de vobis.

f Sobrij eſtote & vi- gilate.

g quia aduerſarius veſter diabolus tanq̃ leo rugiens circuit.

h quęrens quẽ deuo ret, i cui reſiſtite for tes in fide.

k Scientes eandẽ paſ ſionẽ ei quæ i mũdo eſt veſtræ fraternita- ti,fieri.

quã vos ſuſtinetis:etiã alijs fidelibus fratrib⁹ veſtris, vbiuis locorũ inferri ab infidelib⁹, vt ne exiſtimetis vos ſolos ꝓ xp̃i noie pſecutiones ſuſtinere. a De⁹ aũt a quo ois eſt gr̃a, qui vocauit nos ad ęternã gloriã ſuam in Chr̃o Ieſu, b vos qui nunc modicũ quid patimini ꝓ noie ei⁹, ipſe pfectos faciet p patientiã, confirmabitq; & ſolidabit p gratiã ſuam, vt nõ excidatis a firmitate in qua nũc ſtatis, in ęternum. c Ipſi eſt gloria & imperialis poteſtas, p æterna ſęcula, Amẽ. d Per Syluanũ vobis fidelẽ fratrẽ vt (equidem arbitror, & quantũ ego ſemp attẽdere i eo potui) ſcripſi vobis hęc breuiter, e obſecrãdo ac obteſtãdo vobis p̃dicãs & ꝓ certiſſimo affirmãs, ꝙ hæc gr̃a Chriſtianæ fidei in qua vos modo ſtatis, vera gratia ſit, p quã ſolã ſal⁹ parat̃ humano gñi f Salutẽ vobis aſſcribi petijt fideliũ Eccleſia, q̃ eſt in romana vrbe, tã q̃ in medio Babylonis & cõfuſionis, per ſpm̃ ſctm̃ mirabiliter congregata, g nominatim aũt Marcus, in baptiſmate & eruditione fili⁹ meus. h Salutate inuicẽ in oſculo ſctõ charitatis. i Gratia ſit omnib⁹ vobis, qui eſtis in Chriſto Ieſu fideles, Amen.

Finit Elucidatio in Epiſtolam Canonicam priorem Beati Pali Apoſtoli.

a deus aũt ois gr̃æ q̃ vocauit nos in ęternã ſuam gloriã in Chr̃o Ieſu b modicũ paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitꝗ.

c Ipſi gloria & imperium in ſęcula ſæculorum Amẽ. d Per Syluanũ fidelẽ fratrẽ vobis (vt arbitror) breuiter ſcripſi, e obſecrãs & cõteſtans hanc eſſe veram gratiam dei in qua ſtatis.

f Salutat vos Eccleſia quę eſt in Babylone collecta.

g & marc⁹ fili⁹ me⁹

h Salutate inuicem in oſculo ſctõ, i Gr̃a vobis omnibus qui eſtis in Chr̃o Ieſu, Amen.

Finit Textus Epiſtolę Canonicę prioris beati Petri Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolam Canonicam poſteriorem Beati Petri Apoſtoli.

COgnoſcens per ſpiritum Beatus Petrus Apoſtolus, in proximo depoſitionem ſui tabernaculi (ſic enim ipſe corporis mortem nominat) imminere, ad conſolationem fidelium, ſcribere eiſdem voluit ſecundam hanc admonitoriam Epiſtolam. In cuius ſtatim exordio proponens cœleſtium promiſſionum precioſiſſima dona, per fidem conſequenda ab iis qui corruptionem vitæ ſæcularis ſecuti non fuerint, gradibus quibuſdam vſq; ad ſummum charitatis apicem ſcandens, vt bonorum operum fructu non ſint vacui præmonet diligenter, ne tanquam cæci tentantes manibus aberrent a prppoſito termino, ſed per operum bonorũ diligens ſtudium, firmam curent efficere vocationem ſuã per quæ reddatur eis in regnum cœleſte indubitatus introitus. Propter quod ſe dicit illos vſque ad mortem ſuam, quam non longe cognoſcit abeſſe, de huiuſcemodi velle commonefacere, & id quidem ſic modo per literas, vt etiã poſt mortem, ſuarum admonitionum poſſint eſſe memores. Cuius occaſione, ad ſuæ Euangelicæ prædicationis cõſtabiliendam authoritatem: dicit ſe in prædicando CHRISTI Euangelium, non indoctas fabulas fuiſſe ſectatum ſed ea quæ annunciauit de CHRISTI diuinitate, difficile ex firmiſſimo patris teſtimonio, quod in monte transfigurationis audiuit, cui per omnia Pſalmi prophetia aſtipulatur, quæ in ſuo ſtatim principio eundem ad filium Dei ſermonem dirigit, quem pater de cœlo in eius glorificatione intonuit. Scripturam autem propheticam lucernam nomi-

nans,cōmendat,affirmās eā humano inſtinctu ædi nequa q̄ poſſe,ſed ſolo ſpū diuino.Capite dehinc ſcdo,vēturos di cit Pſeudo ꝓphetas nouarū ſectarū & hereſum adinuēto res,p quos multi ſeducent in ſuam pditionē.Quorū grauiſ ſimū iudiciū,ꝓpoſitis pœnis dæmonū peccantium,mundi diluuio pereūtis,& Sodomitarum igne conflagratorum,ad terrorē ponit ante oculos,multaq; aduerſus illos, terribilia pronūciat,irrationabilia pecora eos appellās.Balaam aua ro Prophetæ aſſimilans, fontib⁹ ſine aqua & ſterilib⁹ nubi b⁹ ad ignominiā eos comparans,Illud in fine ſignāter adij ciens,quēadmodū ſub prętextu libertatis quā promittunt, aīas decipiunt, ſecundum veritatem ſerui exiſtētes omnis corruptionis quibus.propter relapſum in infidelitatem ſuā nouiſſima facta ſunt peiora prioribus, quibus præſtitiſſet nunquā fidei ſuſcepiſſe veritatem,quā ſic nunc turpiter ad vomitum reuerti.Sequēti vero tertio cap. epiſtolam iſtam ſe ad commonitionē ſcripſiſſe,propter vēturos Pſeudapo ſtolos aſſerit,vt contra illorum doctrinas,in Apoſtolicę prę dicationis veritate ſtabiles pſeuerent Venturos enim dicit circa tēpora nouiſſima deceptores, qui ſecūdum animalē ſuum ſenſum omnia æſtimare volentes,nihil volēt credere niſi quod ſenſibus habeant comptum,non credētes implē das eſſe ꝓmiſſiones factas fidelibus,eo qđ omnia eis videantur in mūdo,ſimili curſu pdurare a principio. Aduerſū quos Petrus ex certa præteritorū temporū ſacra hyſtoria, falſum hoc eſſe demōſtrat,oſtēdēs quāta olim facta ſit mu tatio qn̄ propter peccata hominū aquis diluuij mundu⁹ pe riſt & qd adhuc in nouiſſimo tempore iudicij futurum expectatur,per ignem probationis,Prophetico ſpiritu prædi cit. Ex immutatione quoq; & in nouatione, omniū in futu ro tpe, in retributione iuſtorū oſtendēs, quomodo ſanctos nos deceat in omnibus,& in vitæ nouitate ac mundicia cō

uerſari, vt Chr̃o domino venturo valeamus immaculati & inuiolati occurrere, Nec ob longã iudicis & vindictæ expectationẽ falſa credãt. quæ ſunt a Deo predicta aut pmiſſa ſed ei⁹ hoc longanimitati, qua noſtrã miſericors expectat emendationẽ. potius a ſcribãt, quod & Pauli coapoſtoli ſui authoritate cõfirmat, Cuius per occaſionẽ ſapientiã vere diuinã cõmendans, illos notat, qui quædam in Pauli epiſtolis difficilia ad falſos ſenſus trahendo peruertebant, ſicut & in ſcripturis alijs ſemper faciunt hæretici, ad ſuam perditionem. A quibus eos attendere, & in gratia Dei proficere exhortatus ita terminat Epiſtolam.

Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM Canonicam poſteriorem Beati Petri Apoſtoli.

TEXTVS EPISTOLæ Canonicę poſterioris Beati Petri Apoſtoli.

ELVCIDATIO CAPITIS, Primi.

Simon cognomento Petrus ſeruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti ſcribit fidelibus omnibus chriſtianis, quibus a Deo dono data eſt fides eiuſdem precij, æqualiſq; ad ſaluandũ virtutis, ſicut & nobis primis Chriſti Apoſtolis.

TEXTVS, CAP. Primum.

Simon Petr⁹ ſeruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti, his qui coęqualẽ nobiſcum ſortiti ſunt fidem,

a in iuſtitia dei noſtri & ſaluatoris ieſu chr̄i
b Gratia vobis & pax adimpleatur.

in cognitione dei, & Chr̄i ieſu dn̄i noſtri.
c Quomodo oı̄a nobis diuinæ virtutis ſuę q̄ ad vitam & pietatem donata ſunt.

d per cognitionē eius qui vocauit nos propria gloria & virtute.

e per quem

maxima & precioſa nobis promiſſa donauit, f vt per hoc efficiamini diuinę cōſortes naturæ.

g fugientes eius quę in mundo ſeſt, concupiſcentię corruptionem,

h Vos autem curam omnē ſubinferentes, miniſtrate in fide vr̄a virtutem.

i in virtute aūt ſciētiā

a iuſtitiam veram, quę eſt corā Deo noſtro, & ſaluatore hominum Ieſu Chr̄o. b Gratia ſpiritusſancti, & comes illius pax vera, creſcat & abundet in vobis, vſque ad perfectionem, in cognitione Dei, patris, & ieſu Chriſti filij eius. c Vt cognoſcamus, quemadmodum omnia nobis ab eius diuina virtute, dono & gratis data ſunt, quę ad vitam ſpiritualem & pietatem veram nobis ſunt neceſſaria, d per cognitionem eius ex fide, qui vocauit nos propter ſuam gloriam & potentiam ſuam, ſecundum ꝓprium beneplacitum, e per quem filium, aut propter quæ (gloriam & virtutem ſuam) maxima nobis promiſſionū præmia, & pręcioſa nimiſq; deſyderabilia, pollicitus eſt, f nempe vt ſuo tēpore abſorpti in Deitatis abyſſum efficiamini participes diuinæ naturę, ineſtimabili & ineffabili vnione cum illo vnū facti in beatitudine, g modo in hoc tē pore corruptionem illam & prauitatem malæ concupiſcentiæ (quæ in mundo regnat, fugientes ad cœleſtia magis deſyderia ſemper aſpiretis, h Vos autē hortor & moneo vt omne ſtudium omnemq; diligentiam adhibentes, coniungere ſtudeatis rectitudini fidei virtutē & fortitudinem bonæ operationis, ſanctæq; conuerſationis. i Virtuti autem huiuſcemodi, ne per immoderantiam

feruoris excedat diſcretionis adſit ſciē tia. a Sciētia aūt externatū rerū, quia vana foret niſi ab iis quæ ſcit vana eſſe & tēporaria abſtineret, iccirco abſtinē tiā requirit comitē. b Rurſū, quia parū admodū cōfert ab illicitis & ſupfluis abſtinere, niſi occurrētia etiā mala noſ cam⁹ ſuſtinere, iccirco debet abſtinētiæ adeſſe patiētia. c quā deinde pia debet erga Deū & hoīes affectio comi tari. d Quę, vt nō pure ſit naturalis, ſit q; apd Deū meritoria, fraternū habeat verū amorē, e Cui cū aduenerit charitas, & erga Deū ſicut oportet ſup oīa dilectio, cōſummatio habet̃ ſpiritualis ædificij, & verę pfectionis. f Hæc eñ ſi in vobis habueritis, & abundāter ſiue' etiā ſufficiēter in vobis extiterint, certū habete, quod vos reddēt in fide & cognitione Chriſti plenos bonorū operum fruct⁹, minimeq; vacuos aut egenos. g Cui vero hæc defuerit, quā tumuis ſibi videat̃ ſciēs ac doct⁹, cæc⁹ tñ eſt: viſum mētis nō habēs ſanū & integrū, & viā inuenire neſciēs ſimilis cęco qui manu parietē palpat. h Et oblit⁹ videt̃ talis ille, quēadmodū olim a veterib⁹ ſuis pctīs fuerit purgat⁹, q̄ de nuo miſer reſumit, & in quib⁹ iterū ambulat. i Quapropter frēs mei, hortor vos ſolicitos eſſe, & ſtudioſe curare, vt

a In ſciētia autem abſtinentiam.

b In abſtinentia aūt, patiētiam.

c in patiētia aūt pietatem.

d In pietate aūt, amorem fraternitatis.

e In amore autē fraternitatis, charitatem

f Hęc eñ ſi vobiſcū aſſint, & ſuperent, nō vacuos, nec ſine fructu vos conſtituent, ī domini nr̃i Ieſu Chriſti cognitione.

g Cui enim non pręſto ſunt hæc, cæc⁹ eſt.

& manu tētās, h obliuionē accipiens purgatiōis veterū ſuorū delictorū.

i Quapropter fratres magis ſatagite, vt p

per bona opera, certam veſtram vocationem & electionē faciatis.

per bonarū actionum aſſiduum ſtudiū, digneviuatis vocatiōe qua vocati eſtis, atq; ita vr̄am electionē (q̄ mō fidē & ad ſpē æternæ retributionis, poſtmodum ſuo tēpore accipiendæ, vocati eſtis) ſic firmā faciatis, vt ab ea nunq̄ p pct̄m excidatis, queādmodū cōtingit iis, q a bonis opibus ſnnt ocioſi, ī mortua ſua fide ſpē habentes,

a Hæc enim facientes non peccabitis aliqn̄.

a Nā ſic faciētes (vt mō diximus) & ī eiuſmodi virtutib⁹ bonis operib⁹ aſſidue vacantes, abſtinebitis a malicijs pctōrum,

b Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

b & inſup etiā coaceruabitis vobiſipſis magnū cumulū meritorū q̄ vos iuducāt in æternū illud regnū cœlorū, cuius eſt rex & princeps dn̄s noſter Ieſus Chriſt⁹, quo nō patebit introit⁹ illis, q modo ſe exhibēt a bonis actionib⁹ ocioſos.

c Propter quod vos incipiā ſemper commonere de his, & quidem ſcientes & confirmatos vos in præſenti veritate.

c Ob hoc nō deſinā neq; ceſſabo vos cōmonefacere, de huiuſmodi, tametſi ſatis exiſtimē vos iſta iā ſcire p ſpeculationē, & in veritate iſta Chriſtiani dogmatis, de qua in p̄ſentiarū loquimur, ſatis cōfirmatos,

d Iuſtū autē arbitror quam diu ſum in hoc tabernaculo, ſuſcitare vos in cōmonitione.

d Ego aūt hoc iuſtū & æquū exiſtimo, eo ꝙ paſtor ſim veſtrum oīm, excitare animos veſtros p mea s admonitiōes frequētes: magis vt vos admoneā, q̄ vt aliqd edoceā, q̄diu in hoc corporis tabernaculo me dn̄s militare decreuerit,

a certus ꝙ velox eſt

e certifica-

tus diuina reuelatione quod in ꝓxi- mo imminet mors mea & exitio cor- poris mei,qđ quaſi animæ taberna- culũ mecũ ipſe circũfero, a queãd- modũ mihi indicauit & prædixit dñs Ieſus Chriſtus:idq; ſiue p ſpiritualem reuelationẽ,ſiue p corporalẽ appari- tionẽ. b Curabo aũt interim dũ in vi uis ago,tam diligenter ac ſedulo vos cõmonefacere,vt etiã poſt meũ obi- tnm habeatis ĩ Epiſtolis ac ſcriptis meis. c vnde poſitis etiam tũc harũ rerũ memoriã facere,& iſta eadẽ tũc /me mortuo/meditari,q̃ dum viuerẽ diligẽter inculcaui & moriens ſcripto reliq.Et ſane digna eſt hæc quã vos docuim⁹ fidei doctrina, q̃ tã ſollicite ĩprimatᷓ vr̃is aĩs. d Nam ĩ p̃dicatione qua vobis notam fecim⁹ virtutẽ dñi nr̃i Ieſu Chr̃i,quam fecit in humani gñis mirabili redẽptiõe, & aduentũ p̃ſentiæ ei⁹,quẽ ab eterno pr̃ p̃ſciue- rat atq; p̃ordinauerat.Hæc,inq̃, vo- bis annunciantes, non ſumus ſectati vanos aut fabuloſos ſermões,nec in nixi ſum⁹ illorũ authoritati, e ſed fa cti prius ſpeculatores, conſpectores, & contemplatores glorioſæ eius ma ieſtatis, quæ nobis in eius tranſfi- guratione ſe contemplandam exhi- buit f Accipiens enim a Deo patre

depoſitio tabernacu- li mei.

a ſecundum quod & dominus noſter Ie- ſus Chriſtus ſignifi- cauit mihi.

b Dabo aũt operam, & frequenter habete vos,poſt obitũ meũ.

c vt horũ oĩm me- moriam faciatis.

d Non eñi indoctas fabulas ſequuti, no- tam fecimus vobis do mini noſtri Ieſu Chri ſti virtutem &, præ- ſcientiam.

e ſed ſpeculatores fa cti illius magnitudi- nis.

f Accipiens enim a

Deo patre honore & gloria.

a voce delapſa ad eũ huiuſcemodi a magnifica gloria.

b Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui, Ipſum audite.

c Et hãc vocem nos audiuim⁹ de cœlo allatã, cũ eſſemus cum ipſo in monte ſancto.

d Et habemus firmiorẽ propheticum ſermonem.

e cui benefacitis attẽdentes.

f quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco.

in ſua tranſfiguratione magnam claritatis gloriã & mirabili honore circundatus, quando apparuerunt cum eo Moyſes & Helias loquentes, a voce inſuper de celo a magnificẽtia paterne maieſtatis, demiſſa ſup eum, & de eo plata quę erat huiuſcemodi: b Hic eſt fillius me⁹ dilect⁹, in quo michi cõplacui, ipſun audite, Sic(inq̃ (certum accepimus, tam viſu q̃ auditu, teſtimonium veritatis. c Et hãc vocẽ noſ ipſi audiuim⁹ de cœlo ſuper eum prolatã ego & Iacobus, & Ioannnes qui præſentes aderamus: & cuncta hec oculis cõſpeximus, & auribus noſtris audiuimus: cum eſſemus cum ipſo in monte excelſo, qui propter hoc admirabile tranſfigurationis opus, merito ſanctus debet nominari atq; haberi d Et habemus huic teſtimonio cõſonãtem Propheticũ ſermonẽ, qui ampli⁹ etiã noſtrã hãc veritatẽ cõfirmat atq; certificat queãdmodũ in Pſalmo ex patris perſona dicitur Filius meus es tu: ego hodie genui te. d Cui ſermoni pphetico quid attenditis & fidem habetis: benefacitis e Sic eſt enĩ ſcrpitura pphetica: quaſi lucerna illuminans locum tenebroſum & caliginoſum: illuminans nunc invia iſta tenebras ignorantiæ noſtræ. f vſq; dum veniamus

in illam venturi ſæculi claritatē, quan do ſeip̄m nobis manifeſta viſiōe dabit cōſpitiendū verus ille lucē ferens, ſol iuſtitię Chriſtus dn̄s noſter, Nam illic ſcripturarū adminiculo nihil op⁹ erit nobis. vbi oīa videbimus clara & aperta viſiōe. a Verū hoc primū itelligatis expedit, pro ſcirpturarū dignitate & fide in dubitata, b quod oīs ſcriptura Prophetica humana cōpoſitione a tq; enuntiatiōe nō fit, neq; ſic eſt accipienda, quaſi doctrina quāde ſuo ꝓprio corde homo ꝓnūciauerit. c Non enim vnq̄ fuit ꝓlata vlla Prophetia, ex corde humano, ſine ſpeciali ſpiritusſancti inſpiratione. Nā quod ſic ꝓfert homo ex ſuo corde iuxta ſuam voluntatem, Prophetia dici non meretur, nec debet: d ſed ſpiritu ſancto inſpirati, illuminati, & edocti, ſic locuti ſunt ſancti homines Deo placiti, ſecundum quod ſpiritusſāct⁹ qui in eis operabatur, ſuggerebat: itavt principalis ſit apud ſpiritum ſanctū omniū ſcripturarū authoritas. homo aute m non niſi miniſter ſit verbi.

cat, & lucifer oriatur in cordibus veſtris

a Hoc primū intelligentes.

b quod omnis ꝓphetia ſcripturæ, propria interꝓtatione non fit.

c Non enim voluntate humana allata eſt aliquādo prophetia.

d ſed ſpiritu ſctō inſpirati, locutī ſunt ſancti Dei homines.

ELVCIDATIO CAP II.

Ne vero oī ſpiritui fidē habeatis ſi eprobationis diſcretiōe: hoc vos p̄mōitos volo, e qd ſicut i prioſib⁹ tpib⁹ fuerīt i ppl'o falſi Prophę

TEXTVS CAP. ſecundum.

a Fuerūt vero & pſeudoprophetæ i populo, ſicut & in vobis

tæ qui pro veris Prophetis ſe demō-
ſtrabāt hominib⁹,ſic & inpopulo fide
liū Chriſtianorū exurgēt falſi doctores
a qui ſectas & hæreſes introducent
quibus populi fidelis vnitatem contur
bent atq; diſrumpāt b & Deū qui eos
ſui ſanguinis ꝓcio emit,(hoc eſt,Chri
ſtum dominum (negabunt,nō recte
de illo credentes & confitentes, quo
modo oportet: c hoc ipſo ſuæ in fi-
delitatis demerito conciliantes ſibi &
cōparāets æterne dānationis interitu
qui ꝓximo adueniet, d Et multos
quidē ex auditorib⁹ habebunt ſecta-
tores ſuæ perdite luxurie & carnalis
prædicationis,per quos,tā doctores
quā auditores.veritatis via & fidei re
ctitudo blaphemabitur,ſi vt ei nō eru
beſcāt cōtradicere,tam verbo quā cō
uerſatiōe ſua peruerſa. e Et propter
auariciā,quæſtus gratia,verbis ſecun
dum fictionē ad decipiēdum cōpoſi
tis quō ſuos ſectatores expilare & ex
poliare valeant,tractabunt. f Quib⁹
iā proximum eſt eterne cōdēnationis
iudicium, perditio quoq; dānationis
ventre non tardat ſed iu proximo ſup
eos manifeſte veniēt a Si enī Deus an
gelicis illis ſpiritib⁹ paccātib⁹ nō pep
cit ab vltione & vindicta.ſed grauiſſi:
mā eis ęternā pœnā propter peccatū
nflixit,ita vt de cœlo deiectos,in im:

a qui iutroducent ſe-
ctas perditionis.
b & eū qui emit eos
Deum negant.

c ſuperducentes ſibi
celerem perditionem

d Et multi ſequētur
eorum luxurias, per
quos via veritatis blaſ
phemabitur.

e & in auaritia fictis
verbis de vobis nego
ciabuntur.

f Quibus iudiciū iā
olim nō ceſſat,& per
ditio eorū non dormi
tat.

g Si enim Deus ange
lis peccantib⁹ non pe
percit,ſed rudentibus
inferni detractos in

ferni dānatione eos aligauerit, chate: nis & funib⁹ nūquā coterendis (hoc ē obligatiōe & ſententia æternæ mortis a qua nunq̄ abſoluent) illicq; tradiderit quaſi in cuſtodia, & cruciādos modo, a & reſeruādos in nouiſſimū iudicij magni diē, vt tūc corā oībus iudiciū plenum, & ignominiā accipiāt, cū ſuis ſeruitorib⁹, quādo dicetur. Ite maledicti in ignē ęteruū, qui paratus eſt diabolo & angelis ei⁹. b Si etiā De⁹ illius primi mundi (qui adhuc in origīnis ſuæ ſtatu perdurabat) hominibus peccatoribus, nō pepercit abvltione, ſed diluuiū vniuerſale, toti mūdo quē inhabitabant impij homines ſuperinduxit, atq; ita perdidit impios, c ſolū illū Noe liberans & ſeruans cū ſua familia, octauū generationis ſerie ab Adā, qui tā vebo q̄ exemplo iuſtitiā prædicauit, & in ſe eā perfecte cuſtodiens, & alios ad idē vt potuit exhortans. d Si rurſum Sodomam & Gomorrā & totā ſimul pentapolim, ob inhabitanciū ſcelera, tali dānauit euerſionis ſententia, vt eas in cinerem per ignem de cœlo demiſſum reſolueret. e ſic illorū pœnā in exemplū ponens oīm qui poſtmodū ipie eſſent acturū vt ſcirent ſe ſimili dānatione puniēdos. f Ex quibus oībus, ſolū Loth virū iuſtū, quem nefandiſſimi illi filij Be

terrarū tradidit cruciandos.

a in iudiciū reſeruati

b & originali mūdo non pepercit.

c ſed octauū Noe iuſtitiæ præconē cuſtodiūt, diluuiū mundo impiorū inducēs.

d & ciuitates Sodomorū & Gomorrū in cinerē redigens, euerſione damnauit.

e exemplū eorū qui impie acturi ſunt ponens.

f & iuſtū Lotb oppreſſum a nephandorū luxuria ac iniurioſa conuerſatione eripuit.

tæ qui pro veris Prophetis ſe demõ•
ſtrabāt hominib⁹, ſic & in populo fide
liũ Chriſtianorũ exurgẽt falſi doctores
a qui ſectas & hæreſes introducent
quibus populi fidelis vnitatem contur
bent atq; diſrumpāt b & Deũ qui eos
ſui ſanguinis ꝑcio emit, (hoc eſt, Chri
ſtum dominum (negabunt, nõ recte
de illo credentes & confitentes, quo
modo oportet: c hoc ipſo ſuæ in fi•
delitatis demerito conciliantes ſibi &
cõparāets æterne dānationis interitu
qui i ꝓximo adueniet, d Et multos
quidẽ ex auditorib⁹ habebunt ſecta•
tores ſuæ perdite luxurie & carnalis
prædicationis, per quos, tā doctores
quā auditores. veritatis via & fidei re
ctitudo blaphemabitur, ſi vt ei nõ eru
beſcāt cõtradicere, tam verbo quā cõ
uerſatiõe ſua peruerſa. e Et propter
auariciā, quæſtus gratia, verbis ſecun
dum fictionẽ ad deſcipiẽdum cõpoſi
tis quõ ſuos ſectatores expilare & ex
poliare valeant, tractabunt. f Quib⁹
iā proximum eſt eterne cõdẽnationis
iudicium, perditio quoq; dānationis
ventre non tardat ſed iu proximo ſup
eos manifeſte veniẽt a Si eñ Deus an
gelicis illis ſpiritib⁹ paccātib⁹ nõ pep
cit ab vltione & vindicta. ſed grauiſſi:
mā eis ęternā pœnā propter peccatũ
nflixit, ita vt de cœlo deiectos, in im:

a qui iutroducent ſe• ctas perditionis.
b & cũ qui emit eos Deum negant.

c ſuperducentes ſibi celerem perditionem

d Et multi ſequẽtur eorum luxurias, per quos via veritatis blaſ phemabitur.

e & in auaritia fictis verbis de vobis nego ciabuntur.

f Quibus iudiciũ iā olim nõ ceſſat, & per ditio eorũ non dormi tat.

g Si enim Deus ange lis peccantib⁹ non pe percit, ſed rudentibus inferni detractos in

ferni dānatione eos aligauerit, chate: nis & funib⁹ nūquā coterendis (hoc ē obligatiõe & ſententia æternæ mortis a qua nunq̄ abſoluent) illicq; tradide- rit quaſi in cuſtodia, & cruciādos mo do, a & reſeruādos in nouiſſimū iudi cij magni diē, vt tūc corā oībus iudi- ciū plenum, & ignominiā accipiāt, cū ſuis ſeruitorib⁹, quādo dicetur. Ite ma ledicti in ignē ęteruū, qui paratus eſt diabolo & angelis ei⁹. b Si etiā De⁹ illins primi mundi (qui adhuc in origi nis ſuæ ſtatu perdurabat) hominibus peccatoribus, nō pepercit abvltiono, ſed diluuiū vniuerſale, toti mūdo quē inhabitabant impij homines ſuperin- duxit, atq; ita perdidit impios, c ſo- lū illū Noe liberans & ſeruans cū ſua familia, octauū generationis ſerie ab Adā, qui tā vebo q̄ exemplo iuſtitiā prædicauit, & in ſe eā perfecte cuſto- diens, & alios ad idē vt potuit exhor- tans. d Si rurſum Sodomam & Go- morrā & totā ſimul pentapolim, ob in habitanciū ſcelera, tali dānauit euer- ſionis ſententia, vt eas in cinerem per ignem de cœlo demiſſum reſolueret. e ſic illorū pœnā in exemplū ponens oīm qui poſtmodū ipie eſſent acturū vt ſcirent ſe ſimili dānatione puniē dos. f Ex quibus oībus, ſolū Loth vi rū iuſtū, quem nefandiſſimi illi filij Be

terrarū tradidit cru- ciandos.

a in iudiciū reſeruati

b & originali mūdo non pepercit.

c ſed octauū Noe iu ſtitiæ præconē cuſto diūt, diluuiū mundo impiorū inducēs.

d & ciuitates Sodo- morū & Gomorrū in cinerē redigens, cuer ſione dānauit.

e exemplū eorū qui impie acturi ſunt po- nens.

f & iuſtū Lotb op- preſſum a nephandó rū luxuria ac iniurio- ſa conuerſatione cri- puit.

lial iniuſte opprimebant., propter ſuā luxurioſam & innaturalē cōuerſatio nem vim ei facientes vehemētiſſime, eruit ac liberauit,cū ſuis educēs illū p manus angelorum, qđ excepit hoſpi⸗ tio. a Erat enim ille viſu & auditu & modis omnibus caſtus,purus, & iuſt⁹ habitans in medio iniquorum homi⸗ nū,qui ſuis malis operibus quotidie eius ſpiritum vehementer affligebāt b Et vniuerſaliter hoc verū conſpici mus,ex multis exemplis, quod nouit Deus & poteſt,quando vult,pios ho⸗ mines eripere de manibus iniquorū. Iniquos,vero in diē iudicij reſeruare, interim etiam cruciandos, & tunc ple nius, quando cū corpore ſimul & ani ma, vt hic peccauerūt, ita illic punient Si,inq̄,non pepercit angelis, nec mū do originali,nec ſodomæ nec Gomor ræ,indubiæ queq; ventura eſt perdi⸗ tio ſuper homines iſtos falſos docto⸗ res,& veritatis blaſphematores. c Po tiſſimū aūt cruciabuntur in nouiſſimo & dānationē nō euadent, qui carnalē ſequentes appetitū, viuūt & conuer⸗ ſant ſecundū immūditiam corruptæ concupiſcentiæ ſuæ., dominationēq; agnoſcere præſuperbia nolunt. Chri⸗ ſtum dominū negantes, & temporali⸗ bus dominis inobediētes , homines

a Aſpectu eīn & auditu iuſtus erat, habitans apud eos qui de die in diē animā iuſtā iniquis operib⁹ cruciabant.

b Nouit De⁹ pios de tētatione eripere, iniquos vero in diē iudicij reſeruare cruciādos.

c Magis aūt eos qui poſt carnē in cōcupiſcentia immundiciæ, ambulant, dominationē q; cōtemnunt.

d audaces, ſibi placē

male audaces, ſibijpſis mirum in modum placentes, qui nihil verentur ſectis atq; hæreſibus vnitatem fidelium diſrumpere, male loqui tam de Deo q̃ de alijs cõſueuerunt, ad oïa maledicta prõptiſſimi. a Nihil, inq̃, hi metuunt, q̃uis hoïes fragiles & imbeciles. Cum tamen angelici illi ſpiritus, qui fortitudine ac virtute longe ſunt hominibus ſupiores, imo nec conferendi cum eis adeo durum & graue ſentiant aduerſum ſe illud horrendum dei iudicium: vt ipſum nequeant ſuſtinere, niſi in immenſa & ęterna miſeria, quæ illis ex ſola diuini iudicij eſt ſententia. b At vero iſti ſine timore homines, quaſi bruta animantia: ſine rationis recto iudicio, ſuas cupiditates prout naturaliter ab eis feruntur ſine pudore atq; remorſu ſequentes, vt in laqueo peccati capiatur & pereant, c de omnibus quæ ſuo iudicio naturali intelligunt, male & blaſphematorie loquẽtes, d in iſta ſuæ prauitatis corruptiõe peribunt in finem, ſi tales perſeuerauerint, perditionem illam recepturi in ſtipendium ſuæ iniuſtitię, e Qui pro voluptate reputant delicias iſtius temporis, quæ non niſi ad diem & temporariæ ſunt, coinquinantes & maculantes animã, propter quod nullam veram volupta-

tes ſectas nõ me[...]t introducere, blaſphemantes.

a Vbi angeli, fortitudine & virtute cum ſint maiores non portant aduerſum ſe execrabile iudicium.

b Hi vero velut irrationabilia pecora naturaliter in captionẽ & in perniciem,

c in his quę ignorãt blaſphemantes,

d in corruptione ſua peribunt, percipientes mercedẽm iniuſtitiæ,

e Voluptatẽ exiſtimãtes diei delicias, coinquinationis & maculæ,

a delicijs affluētes, in cōuiuijs ſuis, luxuriantes vobiſcum. d

b oculos habētes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti.

c pelliciētes animas inſtabiles, cor exercitatum in auaricia, habentes, maledictionis filij.

d derelinquentes rectam viā errauerunt, ſecuti viam. Balaam ex Boſor.

e) qui mercedem iniquitatis amauit.

f correptionē vero habuit ſuæ veſaniæ, ſub iugale mutū animal, in voce hoīs loquens ꝓhibuit Prophetæ inſipientiam.

tem adferre poſſunt. a quorum conuiuia delicij, & voluptatibꝰ exquiſitis carnalibus, plena ſūt, qui in ſuis luxurioſis cōuerſationibꝰ vobis illudunt, inſultāt, & quaſi ludum vos ſibi faciūt, qui eorū corruptiones fugitis. b Quorū oculi, ex abūdātia affectus, & luxurioſiſſima circungyratione atq; cōpoſitione, præ ſe ferunt & demōſtrant luxuriā, atq; vitium quodlibet aliud ſinę ſine, qđ cum luxuria ſolet concomitari. c qui attrahunt ad deceptionē, eos qui nō ſunt in virtutibus bñ cōſtabiliti, qui affectū habēt in auaricia inueteratū: & eidē aſſuetum ex longa cōſuetudine, maledictioni æternę obnoxij, ſicut mō fuerunt ad maledicendum prōpti. d p viā regiā virtutis delinquētes, declinauerūt itinera īpietatis p auaritiā, ſequētes exēplū Prophetæ illius mali Balaā, e qui tractꝰ cupiditate ꝓpoſitorum p̄miorū a rege Balach, cum pergeret ſimul cum nuncijs eius ad maledicēdum populo domini, f correptus fuit de ſua inſana dementia auaritiæ illius, per animal mutum cui īſidebat, ſolitum ſub iugo incedere: animal vile & humile, nempe aſinam, quod animal voce humana loquens per miraculum prohibuit Prophatam, ne perficeret inſipiens conſilium ſuum, quod propoſuerat ſpe p̄-

mij, hoc eſt, vt non malediceret Iſraelē a Hi ſunt fontes in quib⁹ nō eſt aqua qui magna promittūt & mirabilē in ſe videnrur ſapientiā atq; ſcientiam continere, cum ſint ſalutaris ſapientiæ aqua prorſus vacui. b Sūt nebulæ ſteriles ab omni opere bono, & obſcuritatem habentes ītellect⁹, priuati lumine veritatis & fidei, qui circunferunt & exagitant ab impulſib⁹ affectionū ſuarū carnaliū, c quibus caliginoſis nebulis, recte caligo in inferno deputata eſt, æternarū tenebrarū. d Per ſuam enim ſuperbiam inflati, magnifica ſed vana loquētes (ſiue in eloquentia, ſiue in ſæculi ſapientia, hoc modo ſibi animos conciliant audientiū, atq; ita pelliciunt in ſuos errores, ad inſequendum deſideria carnis luxurioſa, e homines adhuc imperfectos, qui cœperant a mala ſua cōuerſatione ſeſe elōgare, ſed ad perfectā virtutis ſtabilitatē nec dū peruenerāt. Tales em̄ fere ſunt qui poſt carnis doctores abeunt, & ſequentes in ſuorū præceptorum erroribus conuerſantur. f Et ꝓmittūt quidē iſti falſi doctores auditoribus, verā libertatē reputantes peccādi licentiā. Euangelicam libertatē. g Cum tamen ipſi ſint & permaneāt veri ſeui peccati & omnis corruptelæ.

a Hi ſunt fontes ſine aqua.

b & nebulę turbinibus exagitatæ.

c quibus caligo tenebrarū reſeruatur.

d Superbia enim vanitatis loquentes, pelliciūt in deſideriis carnis luxuriæ.

e eos qui paululū effugiunt, qui in errore conuerſati.

f libertatem illis promittentes.

g cū ipſi ſerui ſint corruptionis.

h A quo em̄ quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt.

Nam vniuerſatliter illius quis ſeruus eſt, & haberi debet a quo ſuperari ſe paſſus eſt, Cũ ergo ipſi a carnis & peccati corruptione ſe permiſerint ſuperari dubium eſſe nõ poteſt, quin ſerui ſint & dici debeãt corruptiõis. a Et ſi quidẽ poſtquam ſæculi huius mala deſideria, quæ coinquinant hominẽ, per fidẽ & cognitionẽ domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſemel dereliquerunt & abiurauerunt, ad eadem poſtmodum reuerſi, permittãt ſe ab eiſdem ſuperari, quæ prius abnegauerant, vere in peiori iam ſtatu ſunt conſtituti, q̃ ante fuerãt. b Nam minor eſſet eis damnatio, ſi penitus nunq̃ cognouiſſent fidei veritatẽ q̃ modo ſit futura, poſtquam agnitã ſemel & ſuſceptã fidem iterũ abijciũt, c derelinquentes ſanctum illud mãdatũ, quod de fide Chriſti ſuſceperunt ex Apoſtolorum traditione atq; doctrina. d Quibus recte accommodari poteſt vetus illud prouerbiũ, quo dici ſolet de recidentibus in priſtina vicia. e Canis reuerſus eſt, ad reſumendum id quod per vomitum eiecerat, & ſus lota, rurſus ſe in volutabro luti reuoluit, vt iterum fiat immũda. Sic enim ſũt, qui ſæculi ſemel abnegata deſideria, & abiuratos ſemel Satanæ errores

a Si enĩ refugiẽtes coinquinationes mundi in cognitione dñi nr̃i & ſaluatoris ieſu chriſti, his rurſus implicati ſuperanĩ, facta ſunt poſteriora deteriora prioribus.

b Melius eñ erat illis nõ cognoſcere viã iuſtitiæ, q̃ poſt agnitionẽ retrorſum conuerti,

c ab eo quod illis traditum eſt ſancto mãdato.

d Cõtingit enim eis illud veri prouerbij,

e Canis reuerſus ad ſuũ vomitũ, & ſus lota, in volutabro luti.

poſtmodum reſumunt, & poſt mun- ditiã quã in baptiſmo conſequuti ſunt in luto concupiſcentiæ ſuæ, iterum ſe polluunt.

¶ELVCIDATIO CAPITIS Tertij.

a Videte fratres chariſſimi, quẽad modum ex nimia erga vos di- lectione hanc vobis ſcribo ſecũ dam epiſtolaſ, poſt illã quã nup miſerã prioř ẽ. b In quibus ambabus hoc ago nõ tam vt doceã quaſi ignorãtes, q̃ vt mẽtẽ veſtrã (quã vt ego rectã & itegrã n fide Chriſti exiſtimo) per meam cõ- monitionẽ excitare ſtudeã. c vt me- mores ſitis ſermonum quos vobis prę dixi, a ſanctis patrib⁹ ac ꝓphetis, mul to ante prædictos, & præceptorũ dñi ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quę Apo ſtoli vobis ex eius nomine tradiderunt obſeruãda: d Sup oĩa illud conſiderã tes ad cautelam diligẽter, quod in no- uiſſimis dieb⁹ palam veniẽt, quales ex antiquo inceperunt prodire, & etiam modo nõ deſunt, vafri & nequã impo ſtores, in deceptione & fraudulentia ſua hominum mentes ſeducere quæ- rentes, e qui conuerſabuntur ſecun- dum naturalia corruptæ carnis mala

TEXTVS CAP. Tertium.

a Hanc ecce vobis chariſſimi ſecundam ſcribo epiſtolam.

b in quibus veſtram excito in commoni- tione ſyncerã mentẽ,

c vt memores ſitis, eorumquæ prædixi verboris a ſctĩs Pro- phetis, & Apoſtolo- rum veſtrorũ, præ- ceptorum domini & ſaluatoris.

d Hoc primũ ſcien- tes, ꝙ uenient in no- uiſſimis diebus in de ceptione illuſores,

e iuxta ꝓprias cõcu piſcentias ambulan- tes, dicentes,

a Vbi eſt promiſſio,

b aut aduentus eius?

c Ex quo enim patres dormierunt, omnia ſic perſeuerant ab initio creaturæ.

d Latet enim eos hoc volentes,

e quod cœli erãt prius, & terra, de aqua.

f & per aquã conſiſtens . Dei verbo,

g per quẽ ille tũc mũdus aqua inundatus periit.

deſyderia, & dicent a Vbi eſt promiſſio quã expectant Criſtiani de venturo regno, & mundi innouatiõe carnis reſurrectione, vita æterna, & ſimilibus b Vbi & quãdo erit aduẽtus Dei, ad cõplẽdum ea quæ promiſit? quaſi dicant, eo quod nõdum videãtur iſta, ie circo vana eſſe omia & ridicula. c Ex quo enim (dicent iſti) maiores noſtri obierunt, ex ãtiquiſſima precedẽtium memoria, & ab initio mundi ſẽper in eodẽ ſtatu mundus perdurat, & defectio nulla viſa eſt. que ſignum eſſe poſſit finalis cõſũmationis, & deinde ſubſequuturæ noue retributionis, Verum iſti ſic argumentãtes. ſeipſos paralogizãt ac fallũt. d Affectata nãq; ignorẽtia nolunt intelligere, neq; aduertere mutationẽ maximã quę in mundo olĩ facta eſt, quæ vẽture poſtmodum cõſummationis poſſit eſſe ſignum ſufficiens: e quoniã aeris loca & regiones abiitio fuerũt, & terra fuit ex aqua (tertia die, qñ denudata fuit aquis ex bona parte emicãdo apparens. f & verbo Dei ſuper aquas firmata ſtabilita & p eas firma ac ſtabilis perſeuerans vt nõ moueat in ſeculũ ſeculi. g p quę nempe aerẽ, aquã, & terrã, ille qui tũc erat originalis mundus ante diluuiũ

excreſcente aqua, obrut⁹ periјt, vt ſic loquamur, ratiōe omnium viuentium quę in eo perierūt, pauciſſimis in arca reſeruatis. Rupti enim fuerūt ad hoc diluuium complendum omnes fontes abyſſi, qui erant in terra, & æeris bona pars in pluuiam verſa, ſimul ad idem diluuium faciendum acceſſit in adiutorium & ſic aqua in tantum excreuit, vt moreretur omne viuens ſuper terram. a Aer autem in eo ſtatu in quo nunc eſt poſt illud vniuerſale diluuium, & terra vt nūc eſt, per idem Dei verbum ſunt in ſuo ſtatu conſtituti. vſque in diem iudicij, quando perdendi ſunt impij, vt tunc, ꝑ ignē cōflagratiōis iterū imutent̄ in optimū ſtatū poſtq̄ fuerint purificati per ignem. b Deniq; & illud velim diligenter attendas, quod mille annorū temp⁹ ſic eſt ante dominū, cuius duratio ęternitas eſt, ſicut apud nos breuis duratio vni⁹ tantū diei, & ecōtrario. Ita vt domin⁹ illđ minime reputet tps ꝓlixū, qđ nos lōgiſſimū arbitramur q̄m lōgiſſimū tps eſt niſi momentum breue, ſi comparetur cum æternitate. c Et iccirco ſciendum nobis eſt, quod tametſi nobis ſic videat̄, nō tardat tñ nec ꝓtrahit dñs ꝓmiſſionē ſuā de aduentu ſuo & oīm e

a Cœli autē qui nūc ſunt, & terra, eodem verbo repoſiti ſunt, igni ſeruati in die iudicij, perditionis impiorum hominum.

b Vnū vero hoc nō lateat vos chariſſimi, quia vnus dies apud dominū ſicut mille anni, & mille anni, ſicut dies vnus.

c Non tardat dominus promiſſionem ſuam ſicut quidam exiſtimant.

nium innouatione, vltra tempus con-
gruum & a ſe in hoc præſtitutum, qua
ſi iam reuocata ſententia non ſit imple
turus quæ promiſit. a ſed expectan-
do patientiam exhibet propter vos cę
teroſq; peccatores homines, vt tem-
pus concedat hominibus pœnitentiæ
b non deſiderãs cuiuſquam interitũ
ac perditionem, ſed quãtum in ſe eſt,
potius omnes per pœnitentiam ad ſe
reuerti, atq; ita ſaluos fieri cupiens. c
In veritate autem, ſuo tempore adue-
niet illa dies viſitationis & iudicij: ſubi
to & occulte, quãdo nõ exiſtimabunt
homines. d In quo die, aeris regio-
nes magna impetus vehementia tran
ſibunt a ſtatu in quo nunc ſunt, inmu
tati in melius, |& non aer ſolus ſed, ele-
menta omnia|, per virtutẽ caloris ignis
illius purgabuntur examinata. e Et
terra per eandem ignis illius vim, cõ
conflagrabitur, cum omnibus quæ fue
rint ſup eam inuenta. f Conſideran-
dum autem vobis eſt, ſi in illo tẽpore
futuræ retributiõis inanimata etiã ele
menta oportet ſic igne probari & pur-
gari, quæ tamen arbitrij libertatem ad
peccandũ non habẽt, g quales opor
tet vos modo exhibere rationales crea
turas, que liberũ habetis ſuper actiones
veſtras arbitrium, de quibus tunc fiet

a ſed patient er agit propter vos.

b nolens aliquos pe-rire, ſed omñes ad pœnitentiam reuerti.

c Adueniet aũt dies domini vt fur.

d in q̃uo cœli ma-guo impetu trãſient, elementa vero calo-re ſoluẽtur.

e terra antem & quæ in ipſa ſunt opa, exurentur.

f Cnm igitur hæc omnia diſſoluenda ſunt,

g quales oportet vos eſſe, in ſanctis cõuer-ſationib⁹ & pietatib⁹.

examem in conuerſatione veſtra & in cultu ſtudioque bonorum operum ſecundum pietatem. a vt ſic expectetis aduentum diei illius, & quodammodo obuiam procedatis per amorem, & indefeſſum bonæ operationis ſtudium, venienti ad iudicium domino. b Cuius virtute, per ignis miniſterium acris regiones conflagrabuntur, & elementa cætera per vim ardoris eius a ſuo ſtatu priori pereuntia, ad meliorem ſtatū purificata reformabuntur. c Expectemus autem tunc poſt illam factam purgationem, noua & meliora facta omnia nempe innouatum aerem, & melioratam terram, quæ promiſit, d in quibus inhabitabit munditia, & ſuo quodammodo iuſtitia, quando omnis erit immunditia ab eis per ignem purgantē abſterſa, quam ex hominum commertio nunc quodammodo contrahunt. e Propter quod, chariſſimi, cum iſta expectemus talia & tanta promiſſa certiſſime ſuo tempore implenda, obſecro vos, f vt omni ſtudio & diligentia ad hoc adnitamini, vt ſine macula & pollutione inueniamini tunc ante conſpectū venturi iudicis in pace. g Et expectationem iſtam, qua dominus promiſſū ſuum differt, ad ſalutem peccatorum a Deo exhiberi credatis, vt per pœnitentiam ſalui fiant peccatores, h quemad

a expectantes & properantes in aduentū diei domini.

b per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent.

c Nouos vero cœlos nouā terram, & promiſſa ipſius expectamus,

d in quibus iuſtitia habitat.

e Propter qđ chariſſimi hęc expectātes.

f ſatagite, īmaculati et inuiolati ei inueniri in pace.

g & dñi nr̃i Ieſu xp̄i longanimitatem, ſalutem arbitramini,

h ſicut & chariſſim9

frater noſter Paulus, ſecundum datam ſibi ſapienſiam ſcripſit vobis.

a ſicut & in omnibus epiſtolis, loquens i eis de his.

b In quibus ſunt quæ dã difficilia itellectu.

c quæ indocti.

d & inſtabiles

e deprauant.

f ſicut & cæteras ſcripturas.

g ad ſuam ipſorum perditionem.

h Vos igitur fratres, præſcientes, cuſtodite

modũ & chariſſimus frater noſter Paulus gentium Apoſtolus vobis ſcripſit Chriſti fidelibus, ſecundum ſapientiã ſibi a Deo datã, ad huius miniſterij ſui functionem recte exequendam, a quẽ admodũ & in omnibus ſuis epiſtolis, quas ad diuerſos diuerſas ſcripſit, ad communẽ oĩm vtilitatem, vbiq; de his & ſimilibus (quę ad inſtructionem morum & fidei rectitudinem pertinent) loquens, & ea ſẽp inculcans. b In quibus Pauli epiſtolis, complura reperiuntur ad intelligẽdum loca difficilia, propter ſenſuũ altitudinẽ, potiſſimum de fide & operibus, de gratia Dei, & ſimilibus, c quę homines ſcioli qui doctores ſe exhibere volũt antequam in diuinis ſcripturis diſcipuli & docti fuerint, d & homines inutiles atq; inſtabiles, qui ſi forte eruditi in ſcripturis, nimis tamẽ cito ſe ſubſtraxerunt a diſciplina, nec ſtabiles in ea permanſerunt, e Iſti (inquam) ſunt qui illa apud Paulum difficiliora deprauate legunt & intelligunt, f quemadmodum & cęteras ſcripturas ſolent huiuſmodi indocti & inſtabiles homines deprauate ad ſuum peruerſũ ſenſum attrahere, g quod illis erit in perditionem. Hæc enim agentes, pereunt ſeipſos. h Vos itaq; boni Chriſtifideles: ex noſtra monitiõe cognoſcẽtes periculũ, vobiſipſis diligẽter attendite,

& cauete, a ne iſtorum inſipientiũ hominum erroneis perſuaſionibus a via recta in deuia abducti excidatis ab illa firmitate ſanctę fidei, in qua modo per gratiam Dei, bene ſtatis. b Magis autẽ curate, vt creſcatis quotidianiſq; profectibus augmẽtum ſumatis in gratia dei & fideli cognitione dñi & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. c Ipſi eſt & ſit gloria, nunc & in æternum, Amen.

a ne inſipientiũ errore traducti, excidatis a propria firmitate.

b Creſcite vero i gratia & in cognitiõe domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti.

c Ipſi gloria & nunc & in diem ęternitatis Amen.

¶ Finit Elucidatio in Epiſtolam Canonicam poſteriorem Beati Petri Apoſtoli.

¶ Finit Textus Ep̃læ Canonicę Poſterioris beati Petri Apoſtoli

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM In Epiſtolam Canonicam poſteriorem Beati Ioannis Apoſtoli.

EPiſtolam iſtam Canonicã Beati Ioannis Apoſtoli, quia nullo conſequenti procedit ordine, ſed pro affectus varietate, frequenter ſine vlla connexione de alio trãſit ad aliud, nunc rectum fidei dogma ꝓponens, nunc aduerſus hæreticorum errores agens, & ab eis cauere præmonens nunc fraternam charitatem præcipiens, nunc diuinam cõmendans, nunc de ſpirituali generatione qua ex Deo nati ſumus, nunc de mundo eiſquæ quæ ſunt in eo fugiendis, ſermonem faciens, difficile eſt certo vno argumento proſequi. Volumus tamen (quod in aliis ſequentib⁹

epiſtolis fecimus)etiã hãc breui epitomate per ſingula capi
ta deliniare. In primo itaq; capitulo, ſuæ prædicationis certi
tudinẽ, ex ſenſibili cũ Chriſto dño conuerſatione præmit-
tens, ſimul etiã quid annunciauerit propoñi, nẽpe lucẽ eſſe
Deum puriſſimam, abſq; omni admixtione tenebrarũ, nos
quoq; debere in luce conuerſari, quod facientes, ſocietatẽ
habebimus cũ eo, & ſanguis eius nobis ad peccatorum pro
ficiet emundationem. E ne quis ſe remiſſione illa non indi-
gere exiſtimet, mendacẽ dicit omnẽ, qui ſe pecatum nõ ha-
bere audet præſumere. Secundo aũt cap. vt nõ peccent, mo
net, ſi tamen peccare contigerit, vt non deſperent, ſed per
aduocatũ noſtrum Chriſtum, propitiatorẽ quærant. Deide
quis vere Deum cognoſcat, & rectã habeat erga illum cha-
ritatem, inq; eo maneat, ex operibus mandatorum Dei de-
ſcribit. Charitatis mandatum vetus nominat, ſimul & nouũ
diligentẽ fratrẽ dicit eſſe in luce, quomodo odientẽ in tene-
bris. Poſt hoc familiariter alloquens ſingulas ætates, ſenes,
iuuenes, adoleſcẽtes, infantes, omnes tandẽ vniuerſali ad-
monitione ab amore mundi dehortatur, oẽ qđ in mundo re
gnat, in tribus vitiјs atq; malis peſtibus (quæ totum orbẽ in-
ficiunt) conſtituens. nimirum in concupiſcentia carnis, in cõ
cupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Poſt hoc, dicẽs iam
nouiſſimam eſſe horam, & Antichriſtos (id eſt, veritatis cõ
tradictores) multos iam exurrexiſſe, ipſe tamẽ de eis nõ om
nino metuit, ſperans ꝙ ipſa ſpiritusſancti interior vnctio,
eos de omnibus quæ ſunt credenda ſufficienter inſtruet, vt
illorum vanitatibus & erroribus non habeant fidem. Illorũ
quoq; Antichriſtorum mendacia, negantium Chriſtum, ac
proinde etiam patrẽ, aperiẽs, bonos fideles monet, in ſemel
ſuſcepta Apoſtolica fide, permanere, promiſſionẽ eis di-
uinæ veritatis, & vitæ æternæ adiјciens. Atq; hæc ipſa, de
vnctione & vitæ æternæ repromiſſione, iterum replicans,

monet vnctioni ſpiritus intendere, in Deo patre & filio manere, & regeneratos in ipſo operari iuſtitiam. Tertio vero cap. demonſtrat charitatẽ Dei nobis in hoc exhibitã, ꝙ talẽ nobis ipſe dedit poteſtatẽ, vt filij Dei nominemur & ſimus q̃d licet nũc nõdũ appareat, in futuro tamẽ apparebit quid futuri ſimus, quando cũ eo apparebimus in gloria. Propter quam ſpem, noſipſos a peccatis ſtudemus ſanctificare per Chriſtum, qui ſemel ad peccati deſtructionem in carne apparuit, in quo quiſquis manet, nõ peccat. Monet quoq; eos vt non ſe patiantꝰ ſeduci, ſed operentꝰ iuſtitiã & veritatẽ, qm̃ ex ſolis operibus bonis & malis, eſt filiorum Dei a filijs diaboli diſtinctio, præcipue autẽ ex amore aut odio fraterno, dicens omnes fratrum oſores (cuiuſmodi erat Cain) ex diabolo eſſe. Neq; mirentur, ſi a mundanis hominibus & infidelibus habeantur odio, ſcientes ſe ad vitam, per verã Dei & proximi dilectionem, tranſlatos. Oſores autẽ fratrum homicidas nũcupat, & vita æterna priuatos. Deinde Chriſti charitatẽ (qui ſeipſum dedit pro noſtra ſalute) proponens in exemplum, vult vt proiuuicem etiam animas noſtras & vitam parati ſimus impendere. Propter q̃d nullo modo dicit in illis Dei ineſſe charitatẽ, qui habẽtes huius mundi diuitias, neceſſitatẽ patientibus non exhibent miſericordiam Neq; ſatis eſſe dicit lingua & verbo dilectionẽ prætendere ſed neceſſariũ eſſe, vt & opere demõſtretur & veritate, vt ꝑfecte exhibita dilectione, cum non reprehẽderit nos eos cõſcientia noſtra, fiducialiter petamus a Deo, quæcunq; velimus, & accipiamus. In quarto vero capite, ſpiritus docet ꝓbandos, & quomodo ex confeſſione rectæ fidei debeant diſcerni, manifeſtat, in hoc differentiam aſſignans, ꝙ illi de mundo loquuntur, & ideo a mundanis acceptantur. Veri aũt fideles, quomodo ex Deo ſunt, & non de mundo: ſic & ea quæ Dei ſunt loquuntur, quæ mundo non ſapiunt.

Ex quo, ſpũs erroris a ſpiritu veritatis facile diſcernit̃, dum hic veritati, ille aũt acquieſcit falſitati. Rurſum deinde eos ad mutuã charitatẽ adhortatur, Chriſti charitatẽ proponẽs in eo ꝙ prior dilexit nos, Deũ etiam charitatem nominans qui ꝑ dilectionẽ manet in nobis, noſq; in eo. Timorẽ quoq; repugnare dicit veræ charitati diuinæ, ſimul & odiũ frater nũ, quoniam mentit̃ qui ſe dicit Deum diligere, ſi fratrẽ nõ diligat. Quinto aũt capitulo, de natiuitate ex Deo ꝑtractat & de mundi victoria ꝑ fidẽ Chriſti, qui ꝑ aquam venit & ſã guinem iuxta q̃d ſpũs teſtificat̃ de eo, nec ſpũs ſolum, ſed & beata trinitas ꝑſonarum tota, cuiꝰ teſtimonio multo ma gis debet adhiberi fides, quam vlli aſſertioni humanę. Deni mum de orandi fiducia, & de peccante ad mortẽ, ant non ad mortẽ, de generatione Dei a peccato cuſtodiẽte, differẽs mundi malitiam per Chriſtum verum ſuperatam docens, & a ſimulachris eos cauere iubẽs, ita terminat Epiſtolam.

¶Finit Argumentum.

TEXTVS EPISTO læ Canonicæ Primæ Beati Ioannis Apl̃i.

¶ELVCIDATIO IN EPISTOLAM Canonicam Primam beati Ioannis. Apoſtoli.

TEXTVS, CAP. Primum.

a Quod fuit ab initio quod audiuimus.

ELVCIDATIO CAPITIS, Primi.

a QVod erat ab ęterno verbum in ſinu pr̃is, quod per vaticinia Prohetarũ multo an te incarnationẽ eius audiuimus prænunciari, & poſtmodum

ipſis his auribus incarnatũ audiuim⁹ loqui, a qđ noſtris his oculis ſẽſibiliter vidimus ſuo tpe incarnatũ inter hoĩes, & diligenter contẽplati ſumus, b qđ ad maiorẽ certitudinem ſcđm carnẽ etiam palpãdo cõtigim⁹, & cõtrectauim⁹ manib⁹ noſtris, p familiariſſimã quã cũ eo habuim⁹ cõuerſationẽ, c de verbo pr̄is qđ eſt ſola & vera vita, & qđ manifeſtatũ eſt nobis tanq̃ vita nr̄a, pr̄is voce & miraculorũ efficacia, & ita ſẽſibiliter vidim⁹ certiſſimeq; cognouim⁹, d illđ ipſum, ſicut vidim⁹ & certiſſima ſciẽtia atq; experiẽtia cognouim⁹, ita teſtificãdo de veritatẽ p̄dicam⁹ vobis, Chr̄m Deũ & hominẽ, e qui eſt oĩbus credẽtib⁹ vita ęterna, q̃ erat ab ęterno apđ patrẽ, latẽs in ſinu eius, & his nouiſſimis temporib⁹ apparuit aſſumpta carne, viſibilis. f Qđ vidim⁹ (inq̃) & ipſi audiuim⁹, vt certiſſimũ & indubitat⁹ fidei annũciamus vobis, g vt credẽtes aſſociemini nobiſcum, modo in ſpei pticipatiõe, & poſtmodũ in rei cõſimili retributiõe, h & omniũ nr̄m ſit vna & vera ſocietas, cõicatio, & pticipatio atq; vnio, cũ pr̄e & filio ei⁹ Ieſu Chr̄o, vt omnes vnũ ſim⁹ i xp̄o & Deo. i Atq; hęc modo q̃ olim vos verbo docuim⁹, etiam ſcripto voluim⁹ vobis repetere, k magis vt gaudium veſtris animis ex noſtra hac diligentia & ſollicitudine p̄ueniat, & certum, fir-

a qđ vidimus oculis noſtris quod perſpeximus.

b & manus noſtrę cõtrectauerunt.

c de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt.

d & vidim⁹, & teſtamur & annunciamus vobis.

e vitam ęternam, quę erat apud patrem, & apparuit nobis.

f Quod vidimus & audiuimus annunciamus vobis.

g vt & vos ſocietatẽ habeatis nobiſcum.

h & ſocietas noſtra ſit cum patre, & filio ei⁹ Ieſu Chriſto.

i Et hæc ſcribimus vobis.

k vt gaudeatis, & gaudium veſtrum ſit plenum.

mum, ſolidumq; ſit gaudium fideî vrę. q̃ vt ignorantiam veſtram edocéamus. a Prædicatio autẽ quam audiuimus a Chriſto vt eam prædicarem⁹ omni po pulo, hæc eſt, b quoniam Deus vera lux eſt: quæ mundum venit illuminare & ꝙ nullæ prorſus, aut ignorantię aut peccati tenebrę ſunt in eo. Propter q̃d, ſic nos conformari illi luci oportet, qui Chriſti dici volumus, vt ſtudeam⁹ (q̃d in nobis eſt) omnes erroris & malitię te nebras a nobis depellere, c Si enim di xerit quiſpiam ſe habere ſocietatẽ cum Chriſto, Chriſtianum ſe nominando, conuerſet aũt in errore aut malítia, mẽ dax eſt ille, & veritatẽ opere non loqui tur, quam lingua & ore confitetur. d Quiſquis aũt in luce conuerſari ſtudet in omni bonitate per gratiam Dei labo rans incedere: e quemadmodũ Chri ſtus ipſe lux vera eſt p ſuam ſuſtantiã, qui (inquam) ſic ſe illi aſſimilat in opera tione & conuerſatione, vt eſt ille in ſua eſſentia, f is vere ſocietatẽ habet & vnitatẽ, primum cũ proximo ſuo, atq; deinde cũ Deo, g & illi ꝓderit ſanguis Chriſti, & emuudabitur talis p virtutẽ ſanguinis Chriſti ab omni peccato, in quodcunq; contigerit p fragilitatẽ in ciderit. h Si dixerit quis ex nobis, qui in hac carne adhuc agimus hominib⁹, ꝙ nullum omnino, neq; grande neque

a Et hęc eſt annuncia tio quã audiuim⁹ ab eo, & annunciamus vobis.
b quoniam Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ.
c Si dixerimus quo niã ſocietatẽ habem⁹ cũ eo, & in tenebris ambulamus, menti mur, & veritatem nõ facimus.
d Si autẽ in luce am bulamus.
e ſicut & ipſe eſt in lu ce.
f ſocietatẽ habem⁹ ad inuicem,
g & ſanguis Ieſu xp̄i filij eius emũdat nos ab omni peccato.
h Si dixerimus quo pe ccatũ non habe mus ipſi nos ſeduci

paruũ aliqñ committat peccatum,falſum ille ſibi perſuadet,& veritas hac in parte fugit ab illo.Pręſtaretculpã agnoſcere,& veniã precari, a Si enim agnoſcamus ante Deũ,& confiteatur humiliter peccata noſtra,fidelis eſt ipſe & iuſtus,vt iuſta verbũ ac pactũ miſericordiæ ſuæ,confitentibus & pænitentib⁹ nobis dimittat peccata nřa, b & p virtutem ſanguinis ſui , quem ſuper nos inuocamus,emũdabit nos ab omni iniquitate. c Siaũt dixerim⁹,qm̃ nihil peccati aduerſus Deũ habemus,& excuſare velimus,ſic quaſi per noſipſos ſim⁹ innocẽtes & mũdi,mendacem dicim⁹ Deũ,qui in pleriſq; ſcripturę locis aperte cõtrariũ aſſeruit. d & verbum veritatis eius nos abnegamus ,eiq; contradicim⁹.In pleriſq; enĩ ſcripturarũ locis hoc legitur ex ſpiritu Dei dictum,quoniam omnes ſub peccato ſumus,& glorificari habet in nobis Deus, vt per ſe nobis peccata remittat, quod ille negare cognoſcitur,quiſquis,ſe quaſi innoxium & per ſe mundum ,vane gloriať.

m⁹,& veritas in nobis non eſt.

a Si confiteamur peccata nřa, fidelis ẽ & iuſtus,vt remittat nobis peccata noſtra.

b & emundet nos ab omni iniquitate.

c Si dixerim⁹ quoniã nõ peccauim⁹,mẽdacẽ facim⁹ eũ.

d & verbũ eius non eſt in nobis.

ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

Iſta aũt nempe q̃ Chriſtianus debet extra tenebras in luce conuerſari,& de confeſſione ac remiſſiõe pec

TEXTVS, CAP. Secundum.

a filioli mei hęc ſcribo vobis,vt nõ peccetis.

catorum, nos ob hoc ſcribimus vobis ꝑ modum commonitionis, vt vos a peccatis deterreamus, vt ab eis (quantū fieri poteſt) ſtudioſe declinetis. a Qui tñ in pecccatum ceciderit, nō deſperet de peccati remiſſiōe, ſed recurat ad veniã b Habemus enim aduocatū interceſſorem apud patrē, Ieſum Chriſtum, qui iuſtus eſt, & ſicut ꝓmiſit, fidelem ſe pœnitentibus propiciatorem & pontificem exhibet. Ne quis forte paternæ iuſtitiæ diffidens ſeueritati, in deſperationem corruat. c Et ipſe eſt qui nobis propiciū reddit patrē, ne ꝑ peccatis noſtris damnemur. d Non ſolū aūt ꝑ noſtris. i. pauculorum hominum, peccatis ſed vniuerſaliter ꝑ omniū hominū delictis ſe exhibet in commune ꝓpiciatorem. e Et hoc nobis certū eſt ſignum, ꝙ vere eū cognoſcimus ꝑfecta ſapientiæ cognitione, ſi ea quæ præcepit ſtudeamus operibus adimplere. f Qui enī dicit ore ſe deū per fidē cognoſcere & mandata eius nō obſeruat, mendax eſt, & ſine veritate in hoc loquitur lingua, & contra linguam opera clamant. g Qui aūt verba pręceptorum eius opere adimplendo diligēter cuſtodit, i hoc caritas Dei vera & integra eſt, qualis eſſe debet, ad ſalutē ſufficiēs habēti. h Ex hoc aūt ſigno cognoſcere poſſum⁹ probabili exiſtimatione, ꝙ in ipſo ſimus &

a ſed & ſi quis peccauerit.

b aduocatū habem⁹ apud patrem Ieſum Chriſtum Iuſtum.

c & ipſe eſt ꝓpiciatio pro pctīs noſtris. d nō ꝑ noſtris aūt tã tum ſed etiam pro totius mundi.

e Et in hoc ſcim⁹ qm̄ cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruamus.

f Qui dicit ſe noſſe deum, & mandata eius non cuſtodit, mēdax eſt, & in eo veritas non eſt.

g Qui autem ſeruat verbum eius, vere in hoc charitas Dei perfecta eſt.

h In hoc ſcimus qm̄ in ipſo ſumus

vnũ cum eo. a Q m̃ q̃ ſeore affirmat in Chr̃o p̃manere, & vere Chriſtianum ſe eſſe gloriaẽ, debet ille, vt ſit hęc gloriaat q; aſſertio vera, ſic conuerſari, quemadmodum ille couuerſat⁹ fuit in mũdo e iuſq; veſtigia ſectari. b Chariſſimi nullũ vobis nouũ mandatũ ſcribimus, ſed vetus, q̃d ab initio vr̃æ conuerſationis audiſtis & accepiſtis. Siquidẽ baptizati mox docebamini ſeruari, q̃cũq; p̃cepit dñs obſeruãda. c Rurſum tñ cõmonefaciẽdo vos, quodãmodo vetus hoc in nouo mandatũ in cordibus vr̃is, q̃d ſicut in ipſo dño in veritate erat, ſic & in vobis eſſe debet & ſicut in ſeipſo dominus opere demõſtrauit, ita & in vobis requirit, d quia tenebrę abierũt infidelitatis, qñ in baptiſmo pc̃tis & cõcupiſcentiis mortui ſumus. e & veritas iã illuxit Chriſtianę fidei, vt ambulem⁹ & operemus ſecundum eã. Vnuſquiſq; aũt cõſyderet, ne ſeipſum fallat, putans ſe eſſe i luce, cũ nõ ſit, p̃pter ſolã fidẽ mortuã ſine charitate. f Si qs ei ſe dixerit eſſe i luce, ſua mortua fide cõfiſ⁹, odio autẽ habeat fratrẽ ſuũ, i tenebris adhuc ille manet & p̃ſeuerat, q̃tũuis ſibi videaẽ illuminat⁹, donec odiũ abijciat. g Qui diligit fratrẽ ſuũ, i lumine vero cõuerſaẽ & i dilectiõe ſic ãbulans, nõ patieẽ offẽdiculũ, nihilq; illi nocebit. h Qui aũt odium habet erga fratrẽ ſuum, in tene

a Qui dicit ſe i Chr̃o manere, debet ſicut ille ambulauit, & ipſe ambulare.

b Chariſſimi, nõ nouum mandatũ ſcribo vobis, ſed mandatũ vetus q̃d habuiſtis ab initio. Mandatũ vet⁹ eſt verbum quod audiſtis.

c Iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quod verum eſt & in ipſo, & in vobis,

d quia tenebræ tranſierunt.

e & verum lumen iã lucet.

f Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit in tenebris eſt vſq; addhuc.

g Qui diligit fratrem ſuũ: in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt.

h Qui aũt odit fratrẽ

ſuū in tenebris eſt, & in tenebris ambulat. a & neſcit quo eat, quia tenebræ excæcauerunt oculos eius.

bris eſt, & in cordis ſui cæcitate graditur, a Ignorās quo vadat, id eſt, qd agat, quia tenebræ quæ ex odij affectione ſunt exortæ, excæcauerunt oculos mentis eius, vt qđ bonū eſt ac rectum, pure cernere ad agendum non poſſit. Hanc aūt admonitionem Epiſtolæ huius, ego ad omnes ī vniuerſum qui ſūt in vobis, cuiuſcunq; ætatis & conditionis fideles, volui deſtinare. b Omnib⁹ vobis, qui filij eſtis mihi tenere dilecti, ſcribo, qm̄ remittuntur vobis peccata propter nomen eius, de quo ſcribimus c Vobis ſcribo ſeniores, qm̄ fideles facti cognouiſtis eum qui eſt in æternitate, patrem æternum. d Et vos quoque adoleſcentiores digni mihi viſi fuiſtis quos meis collaudarem literis, quoniā ſpiritus virtute per fidem deuiciſtis malignum, qui in baptiſmo aufugit a vobis. e Ad vos quoq; qui eſtis ætate minimi, vixdū pfectæ rationis vſu gaudētes, noſtræ huius Epiſtolæ ſermo ſimiliter loquitur, qm̄ qualicunq; cognitione Deum vt patrem agnoſcitis, in cui⁹ nomine baptizati eſtis. f Vobis, inquā, o patres ſcribo vt ex magna affectione ſemel dictum iterum replicem qm̄ credidiſtis & fide cognouiſtis æternitatis Deum. g Et vobis adoleſcentibus ſcribo, qm̄ robuſti eſtis ſpiritu, & verbum Dei cuſtoditis in vobis, & viciſtis diabo

b Scribo vobis filioli qm̄ remittuntur vobis peccata propter nomen eius.

c Scribo vobis pr̄es, qm̄ cognouiſtis eum q ab initio eſt.

d Scribo vobis adoleſcentes, qm̄ viciſtis malignum.

e Scribo vobis infantes.

quoniam cognouiſtis patrem.

f Scribo vobis patres qm̄ cognouiſtis eum qui ab initio eſt.

g Scribo vobis iuuenes, quoniā fortes eſtis, & verbum Dei manet in vobis & viciſtis malignum.

lum,p fidei veſtræ virtutem. a Ne diligatis chariſſimi p̄ſens iſtud ſæculum nequam,neq; vlli rei rei quę in mundo eſt,eum affectu cordis luhæreatis. b Quiſquis ei in mūdanis rebus cor defixum habet,& ſęculo labenti corde adhæret,conſtat illum in ſe non habere verā dei ſuper omnia,vt oportet, dilectionem. Et vere nō debet mūdus, nec pōt cum Deo diligi. c Q m̄ omne qđ in mūdo eſt,& mundanum dicitur,aut ad concupiſcentiam carnis,aut concupiſcentiam oculorum,aut ſupbiam vitæ. Quarum prima,gulam continet atq; luxuriā.Secunda,auaritiam & ſuperfluam habendi cupiditatem.Tertia,ſupbiam & ambitionem,ſub quibus incluſa ſunt omnia vitia, d quæ in mūdo dominātur,quarum trium nulla ex deo eſt,neq; Deo placet, Imo ex mūdi corruptione,& Deo contraria ſunt, atq; inimica. e Mūdus aūt iſte præſens, præterit,& tranſit,nullam habēs ſtabilitatē cū oī cōcupiſcentia ſua,& proinde quiſquis in mūdo floret,mundíq; ſectatur cōcupiſcentias breuem,vanam,&mox perituram ille ſectatur vmbram. f Qui aūt in hoc ſollicitus eſt,vt Deo placeat. eiuſq; pficiat voluntatem,illius gloria & fructus pmanebit inæternum,ante dominum. g Filioli iam nouiſſima ſūt mū mūdi hui⁹ rpa,& ad finem mūdus iſte

a Nolite diligere mūdum neq; ea quæ in mūdo ſunt.
b Si quis diligit mundū,nō eſt charitas patris in eo.
c Qm̄ omne qđ eſt in mundo, concupiſcētia carnis eſt,& cōcupiſcētia oculorum, & ſuperbia vitę.
d quæ non ex patre, ſed ex mundo eſt.
e Et mūdus trāſit,& oīs cōcupiſcētia ei⁹.
f q aūt facit volūtatē dei,manet in ęternum
g Filioli, nouiſſima hora eſt.

a Et ſicut audiſtis q̄a Antichriſtus venit.

b Nunc Antichriſti multi facti ſunt.

c Vnde ſcimus, quia nouiſſima hora eſt.

d Ex nobis ꝓdierunt

e ſed nō erāt ex nobis

f Nam ſi fuiſſent ex nobis permanſiſſent vtiq; nobiſcū.

g Sed vt manifeſti ſit quoniam non ſūt omnes ex nobis.

h Sed vos vnctionē

ſuo decurſu puenit. a Et ſicut frequenter ex Apoſtolorū monitionib⁹ audiſtis ꝙ Antichriſt⁹ nouiſſimis temporib⁹ ante iudiciū ſit ventur⁹ in mūdum, ita iam impleri cœptū eſt in precurſoribus ei⁹. b qm̄ iam Antichriſti multi exurrexerūt, qui illius peſſimi aduentum quaſi p̄curſores prenunciāt, incipientes modo hereſes, pſequutiones, & ſchiſmata q̄ ille pfectius complebit. c Vnde cognoſcimus, ꝙ iā ad occaſum mundus declinat, & nouiſſima inſtāt conſūmationis tempora. Nā p̄uenientib⁹ p̄curſoribus, nō longe poteſt abeſſe is quem p̄nunciāt, & cui aduentum preparant. d E nr̄o cōturbernio (.i. ex Chr̄ianorū cœtu et Eccleſia) apoſtatātes abſceſſerūt, ad ſua ſchiſmata ſuſcitanda, e ſed nō erāt ſcd̄m Dei p̄deſtinationem et finalē pſeuerātiam, de bonorū & ſaluādorum fideliū numero. f Si eī diuina eos p̄ſcientia de fideliū ſaluādorum numero p̄ cognouiſſet, idubie nobiſcū (.i. cum cæteris ſanctę Eccleſię fidelib⁹ filijs, ī vna fide eadēq; ſententia, in finem vſq; p Dei gratiā permāſiſſent. g Sed iccirco pmittit eos Deus a nobis ſic patenter ſeparari, vt clareat qm̄ nō omnes de numero ſunt verorū fideliū, ſecundū præſcientiā & predeſtinationem Dei, q mo do videnť cū eis in ſacramentis et alijs exteriorib⁹ coicare. h Vos aūt internā

habetis in vobis ſpũſſancti inſtructio- nem, a & eo ſuggerente: docenteq; vos omnem veritatem, hęc oĩa quę ad veſtrã ſalutem ſunt neceſſaria, bene co gnoſcitis. b Vnde neq; ego vobis idẽo ſcripſi, vt docerem quaſi ignorãtes ve- ritatem catholicę fidei, ſed poti⁹ quaſi iã recte & integre ſcientib⁹, tantũ ad cõ monitionem & exhortationem ſaluta- rem. c Et illud potiſſimum ſcientib⁹, qm̃ omne mendaciũ & verbi & operis Deo cõtrariatur, & cũ Deo ſtare nõ po teſt. d Inter oĩa vero mendacia, illud ego ꝑcipuũ ꝓnuncio, & quaſi caput o- mnis blaſphemię, eorũ q negando aſſe rũt Chriſtũ Ieſum nõ eſſe verũ filiũ dei nec Meſſiã illum ĩ lege & Prophetis re promiſſum, & ꝙ p eum humani gñis ſa lus nõ fuerit operata. e Quiſq; tale aliqd ĩpudenti audet aſtruere mẽdacio ſigna te eum, & cauete ab illo, qm̃ Anti chrĩs eſt ille, Chrõq; aduerſarius et ho ſtis publicus, qui ſic mentitur negãs dei filium, ac proinde et patrem. f Oĩs em̃ qui Dei filium nẽgat nec credit vt opor de eo, is nec rectam poteſt habere ne q; fidelem patris cognitionem, quoniã pater et filius vnum ſunt, et ſi patrem cognouiſſent, filium etiam cognouiſ ſent, quemadmodum et econtrario. g Qui confitetur ſicut oportet Chiſtum dei filiũ, patrem quoq;, qui cũ filio vnũ

habetis a ſancto a & noſtis omnia.

b Non ſcripſi vobis quaſi ignorantib⁹ veritatem ſed quaſi ſciẽtibus eam.

c & quoniam omne mendacium ex veritate non eſt.

d Quis eſt mendax. niſi is qui negat, qm̃ Ieſus non eſt Chriſt⁹

e hic eſt Antichriſtus qui negat patrem & filium.

f Omnis qui negat filium. nec patrem habet

g Qui confitetur filium, & patrem habet.

eſt) vera item confeſſione confitetur. a Vos autem doctrinam fidei, illã quã audiſtis a principio veſtræ cõuerſiouis cuſtodite in vobis, & in illa firmi pmanete, b qm̃ ſi in illa pſeuerãter ſteteritis, nõ declinãtes in errorum deuia, ſicut modo eſtis vnum cum patre & filio ſic & pmanebitis p hanc fidei rectitũdi uem, c Repromiſſio aũt quam pollicitus eſt nobis, hoc eſt, fidelibus perſeuerantibus in doctrina fidei, vita æterna eſt, vt ne quis patuifaciat. d Hęc ſcripſi vobis. quaſi per quandam admonitionem, de ſeductoribus iſtis, qui fidelium mentes quærunt a veritate auertere, poſt ſuos errores. e Vos aũt vide te, vt ſpirituſſancti illa interna inſpiratio atq; iſtructio pmaneat in vobis, quę abſcedit, cum quis erroribus implicat⁹ ſe a veritate auertit. f Et nõ eſt modo neceſſarium, vt prolixioribus ſermonibus & pluribus verbis latius proſequentes, iſta vos doceamus, aut alius quicũq;, qm̃ ipſi p ſpirituſſancti illuminationẽ facile iſta capitis ac intelligitis. g ſed ſicut interna illa ſpũs vnctio, ſuggerendo quæ ſũt veritatis, vos inſtruit de omnibus, q̃ ad fidei & morum integritatẽ ptinent, rectam dãs intelligẽtiam, h & ſicut verum eſt ſine mendacio quod illa docet, ſic in ea curate pmanere, & ne p veſtram culpam ſubtrahatur vobis,

a Vos quod audiſtis ab initio in vobis permaneat.

b quia ſi in vobis permanſerit quod audiſtis ab initio, & vos ĩ filio & patre manebitis.

c Et hęc eſt repromiſſio quam ipſe pollicitus eſt nobis, vitam æternam. d Hęc ſcripſi vobis, de his qui ſeducunt vos,

e & vos vnctionem quam accepiſtis ab eo maneat in vobis.

f Et non neceſſe habetis vt aliquis doceat vos.

h ſed ſicut vnctio ei⁹ docet vos de omnibus.

h & verũ eſt, & non eſt mendacium. Et ſicut docuit vos, manete in eo.

diligenter attendite. a Quid multa? Filioli obſecro, vt in eo permaneatis qui vos ſemel vocauit & docuit, vt cum apparuerit in iudicio Chriſtus dominus noſter, confidenter tunc ante illũ, quaſi fideles amici eius ſtate valeamus pariter & non confundamur per ſententiam condemnationis eius, cum aduenerit. b Si ſcimus, ſicut vere ſcimus: eum eſſe iuſtum ſubſtantialiter, imo ipſam iuſtitiam, c & illud ſimiliter conſiderate, ꝙ inter homines, quiſquis in operib⁹ ſe exercet iuſtitiæ iuſteq; operatur, ex deo natus eſt ſpirituali generatione, & Dei filius atq; amicus vocari, haberi, & eſſe meretur.

a Et nunc filioli manete in eo vt cũ apparuerit habeam⁹ fiduciam, & nõ cõfũdamur ab ab in aduentu eius.

b Si ſcitis q̃m iuſtus eſt.

c ſcitote, quoniam & omnis qui facit iuſtitiam, ex ipſo natus eſt.

¶ ELVCIDATIO CAPITIS Tertij.

TEXTVS CAP. Tertium.

Conſiderate, quæſo quantam nobis De⁹ pater charitatem demõſtrauerit, dans nobis poteſtatem per ſuum vnigenitum & naturalem filium. b vt & nos quoq; filij Dei nominemur, adoptiui. Nec nominemur ſolum, ne inane nomen exiſtimet: ſed vere etiam ſim⁹. Parum autem eſt ſi mũd⁹ nos nihili pendat, quoniam nõ nouit nos quid ſimus futuri. c Non enĩ nouit nos mund⁹, quoniam Deum pa

a Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis pr.

b vt filij Dei nominẽmur.

& ſimus.

c Propter hoc mũd⁹ nõ nouit nos, quia

dus non nouit nos, qa non nouit eum.

a Chariſſimi, nunc fi lij Dei ſumus.

& nondum apparuit quod erimus.

b ſcimus quoniam cũ apparuerit.

ſimiles ei erimus.

c quoniam videbim⁹ eum ſicuti eſt.

d Et oĩs q habet hãc ſpem in eo, ſanctificat ſe ſicut & ille ſanctus eſt.

e Omis qui facit pec catum, & iniquitatẽ facit.

Et peccatum eſt ini quitas.

f Et ſcitis quia ille a p parui t,

trem noſtrum nõ cognouit: quem ſi re cte cognouiſſent, nõ ſic nos abij cerẽt a Chariſſimi, quentũuis nos illi deſpi ciant, ſumus tamen etiam nũc per a doptionem veri filij Dei, Donec autẽ in hoc corpore peregrinamur a patre noſtro, nondũ apparuit quod ſumus futuri, b Firmiſſime autẽ per fidẽ co gnoſcim⁹, quoniã in reſurrectione, cũ apparuerit in gloria ſua dominus no ſter, tunc ſimiles ei erimus in gloria & claritate, tã corporis quẽ animę: c qui tunc apperta viſione, facie ad faciem eũ videbimus clare, ſecundũ eſſentiã ex quo omnis nobis gloria & beatitu do erit, & aſſimilatio ad eũ, d Et oĩs qui hanc habet expectationẽ ſpei in dubitatæ, ſtudet ſe ſanctificare a pec catis, ſe in omni conuerſatione ſua cu ſtodiẽdo, ſicut & ille ſãctus eſt: ad cui⁹ ſperat cõſortium, ſimilitudinẽ & beati tudinẽ, peruenire, Alioqui vana erit ſpes eiuſmodi, Cõmaculat autem ſe ipſum homo, quolibet peccato, e Nã omne peccatũ eſt iniquitas, & contra æqtatem quã Deus cõſtituit: Ac proi de quiſquis peccatũ quodlibet cõmit tit, inequitatẽ ille facit, & æquitati cõ trariatur, atq; ita Deum offendit æqui tatis, f Et ſcitis quoniam ad hoc Chri ſtus domin⁹ in carnę apparuit, paſſiõi

ſe ſubiiciens & morti tradẽs, vt pecca- ta mũdi deleret, Vſq; adeo execrat̃ ip- ſe peccati maliciã, a Et peccatũ nul lũ, in eo inuentũ fuit, grãde nec mini- mũ, b Conſimiliter omnis qui i Chri ſto manet quatenus in eo manet, pec care nõ poteſt: potiſſimũ peccato qđ mortem inferat animæ, & diuidat iter hominẽ & Deũ; Quoniam impoſſibile eſt, vt per peccatũ anima moriat̃, & di catur ſimul homo in Deo permanere Iã enim dũ per peccatũ occiditur ani- ma, a Deo ſeparatur: & extra Deũ fit q̃ prius in eo erat, c Et omnis qui mor tali peccato ſic ſe a Deo ſeparat, qua tenus eiuſmodi, vere Deũ nõ vidit, ne q; recte cognouit, Alioqui nõ ſic ſe ab illo ſeparaſſet, d Filioli, nemo vobis imponat, neq; ſeduci vos patiamini, e Veritas eſt. qui is qui iuſticiã & opa bona ſtudet operari, ille iter homines iuſtus dicitur et eſt. f ſicut & Deus eſ ſentialiter iuſtus eſt, nõ ex operationi bus ſolũ, ſed etiã ex eſſentia, ip ſa iuſti tia eſt, g Quiſquis peccato mortis ſe cõmaculat, ad diabolũ ſpectat, & ex eius parte atq; ditione eſt, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbię & auerſio nis: eiuſq; imitatur exemplum, g quo niam ille a pricipio cõditiõis ſuæ ſtati peccare icepit & vſq; nunc (quãtũ pre

vt peccata tolleret.

a & peccatum in eo non eſt.

b omnis qui in eo ma net, non peccat.

c & omnis qui peccat non vidit eum, nec co gnouit eum.

d Filioli, nemo vos ſeducat.

e Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt.

f ſicut & ille iuſtus ẽ

g Qui facit peccatũ, ex diabolo eſt.

h quoniã ab initio dia bolus peccat.

a In hoc apparuit filius Dei vt diſſoluat opera diaboli.

b Omnis qui nat⁹ eſt ex Deo peccatum nõ facit.

c quoniam ſemen ipſius in eo manet.

d & non poteſt peccare, quoniã ex deo natus eſt.

e In hoc manifeſti ſũt filij dei & filij diaboli

f Oĩs qui nõ eſt iuſt⁹ non eſt ex Deo.

g & qui non diligit fratrem ſuum.

h Quoniã hæc eſt annũciatio, quã audiſtis ab initio, vt diligatis alterutrũ.

ualet (a peccato nõ ceſſat: nõ tãtũ per ſe delinquens, ſed alios etiam in idem pertrahere ſolicitus, a At vero filius Dei, qui ex aduerſo iuſtus eſt, ea de cauſa venit carne aſſumpta in mundũ vt opera diaboli, que ſunt peccata & peccatum cõcomitãtia, deſtruat & auferat, donans nobis perfectã in ſe iuſtitiã. b Omís qui ſpirituali generatiõe eſt fili⁹ Dei, quaten⁹ eiuſmodi & quãdiu in ea manet generatione, peccare non poteſt mortis peccato: c quoniã ſemen ſpiritualis illius diuine generationis in eo permanet, quod eſt ſpiritus ſãctus, & verbum Dei, d Et q̃diu hoc non expellitur ſemẽ, peccare non poteſt, quoniã filius Dei eſt, & in ſpirituali cõſtitutus eſt generatione. e Filii autẽ Dei & filii diaboli (id eſt qui ex parte Dei ſunt, & qui ex parte diaboli) in hoc ſigno ſolo diſtinguntur: f quoniã qui nõ ſtudet operari iuſtitiã & per opera bona ſe exercere in mandatis Dei, non eſt ille ex Deo, ſed ex diabolo: queẽadmodũ ecõtrario, qui iuſtitiã facit, ex Deo eſt. g Potiſſimũ autẽ & euidẽtiſſimum ſignum eſt, q̃ quis Dei filius non ſit ſi, fratrem ſuum non diligat, h Quoniam hanc predicationẽ & doctrinam. in principio cõuerſationis væſtræ, ſuper omnia & ante omia

edocti eſtis, vt ꝓximos diligatis: a nõ exiſtentes ſimiles illi peſſimo Cain primo homicide, qui ex diabolo erat, eiq; per odinm ſubditus: & occidit fratrẽ ſuum, b Occidit autẽ, nõ alia de cauſa niſi quoniã ipſe nequã erat, & filius diaboli cuiꝰ ꝓpera & conuerſatio erũt mala, & ideo dominus ad eius munera non reſpexit, c ſicut ad munera Abel cuius opera iuſta erant: atq; hic exortũ erga fratrem odiũ, ad homicidium eũ attraxit, d Nemiremini quaſi nouum aliquid patientes. ſi vos ſæculares hoĩes habeãt exoſos, e Nos enim qui in Chriſtum credentes mundo abrenunciauimus ſcimus & cognoſcimus ſpiritu ſancto nobis teſtimoniũ perhibẽte. f quẽadmodũ de morte peccati ad vitam gratię fidei ſumus tranſlati per dilectionem fraternam ſi in ea permaneamus, Propter quod, confiſi bone cõſcientie teſtimonio debemus mundi iudicia pro nihilo ducere. g Qui non diligit, adhuc ĩ morte peccati eſt anima illiꝰ. h Et oĩs qui odit fratrem ſuum, quodãmodo homicida nuncupari poteſt & debet quatenus principium & radicem in ſe habet homicidii, quod ſemper odium quemadmodum qui cõſpexerit mulię

a Nõ ſicut Cain qui ex maligno erat, & occidit fratrem ſuum.

b Et propter quid occidit eũ? Quoniã opera eius maligna erant

c fratris aũt eiꝰ iuſta

d Nolite mirari fratres, ſi odit vos mundus,

e Nos ſcimus.

f quoniam trãſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres.

g qui non diligit, manet in morte.

h Omnis qui odit fratrẽ ſuũ homicida eſt.

rem ad concupiſcendum eam in cor-
de ſuo, mœchus iam dicitur, etiamſi
opus non ſubſequatur. a Scitis vero
quia nullus homicida vitam in ſe per
ſentiet æternam permanentem, ſed
poſt vitam hanc corporis tranſibit ad
mortem æternam, corporis & animæ
b Nos charitatem Chriſti Dei noſtri
erga nos, experientia cognouimus,
per hoc quod animam ſuam pro no-
ſtra ſalute tradiderit in mortem. Pro-
pter quod, iuxta illius exēplum, o por
ter nos animo promptos, & volunta-
te paratos eſſe, c vt proximorū no-
ſtrorū ſalute (cum hoc eorum vtilitas
vel neceſſitas exigerit) etiā vitam no-
ſtram corporalem libenter impenda
mus. Nūc igit̃ ſi etiam corporis vitam
dilectio fraterna impēdere debet pro
ximis, d quid dicemus de iſs qui hu
ius mundi ſubſtantia abundant (id
eſt, diuitijs, & iis quæ ad victum & ve
ſtitum humanum in vſu ſunt) qui vi-
dentes proximos ſuos indigētiam pa
ti, & neceſſaria non habere ad corpo
ris qualemcunq; ſuſtentationem, quę
ipſi ad abundantiam ſupra neceſſita-
tem & ſufficientiam habent, nolūt ta
men mereri ſic indigentibus, e &
viſcera (in quibus miſericordiæ ſedes
eſt) obfirmant & obdurant, vt non cō

a Et ſcitis quoniā omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem.

b In hoc cognoſcim⁹ charitatem dei, quoniam ille animam ſuā pro nobis poſuit.

c & nos debemus ꝑ fratribus animas ponere.

d Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuū neceſſe habere.

e & clauſerit viſcera ſua ab eo.

moueãtur ad ſubueniẽdum proximorũ miſerijs? a In talibus quomodo poterit eſſe vera dei dilectio, & fraterna charitas, quę ſecũdum deũ eſt? Sane, nullo modo. b Filioli mei, nõ oſtẽdamus tantũ per linguam & ſermonẽ blandi loquũ, fraternã dilectionẽ (quẽ admodũ plurimi faciunt, qui præter verba nihil donãt pauperib⁹) c ſed in operibus miſericordiæ demonſtrate charitatem veſtram, quæ eſt ſola & vera dilectio. Si tales nos exhibuerimus ante deum, & noſipſos tales inuenerimus veræ miſericordiæ ſectatores, d in hoc cognoſcere probabili admodũ exiſtimatione poſſum⁹ quoniam ex veritate ſumus quę eſt deus & veri filij Dei, e & noſtris animabus ſic facientes bene conſulemus ante conſpectum domini, qui pro iſtis miſericordiæ operib⁹: beatam nobis reddet remunerationẽ. f Nam ſi cor noſtrum & propria conſcientia, nos reprehendat, teſtimonium nobis perhibens ꝙ non vere operemur opera miſericordię & dilectionis, g ſciendum nobis eſt, quod maior eſt Deus quam cor noſtrum, & potentior ad inſpiciẽdum omnia, etiã intima, ita vt melius noſcat quæcũq; ſunt in intimis cogitationib⁹ hominum, quam ipſemet ho

c quomodo charitas Dei manet in eo?

b Filioli mei, non diligamus verbo, neq; lingua.

c ſed opere & veritate.

d In hoc cognoſcim⁹ quoniam ex veritate ſumus.

e & in conſpectu ei⁹ ſuadebim⁹ corda noſtra.

f Quoniam ſi reprehenderit nos cor noſtrum

g maior eſt De⁹ cor de noſtro, & nouit omnia.

mo ſcire poſſit. Ipſe enim ſcrutatur ꝑfundam cordis noſtri, & intelligit ſigillatim ſingulas cogitationes noſtras. Propter quod nec euadem⁹ iudicium iudicis omnia cognoſcentis, ſi noſtræ conſcientiæ reprehenſionem nō poſſumus euadere. a Chariſſimi, ſi conſcientia cordis noſtri, poſt aſſiduum & diligens examen, non arguat nos de imiſericordia aut alio quouis peccato, ſed prohibeat nobis bonū teſtimonium, ꝙ ex animo quęramus operari opera Dei, b fiduciam talem habemus ad Deum, ꝙ de oī re quancūq; ſecundum eius voluntatem ꝑ noſtra ſalute petierimus ab eo, exaudiet nos, & dabit liberaliter quicquid poſtulauerimus eū, c ſi mandata eius ſtudioſe obſeruamus, & ea quæ ſunt deo placita implere curamus, quorū ſolet Deus preces libenrer exaudire, qui voluntatem facit omninm timentium ſe. d Hoc autem eſt mādatum quod mandauit nobis vt credam⁹ in filium eius ieſum Chriſtum, ſicut & in ipſum patrem credimus. e & vt propter eum, communem omnium creatorem ac redemptorem, diligamus inuicem per veram charitatis ſpirituale dilectionem: ſecundum mandatum quod ipſe præcepit nobis. f Et qui

a Chariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehēderit nos.

b fiduciam habem⁹ ad Deū, & quicquid petierimus, accipiemus ab eo.

c quoniam mandata eius cuſtodim⁹, & ea quæ ſunt placita corā eo facimus.

d Et hoc eſt mandatū eius vt credam⁹ in nomine filij eius Ieſu Chriſti.

e & diligamus alterutrū ſicut dedit mandatum nobis.

f Et qui ſeruat man-

mandata eius cuſtodit, manet vnum in eo, & ipſe deus vnum eſt cum illo. a Et ꝙ in nobis credentib⁹ in Ieſum filium Dei ipſe inhabitet, & maneat, ſitq; vnum in nobis. & nos ĩ eo, in hoc cognoſcim⁹, b nempe ex ſpiritu ſancto quẽ effudit in nobis per quem ipſe in nobis inhabitat.

data eius, in illo manet, & ipſe in eo.
a Et in hoc ſcim⁹ quoniam manet in nobis.

b de ſpũ quem dedit nobis.

ELVCIDATIO CAPITIS Quarti.

TEXTVS CAP. Quartum.

Carisſimi, nolite ſine diſcretione omnium hominum omnibus ſuggeſtionib⁹ fidem adhibere, b ſed cum magna diſcretione & iudicio diſcernere ſtudeatis, an ex Deo ſint qui loquuntur vobis, an ex diabolo, hoc eſt, ſi veritati catholicæ fidei, quã a principio audiſtis, cõſona loquantur, an ſi dei cõtraria. Vehementer enim neceſſe eſt ꝓbare ſpiritus, c quoniam multi falſi prophetæ ꝓceſſerunt inter homines, qui pro veris falſa ſeminant & mala dogmata d In hoc autem cognoſci poterit qui ex ſpiritu Dei loquitur. e Omnis eñ qui prædicat & confitetur Chriſtum Ieſum Dei filium ĩcarnatum eſſe & verum hominem factum, q̃tum ad hoc veritatem loquitur, & eſt ex Deo, niſi

a Chariſſimi, nolite omi ſpiritui credere.

b ſed ꝓbate ſpirit⁹ ſi ex Deo ſint.

c quoniã multi pſeudoprophetæ exierũt in mũdum.

d In hoc cognoſcitur ſpiritus Dei.

e Omnis ſpiritus qui cõfitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe ex Deo eſt.

a Et omnis ſpiritus q̄ ſoluit Ieſum, ex deo non eſt.

b Et hic eſt Antichriſtus de quo audiſtis quoniam venit & nūc iam in mūdo eſt.

c Vos ex deo eſtis filioli & viciſtis eum.

d quoniam maior eſt qui in vobis eſt q̄ qui in mundo.

e Ipſi de mundo ſūt, ideo de mūdo loquūtur, & mūdus eos audit.

f Nos ex deo ſumus

g Qui nouit Deū, audit nos. qui nō eſt ex deo, non audit nos.

h In hoc cognoſcim⁹ ſpm̄ veritatis, & ſpiritum erroris.

aliud habeat huic conſimile falſitatis dogma, quod prædicat. a Et oīs prędicator ac doctor, qui Ieſum Deū verū & verū hominē ſoluit, ita vt eū aut hominē verum neget eſſe aut verum deū, ex Deo & veritate nō eſt, ſed ex diabolo, qui eſt pater oīs mendacij. b Et hic eſt antichriſt⁹, de quo ſæpe ab apl̄is audiſtis, q̄ añ cōſūmationē in fine ſæculi vētur⁹ ſit, imo vero ſecūdū p̄curſores ſuos q cōtra Chr̄m loquunt̄ hęreticos, etiānūc i mūdo eſt. c Vos autē o filioli mei, filij Dei eſtis, & oēm qui Chr̄o aduerſat̄, p fidē veſtram ſuperaſtis, dum iniquis perſuaſionibus eorū non creditis, d quoniā Deus qui vos tanq̄ adiutor & protector inhabitat, maior eſt q̄ qui in mūdo regnat diabolus, aut eius miniſtri Antichriſti. e Ipſi mūdani ſunt, atq; ideo mūdana loquūtur & ſæcularia, & mūdani hoīes eos audiūt, eiſq; obediūt. f Nos vero ex deo ſumus. Vnde qui deū recte cognoſcit fide perfecta nr̄is credit ſermonib⁹. Qui aūt dei non ſunt, & ad deū nō ptinet, nō credūt ſermonib⁹ nr̄is, q ab eo miſſi ſum⁹ & loqmur. g Per hoc diſcernim⁹ ſpm̄ veritatis rectæq; fidei, a ſpū erroris ſiue infidelitatis. Spūs em̄ veritatis, miſſos a deo audit, ſpūs erroris, miſſos

a deo repellẽs mẽdaces odit a diabo lo miſſos a Ad dilectiõiſaũt exhorta tionẽ rediẽs, obſecro chariſſimi, vt iui cẽ diligam⁹. b qa charitas a deo ẽ, & dei nos eſſe facit filios. c Et omnis q vera charitate diligit ꝓximũ ſuũ, dei filius eſt, p ſpiritualẽ qua ex deo rena t⁹ eſt generationẽ, & cognoſcit deũ, ꝓpter quẽ diligit fratrẽ, ſimilẽ ſibi ima ginẽ adeo habentẽ. d Qui aũt fratrẽ nõ diligit, deũ ille nõ nouit, vera & fi deli cognitione, e quoniã de⁹ eſt a mor & charitas, ſecuudum eſſentiã, quomodo etiam ipſemet ſua bonitas eſt. f In hoc manifeſtata eſt dei er ga nos dilectio, quod filium ſuũ vni genitum ipſe miſit in mundum, vt ho mo fieret, vt qui eram⁹ per pecccata noſtra mortui, per eũ viuificaremur. g In hoc aũt charitas hæc conſidera ri debet, quod deus nos in diligendo præuenit. Non enim nos priores dile ximus deũ ne ipſi⁹ diligere putetur redamare, amorẽq; reddere ꝑ amoro h ſed ipſe nos prior dilexit, ꝓpter ſe metipſum, nullo modo a nobis ad a morẽ noſtri obligatus. i dilexit autẽ nos deus, non lingua tantũ, ſed ope re & veritate, filiũ ſuum mittens de ſi nu ſuo ad terras, vt fieret propiciator pro peccatis noſtris, id eſt, vt per eum

a Chariſſimi, diliga mus noſinuicem.

b Qa charitas ex deo eſt.

c Et oĩs qui diligit, ex deo nat⁹ eſt, & cogno ſcit Deum.

d Qui nõ diligit, non nouit Deum.

e Quoniã Deus cha ritas eſt.

f In hoc apparuit cha ritas Dei in nobis quo niam filiũ ſuũ vnige nitũ miſit deus in mũ dũ, vt viuam⁹ per eũ.

g In hoc eſt charitas non quaſi nos dilexe rimus Deum.

h ſed quoniam ipſe prior dilexit nos.

i & miſit filiũ ſuũ ꝓ propitiation⁹ pro pec catis noſtris.

peccata noſtra auferentur atq; expia rentur. a Attendite chariſſimi, & cõ ſiderate, quoniam ſi Deus ſic nos di lexit, qui tanto a nobis miſeris diſtat interuallo, b multomagis æquũ eſt, vt nos inuicem diligamus, qui ſumus nobis inuicem proximi:& modo quo dam pares. c Nemo vnq̃ hominum in hac carne mortali degens,Dei po tuit eſſentiam cõprehendere, nec eũ ſicut in ſeipſo eſt cognoſcere, ſed in proximo noſtro (in quo Dei imago eſt) Deum quodã modo cognoſcere poſſumꝰ,& amare. d Atq; ideo ſi in uicem in Deo diligimus (licet Deum non ſicut eſt comprehendamus) ma net Deus in nobis & nos permanemꝰ in Deo. e & charitatem veram, rectã & ſaluare ſufficientem habemꝰ in no bis qui fratrem in Deo & Deum in fra tre diligimus. f Atq;(vt ſupra diximꝰ ꝙ nos cum deo maneamus vnum & Deus nobiſcum, ſcimus ex hoc ꝙ ſpi ritum ſanctum dedit in nobis ad men ſuram, per quem noſtra anima in tẽ plum ei conſecratur, & ipſe manſionẽ facit in nobis. g Et nos apoſtoli vidi mus oculis & teſtimonimm perihibe mus, quaſi de re quam optime & cer tiſſime nouimus, ꝙ Deus miſit filium ſuum, ad ſaluandũ homines mundi a

a Chariſſimi, ſi Deus dilexit nos.

b & nos debemus al terutrũ diligere.

c Deum nemo vidit vnquam.

d Si diligimus inui uicẽ. Deꝰ in nobis ma net.

e & charitas eiꝰ in no bis perfecta eſt.

f In hoc cognoſcimꝰ qm̃ in eo manemus & ipſe in nobis, quoniã de ſpiritu ſancto ſuo dedit nobis.

g Et nos vidimus & teſtificamur, quoniã pater miſit filiũ ſuum ſaluatorem mundi.

peccatis ſuis. a quiſquis ore & opere plena confeſſione confitetur Ieſum eſſe filiũ Dei eius fidem tenẽdo, & præcepta implẽdo, vnũ eſt cum illo De⁹, & ipſe cum Deo eſt vnum. b Et nos ſicut cognouim⁹ charitatem Dei, quã exhibuit nobis in filio ſuo, ita libẽter acquieſcimus, & per fidẽ deuote ſuſcipimus, gratias illi pro exhibita & oſtẽſa charitate agẽtes. c Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, manet ĩ Deo, & Deus ſimiliter manet in eo habitãdo. d Sic perfectam erga nos dilectionem Deus demonſtrauit nobis, vt merito confidere debeamus de ei⁹ miſericordia, quaſi filij chariſſimi, & non metuere quaſi ſerui meticuloſi, in die iudicij. e quoniã ſic nos in hoc mundo cõuerſantes ſumus & viuim⁹, in dilectione fraterna, quomodo ipſe in ſe eſt diligẽs & benefaciens de cœlo, gratis & ingratis. f Seruilis enim iſte timor, cum vera & integra charitate ſimul ſtare nõ poteſt. g Imo charitas ſi perfecta, integra, vera, & ſufficiens fuerit, foras expellit timorem, adueniens, nec ſecum in eodem corde inhabitare patitur. h quoniam timor ille ſeruilis pœnam cõſiderat, attendit, & pro obiecto habet quod reſpicit, quam charitas nõ attendit, quę

a Quiſquis cõfeſſus fuerit qm Ieſus eſt filius dei, De⁹ in eo manet, & ipſe ĩ Deo.

b Et nos cognouim⁹ & credidimus charitati, quam habet De⁹ in nobis.

c Deus charitatis eſt, & qui manet in charitate, in Deo manet, & De⁹ ĩ eo. d & in hoc perfecta eſt charitas Dei nobiſcum, vt fiduciam habeam⁹ in die iudicij.

e quia ſicut ille eſt, & nos ſumus in hoc mũdo.

f Timor nõ eſt in charitate.

g ſed perfecta charitas foras mittit timorem.

h quoniam timor pœnam habet.

a Qui aũt timet, non eſt perfectus in charitate.

b Nos ergo diligamus Deum, quoniam deus prior dilexit nos

c Si quis dixerit, quoniam diligo Deũ, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt.

d Qui enim non diligit fratrem ſuum quẽ videt.

e Deũ quem non videt, quõ poteſt diligere?

f Et hoc mandatũ habemus a Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem ſuum.

deo propter ſe ſeruit & adhæret. a Qui aũt timet vt ſeruus, verã ille adhuc charitatem non habet: licet initiũ aliquod & præparatoriũ habere poſſit: quaſi ad charitatis perfectionẽ tendens, quam priuſq̃ aſſequat̃, oportet abijci timorẽ. b Nos ergo diligamus deũ, vel hac ratione, quoniã ipſe nos dilexit prior, & benefecit; eum nullis a nobis eſſet benefi cijs aut amoribus ad redamandũ obſtrict⁹. Nemo vero ſeipſum decipiat, putãs ſe deũ diligere, etiã ſi nõ diligat fratrẽ. c Nã ſi qs dixerit ſe deũ diligere, odiũ habẽs cõtra proximũ ſuũ, mẽdaciũ loquit̃. Cũ illa ſimul cõſtare nequeãt. d Qui eñ fratrem quẽ oculis videt, & cũ quo familiariter conuerſantur, nõ vult amare, ſimilẽ ſibi in imagine dei, eiuſdẽq; naturæ atq; eſſentię ſcd̃m corp⁹ & animã. e quõ poterit ille diligere deum, quẽ videre nõ poteſt, cũ quo nullã habet familiarẽ conuerſationẽ, & a quo omnib⁹ modis tam longiſſime diſtat. f deniq; hoc præceptũ mandauit de⁹ & olim in viteri lege, & mõ etiã in noua p Chr̃m, vt qui deũ diligit, diligat etiã ꝓximũ ſuũ. quod qui nõ facit, ſcire debet, ꝙ nec deũ diligit, cuius præceptũ per fratris odiũ non obſeruat.

ELVCIDATIO CAPIT. V.

a Omnis qui credit, corde, ore: ſimul &, opere confitendo, Ieſum eſſe filiũ dei is regenerat⁹ eſt in adoptiuũ filiũ dei. b Et oĩs qui diligit omniũ patrem deum, ſimul diligit etiã omnes qui ex deo ſunt nati. Nõ enim poteſt patrem diligere, ſi filios non diligat patris. c Signum autem per quod cognoſcimus an vera dilectione diligam⁹ fideles filios dei eſt, ſi deum vere diligimus: & ſic præcipue, vt proximos & fideles propter deum diligamus: & dei mandata vere obſeruem⁹. d Vere enim charitas dei eſt, per quam obſeruamus mãdata eius. e Quæ (ne quis abhorreat) lenia, atque ad implendum facilia ſunt amantibus, quoniam in dilectione ſita ſunt omnia, qua nihil eſt dulcius, neq; hominum affectui inſitum naturalius, potiſſimum autem iis qui ex deo per ſpiritum ſunt renati. f Omnis enim qui natus eſt ex deo mundum ſuperauit omnem ei⁹ pompam & deſideria mala abhominans, quam admodum & Chriſtus, prior vicerat mundum. g Et fide eſt, per quam nos mundũ vincimus, fides, inq̃, quæ per dilectionem operatur. h Quis

TEXTVS CAP. Quintum.

a Omnis qui credit quoniã Ieſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt

b Et omis qui diligit eum qui genuit diligit & eũ qui natus eſt ex eo.

c In hoc cognoſcim⁹ quoniam diligim⁹ natos Dei: cum Deũ diligamus, & mandata eius faciamus.

d Hæc enim eſt charitas Dei, vt manda eius cuſtodiamus.

e & mandata ei⁹ grauia non ſunt.

f Quoniã omne quod natum eſt ex Deo, vĩcit mundum.

g Et hæc eſt victoria quæ vincit mundum fides noſtra.

h Quis eſt autẽ qui

vincit mūdū, niſi qui credit quoniam Ieſus eſt filius Dei.

enim eſt qui mundum vincit, cum omnibus quæ in eo ſunt, niſi qui fidem viuētem habet in Ieſnm filium Dei, cui per fidem in amore adhærendo, facile contemnuntur quæ in mundo ſunt omnia.

a Hic eſt qui venit p aquā & ſanguinē Ieſus Chriſt⁹.

a Ipſe eſt ieſus Chriſtus, verus Deus & homo, qui venit operaturus myſterium redemptiōis & ſalutis noſtræ per aquam & ſanguinem, vt p aquæ baptiſmale myſterium: & p ſanguinis præcioſi effuſionem, & peccata dimittantur fidelibus, & regni cœleſtis acquiratur introitus.

b Nō in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine.

b Non autem in aqua tantum venit, quæ ſine ſanguinis effnſione myſterium humanæ ſalutis ſola operari nō potuit, ſed per aquā, ſimul & præcioſum ſanguinem.

c Et ſpūs eſt qui teſtificatur, qm̄ Chriſtus eſt veritas.

c Et ſpirituſſanctus eſt, qui teſtimonium perhibet interna ſua ſuggeſtione, & etiam in externa ſuper ipſum in ſpeciæ columbæ apparitione, de Chriſto, ꝙ ipſe ſit verus filius Dei & verus ſaluator mundi.

d Quoniam tres ſunt qui teſtimonium dāt in cœlo.

d Quoniam tres ſuut perſonæ, quæ de ſuper teſtatæ ſunt de veritate filij Dei.

e pater.

e nempe pater, qui & in baptizatione, & in tranſfiguratione, voce de cœlo demiſſa: dixit. Hic eſt filius meus dilect⁹, in quo mihi complacui.

f verbum.

f & ipſe filius verbum patris, qui ſecundum æqualitatē patris, dę ſe dixit, quoniam ego

& pater vnum ſum⁹, a & ſpiritus ſanctus, qui in columbæ ſpecie ſup ipſum requieſcens manifeſtum veritatis fuit indicium. b Et hæ res perſonæ tã ſubſtantia quam teſtimonio vnum ſunt, teſtificantes concorditer, ꝙ Chriſtus ſit verus filius Dei. c Et tres ſunt qui in terra dant teſtimonium ꝙ ipſe ver⁹ ſit homo, d nempe ſancta illa anima quam moriens cum clamore valido expirauit ac patri commendauit, e aqua item & ſanguis, quæ de latere morientis effluxerunt, f Et hęc tria, concorditer teſtificantur, fuiſſe veram in Chriſto & nobis ſimilem humanitatem, g Et ſi quidem humano teſtimonio ſtatur & creditur, ſi fuerint duo aut tres qui teſtificentur de re quapiam, certe diuinum teſtimonium validius & firmius eſt, magiſq; credibile. h Quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod ego dico maius eſſe, qđ de ſuo proprio & conſubſtantiali filio, quem ſibi coæqualem in æternitate genuit, teſtificatus eſt, quem nemo nouit niſi pater, quemadmodum & ecõtrario nemo patrem nouit niſi filius. i Qui in filium Dei credit, habet in ſe teſtimonium Dei patris, & conſeruat illud, dum per fidem acquieſcit. k Contra vero, qui in filium Dei non vult credere, abijcit & repellit patris teſtimonium, & mẽdacem hoc ipſo facit patrem, ꝙ nõ velit

a & ſpiritusſanctus.

b Et hi tres vnũ ſunt

c Et tres ſunt qui teſtimonium dan: in terra.

d ſpiritus.

e aqua & ſanguis:

f Et hi tres vnũ ſunt.

g Si teſtimonium hominum accipimus teſtimonium Dei maius eſt.

h Quoniam hoc eſt teſtimonium dei, quod maius eſt, quia teſtificatus eſt de filio ſuo.

i Qui credit in filiũ dei habet teſtimoniũ dei in ſe.

k Qui vero non credit filio ſuo, mendacem facit eum, qa nõ credit in teſtimoniũ

qui natus eſt ex Deo non peccat.

quoniam omnis qui per regeneratioñe factus eſt filius Dei, donec fili9 Dei manet, peccare non poteſt peccato mortali, quod inter ipſum ac Deum diuidat, ponatq; inimicitiam, a ſed hoc ipſum quod Dei filius eſt, in Deo regeneratus & per ſpiritum ſanctum denuo viuificatus, conſeruat eum a peccato, & maligne ſuggeſtor diabolus non tanget eũ vt noceat, præualeat, aut dominetur ei.

a ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus nõ tanget eũ.

b Nos qui in Chriſtum credimus, ſcimus quoniam Dei filij facti ſumus, & qui in mundo manent omnes, in Chriſtum nolentes credere, in peccato iacẽt & in malo miſerabiliter conſtituti ſunt.

b Scimus, qm̃ ex deo ſumus, & mund9 totus in maligno poſitus eſt.

c Et nos ſcimus, quoniam filius Dei ad hoc venit, & intelligentiam nobis dedit ſuo lumine nos illuſtrans, vt cognoſcamus eum qui eſt verus Deus, omnia deteſtantes idola, & ſuperſtitiones omnes abnegantes, atq; ita per fidem rectam maneamus vnum cum vero filio eius. d Ipſe eſt idem verus Deus, & vita æterna. d Filioli concludens moneo vos, vt abſtineatis ab idololatria.

c Et ſcimus qm̃ filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus Deũ verum, & ſimus in vero filio eius.

d Hic eſt ver9 De9, & vita æterna.

e Filioli, cuius cuſtodite vos a ſimulachris.

¶Finit Elucidatio in Epiſtolam Canonicam Primam beati Ioannis Apoſtoli.

¶Finit textus Epiſtolæ Canonicę Prioris Beati Ioannis Apl'i.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolam Canonicam ſecundum beati Ioannis Apoſtoli.

FAmiliarem hanc Epiſtolam ſcripſit fœmi næ fideli, cõgratulans ei de virtute filiorũ, & probitate conuerſationis eorum, iuxta mandata Dei, eamq; obſecrãt, vt in dile- ctione quam ſuo mandato Chriſtus pecu liariter præcepit, ſemper permaneat in ob ſeruatione mandatorum Dei. Et quoniam venturi erant falſi doctores multi & hominum deceptores veritatem incarnationis Chriſti negantes, præmonet eam- diligenter attendere, ne fructum fidei perdat, ſed in perſe uerantia mercedem plenã accipiat. Deinde, eos qui ſanam doctrinam rectæ fidei aſſerunt, patrem & filium dicit in ſe habere, eos vero qui catholicæ veritati aſſerunt contraria, vſq; adeo vult deuitari, vt nec iu ſalutatione cum eis cõmu- nicent fideles, ne operibus eorum malignis conſenſum p̄- beant. Plura autem nolens p atramentũ & calamũ ſcribere, ita breuẽ terminat epiſtolam. Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM Canonicam ſecundam Beati Ioannis

TEXTVS, EPIſtolæ Canonicæ Secũdę Beati Ioannis.

IOannes presbyter, ſcri bit ſalutemq; precature- lectæ & nobili dominæ, cuius nomen ſcriptũ eſt apud dominum, & filijs ac filiabus eius. b quos

a Senior, electæ dominæ & natis eius.

b quos ego diligo in

a & non ego ſolus, ſed & omnes qui cognouerunt veritatẽ.

b propter veritatem quæ permanet in vobis, & vobiſcum erit in æternum.

c Sit vobiſcum gr̃a miſericordia pax a deo patre, & a Chr̃o Ieſu filio patris in veritate & charitate.

d Gauiſus ſum valde qm̃ iueni de filĳs tuis ambubulantes in veritate, ſicut mandatum accepimus a patre.

e Et nunc rogo te domina, non tanquã mãdatũ nouũ ſcribẽs tibi, ſed quod habuim⁹ ab initio, vt diligam⁹ alterutrum.

f Et hęc eſt charitas vt ambulemus ſcd̃m mandata eius.

g Hoc eſt enĩ mandatum, vt quẽadmodũ audiſtis ab initio, in

ego vero amore oẽs (propter parẽtis bonam imitationem) vera diligo charitate a. Neq; ſolus ego amore aliquo carnis priuato, ſed mecum etiam fideles omnes, qui veritatem fidei cognouerunt, audientes virtutem fidei & vitæ veſtræ vos non poſſunt non diligere, b propter veritatem fidei atq; morum, quam vos tenetis, & in qua ꝑmanetis, quemadmodum & permanebitis, vt ſpero in æternum ab ea nunq̃ receſſuri. c Sit vobis gratia, miſericordia, & pax a deo patre & domino Ieſu Chriſto filio eius in veritate & charitate, d Magnũ attulit animo meo gaudium, ꝙ experiẽtia docente, comperi quoſdam ex filĳs tuis conuerſantes ſcd̃m vitæ veritatem, & morum integritatem, ſcd̃m quod a patre Deo pręceptum omnes accepimus qui nos vult in veritate dilectionis conuerſari. e Et nunc rogans te exhortor bona domina, nõ quaſi nouũ aliq̃d humanę inuentionis mandatũ tradẽdo ꝑ ſcribẽs, ſed in memoriã & cõmonitioné reuocãdo vetus mandatũ, qd̃ ab initio nr̃æ conuerſationis, atq; etiam ex lege ſola naturę accepimus, nempe vt diligam⁹ inuicẽ. f Et in hoc implet̃ vera erga Deũ charitas, ſi viuam⁹ ſcd̃m pręcepta ei⁹. g Hoc eſt ei ꝑceptũ, vt iuxta qd̃ ab initio vr̃æ cõuerſiõis inſtructi fuiſtis ꝑ veros Apoſtolos, ita credatis & agatis

omnia, & nullo modo ab eo deflectatis pſuaſione hoim iniquorũ, a qm̃ multi mentium animarũq; ſeductores pceſ, ſerũt inter hoies mundi, qui non confi tent, nec ore nec vita, Chriſtum Ieſum incarnatũ eſſe, ſic vt verus De⁹ fuerit, ſi mul & ver⁹ homo. b Atq; oĩs qui eiuſ modi eſt nihil dubium quin contrarius Chr̃o eſt, & vltimi Antichriſti pcurſor ac nuncius, ſeducere volẽs ſimplicium animos a rectitudine. c Vos aũt qui ſi dem rectam ex Dei gratia tenetis, atten dite vobiſmetipſis diligenter & cauete d ne bonorũ operum veſtrorum, quæ iã pro Chriſti amore operati eſtis, fru ctum & remuneratione æternã pdatis, e ſed in fine vſq; pſeuerantes ſtate in operibus bonis, vt fructũ plenum & in tegrum acccipiatis, qm̃ qui pſeuerauerit, hic ſalu⁹ erit f Oĩs qui ſemel ſuſceptã ſanctę fidei ſanã doctrinam relinquit, abiẽs poſt infidelitatum errrores, Deũ nõ habet, etiam ſi oĩbus pri⁹ ſacra mẽtis fuerit iniciatus. g Qui vero in ea quã ſemel accepit doctrina Chr̃ianæ fi dei, fideliter permanet hic & patrẽ & fi lium habet, in ſe manentẽ h Si quis ad vos veniens hanc doctrinã Chriſtianæ fidei, non affert, ſed contrariam volens ei quę vera eſt ſe opponere, & cõtrariã docere, ne eiuſmodi hominẽ recipiatis hoſpitio, neq; commercium vllũ aut be

eo ambuletis. a qm̃ multi ſeductores exierunt in mundum, qui non confitentur Ieſũ Chriſtum veniſſe in carne.

b Hic eſt ſeductor & Antichriſtus.

c Videte voſmetipſos

d ne perdatis quæ operati eſtis

e ſed vt mercedem plenam accipiatis

f Omnis qui recedit & permanet in doctrina Chriſti deum non habet.

g Qui permanet i doctrina, hic & patrem & filium habet.

h Si qs venit ad vos & hanc doctrinã nõ affert, nolite recipere eum in domum nec Aue ei dixeritis.

neuolentiæ ſignum, vel minimum obſequium, illi exhibeatis aut demonſtretis.

a Qui enim dicit illi Aue. communicat operib9 eius malignis.

a Qui enim illi vel ſalutationem offert benignam, aut conuerſationem familiarem, quodammodo operibus eius conſentit, dum eum ſic aliqua ex parte in peccato fouet malitiæ ſuæ, qui per abſtractionem forſitam reſipiſcere potuiſſet.

b Ecce prędixi vobis vt in die domini non confundamini.

b Ecce ego vos p̄monui, vt in die iudicij non inueniamini confuſi, quemadmodum reperientur omnes, quicunq; nunc poſt impiorum ſeductiones a veritate recedunt.

c Plura habẽs vobis ſcribere, nolui p chatam & atramentum.

c Habebam quidem & alia multa ad te ſcribenda familiaria & minutiora, quæ nolui modo literis tradere, per atramentũ & calamũ.

d Spero enim me futurũ apud vos, & os ad os loqui, vt gaudium vr̃m plenum ſit.

d Spero enim breui me futurum vobiſcum, & præſens ore ad os vobiſcum loqui, vt gaudium veſtrum abundanti9 fiat, in noſtra præſentia, quam te ſcio deſyderare.

e Salutant te filij ſororis tuæ electę.

e Salutant te filij ſororis tuæ, quæ eſt electa a Deo, & ſingulari (quemadmodum & tu) a Deo vocatione vocata.

f Gr̃a tecum, Amen.

f Gratia tecum, Amen.

¶Finit Textus Epiſtolę Canonicæ ſecũdæ Beati Ioannis Apoſtoli.

¶Finit Elucidatio in Epiſtolam Canonicam Secundam Beati Ioannis.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM In Tertiam Epiſtolam Canonicam Beati Ioannis.

TErtiæ huius Epiſtolæ argumentum, in tribus conſiſtit. Nam primũ quidem, Gaium de charitate miſericordia & hoſpitalitate in fideles peregrinos, ſiue propter Chriſti prædicandum Euangelium, ſiue propter perſequutionis effugiendam rabiem illuc aduentantes impenſa, collaudat, & cum gaudio commendat. Deinde Diotrephis, cuiuſdam ambitioſi, & inflati hominis prĩcipatum ambientis, ſuperbiam execratur & temeritatem, q̃ hoſpitalitatem volebat ſubuertere, & ipſe fratres non recipiens, & eos qui recipiebant ab Eccleſia eijciẽs. Propter cuius ſuperbiam, ſe quoq; dicit Eccleſiæ non ſcripſiſſe cõmunem epiſtolam. Poſtremo autem de Demetrio teſtimoniũ bonum, & ex relatu fratrum, & ex ſemetipſo prædicat. Sperans autem breui ſe iſtuc vẽturum, nolens plura p atramentum & calamum ſcribere, ita terminat Epiſtolam.

Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM Canonicam Tertiam Beati Ioannis.

Textus Epiſtolæ Canonicæ Tertiæ Beati Ioanis Apoſtoli.

IOANNES presbyter, ſcribit ſalutemq; precatur Gaio chariſſimo, quem vera diligit charitate. b Chariſſime quã

aSEnior Gaio chariſſimo, quẽ ego diligo in veritate.

b Chariſſime, dẽ om

nibus orationē facio. proſpere te ingredi & valere.

a ſicut proſpere agit anima tua.

b Gauiſus ſum valde venientibus fratrib⁹ & teſtimoniū perhibentibus veritati tuę, ſicut tu in veritate ambulas. c Maiorē horum nō habeo gratiā quā vt audiam filios meos in veritate ambulare.

d Chariſſime, fideliter facis qcquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos.

e qui teſtimoniū reddiderunt charitati tuę in cōſpectu eccleſiæ. g quos benefacies. deducens digne deo.

g pro noīe enim eius

tū, ad oīa precor Deū, vt ſēper tibi fœliciter ac proſpere ſuccedant oīa, & vt recte valeas ſemp, quantū, & q̄diu altiſſimo viſum fuerit, a queadmodum nūc in bona proſperitate bonaq; valetudine ex animi ſententia viuis. Sic (inq̄) te q̄ diutiſſime p̄cor proſpere agere & recte valere, vt nunq̄ deſit tibi, vnde quā cępiſti charitatē, in peregrinos ſerues. b Gaudiū eni non paruū attulerunt animo meo fratres iſti ad nos venientes, qui retulerūt nobis & teſtificati ſunt, de veritate vitę & ſanctę conuerſationis, in qua tu viuis atq; cōuerſaris. c Et vere maius ego inter oia gaudium nō habeo, q̄ de profectu diſcipulorū meorū, cum eos audio in veritate ſancti Euangelij proficere, tam fide q̄ operibus. d Chariſſime, dico tibi, quoniā bene & fideliter facis, quicquid operaris ī xp̄ianos fideles, potiſſimum autem quod in peregrinos agis homines ignotos, egentes, & quod retribuant non habentes. e Qui de tua charitate locuti ſunt in cōſpectu totius Eccleſiæ noſtræ: narrantes cum magna alacritate impenſa ſibi abs te miſerationis beneficia. f Quos tu deducens, datis in via cibarijs, ac ſūptibus ſubminiſtratis, ſicut dignū eſt, p̄pter Deū cuius ſerui exiſtunt, nihil dubium eſt quin optime facias. g Pro amore eni & nominē Dei, in quem cre-

dunt & quē confeſſi ſunt,tanq̄ exules a patrijs ſedibus & poſſeſſionibus expulſi,profecti ſunt:omnibus ſpoliati a ſuis cōtribulibus,nihil ſecum deferētes, nihilq; accipiētes a gētilibus ſuis cōtribulibus, a quib⁹ deſpoliati ſunt & expulſi. a Chriſtianos ergo,quibus ſuppetit tēporaliū copia,decet & oportet neceſſitatib⁹ illorū ſubuenire,vt ſim⁹ hac in pte cooperatores veritatis, & adiutores ſanctæ illorum fidei. b Scripſiſſem forſan nunc Eccleſiæ toti Epiſtolam commune,ſed Diotrephes, qui ambitioſe dominari quærit (velut tyrānus) ſuper Eccleſiam,nec agnoſcit nec ſuſtinet authoritatem noſtrā. Et ſi ſcripſiſſem Eccleſiæ,noluiſſet forſitan nec epiſtolā eccleſiæ legendam offerre. c Propterhoc ſi ego ipſe pręſens ad vos venero,arguam opera eius,quæ facit,malignis & inuidioſis ſermonibus contra nos garriēs d Et quaſi non hoc ei ſatis ſit,non ſolū Chriſtianos hoſpites ac peregrinoos ipſe non recipit,ſed etiam recipit ab alijs prohibet adeo,vt eos qui recipiunt, etiam e cœtu & communione audeat eijcere ac ſeparare,quod plane grauiſſimæ eſt impietatis indicium. e Te vero chariſſime, huius peruerſi hominis nihil cōmoneat exemplū malitię neq; imiteris illud,ſed quod bonum eſt, & ſanctæ charitati cōſonū ſectare ſep.

profecti ſunt. nihil accipientes a gētilibus.

a Nos ergo debem⁹ ſuſcipere huiuſmodi vt cooperatores ſim⁹ veritatis.

b Scripſiſſem forſitā Eccleſię,ſed is qui amat primatum gerere in eis diotrephes, non recipit vos.

c Propter hoc ſi venero, commoneā ei⁹ opera quę facit, verbis malignis garriēs in nos.

d Et quaſi non ei iſta ſufficiant, neq; ipſe ſuſcipit fratres,& eos qui ſuſcipiunt prohibet, & de Eccleſia eijcit.

e Chariſſime, noli imitari malū,ſed qđ bonum eſt.

a Qui benefacit, ex deo eſt.
b qui autem malefacit, nõ videt Deum.

a Quiſquis bona operatur opera, & vitã viuit bonam, Dei ille filius eſt. b Qui autem mala operatur & charitati cõtraria, quomodo inflatus iſte diotrephes, Deum non cognoſcit, nec vere fidelis eſſe poteſt. Alioquin & filios De[i] [f]res Chriſtianos diligeret, & eis bene fieri nunq̃ ꝓhiberet Ecce aũt bonæ operationis tibi exemplum aliud imitandum proponam, c Demerito omnes qui huc adueniunt perhibent teſtimonium & veritas ipſa palam eum commendat quam in opere demonſtrat. d Sed & nos certo cognoſcentes, atq; etiam forſam experti in nobiſipſis, de eius conuerſatione bona aſſerẽdo teſtificamur, e & tu noſti, quoniam mendaces non ſumus, & quod verum ſit teſtimonium noſtrum. Illius ergo exmplo confortatꝰ ꝑmane in bñ cœptis. f Multa quidem erant alia familaria aut minutiora, quæ ſcribenda videbantur, ſed nolui per atramentum & calamum, ea literis ſcribere, g quoniam ſpero quam totius te pręſens videre, & ore ad os tecũ loq̃, quando facilius & melius illa tibi inſinuabo, h Pax ſit tibi, Salutant te qui hic ſunt tui amantiores, Tu viciſſim ſaluta eos qui iſtic ſunt noſtri amantes, nominatim.

c Demetrio teſtimonium redditur ab omnibus, & ipſa veritate.
d ſed & nos. teſtimonium perhibemus.
e & noſti quoniam teſtimonium noſtrũ verum eſt.
f Multa habui tibi ſcribere, ſed nolui ꝑ atramẽtũ, & calamũ ſcribere tibi.
g Spero autem protinus te videre, et os ad os loquemur.
h Pax tibi. Salutãt te amici, ſaluta tu amicos nominatim.

Finit Textus Epiſtolę tertię beati Ioãnis,

¶ Finit Elucidatio in Epiſtolã canonicã Tertiam Beati ioannis.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolam Canonicam Beati Iudæ Apoſtoli.

IVdas Apoſtolus, fidelibus omnibus, hãc ſcribit vnicam & breuem epiſtolam, quę Canonicis annumeratur, ordine ſeptima. In qua obſecrans fideles pro ſemel ſuſcepta fidė recta viriliter decertare, per patientiam in ea ad mortem vſque perſeuerando, mox contra ſeductores qui iam ſubintroire cœperant in populo Dei, ſermonem conuertens, aduerſus eoſdem, agit acerrime. Primum quidem terroris exempla proponens, pœnam videlicet increduli & murmuratoris populi iſraelitici, in deſerto exterminati, & dæmonum ſuas ſedes & loca per ſuperbiam derelinquentium, inq; æterna vincula coniectorum, ac Sodomitarum per ignem perditorum. Quibus omnibus illos comparat, maculatores carnis, contemptores dominatores dominationis, & blaſphematores omnis, tam diuinæ. quã humanæ, maieſtatis, qui nec Deum reuerentur, nec homines, illorum hac in parte ſuperbiam & audaciam, ex Michaelis Archangeli exemplo damnans: qui etiam cum diabolo contendens, temperauit a conuicio. Cum iſti interim de omnibus, quæcunque ſenſu & rationis induſtria non capiunt, peſſime loquantur, nihil omnino fidei tribuere volentes, ſed ſenſuales affectus ſuos per omnia inſequantur. Aduerſum quos terribilia exclamans, fœdis multis comparationibus eos confundit, ex Prophetia Enoch viri iuſti contra illos aduenturum Dei iudicium prænuncians. ipſos autem fideles, Apoſtolicarum admonitionum (de pdicandis Pſeudoprophetis ſeductoribus) monet eſſe memo

res, & in ſanctá fide noſtra ſuperædificari, & in dilectione Dei ſeipſos cuſtodire, vſq; in diem retributionis. Peruerſos vero & obſtinatos vult redargui, & acriter obiurgari, quaſi reprobos, infirmiores autem illornm malicia ſeductos, magis q̄ ex ſe obſtinatos, per compaſſionem miſericordiæ, dānationis igni ſubtrahi. Poſt quæ omnia, Deo ſoli ſaluare potenti dans gloriam & honorem, ita finit Epiſtolam.

Finit Argumentum.

TEXTVS EPISTOLÆ Canonicæ Beati Iudæ.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM Canonicam Primam beati Iudæ Apoſtoli.

I a Vdas Ieſu xp̄i ſeruus, frater aūt Iacobi, his q ſunt in Deo patre dilectis, & Chriſto Ieſu conſeruatis & vocatis.

b Miſericordia vobis, & pax: & charitas adimpleatur.

c Chariſſimi, omnē ſollicitudinem faciēs ſcribendi vobis decō

I a Vdas ſeruus Chriſti, frater Iacobi, minoris, ſcribit ſalutēq; precatur chariſſimis Chriſtianis, qui per fidem vnū ſunt i Deo patre, & in fide Ieſu Chriſti conſeruantur in ea vocatione, in qua & vocati ſunt. b Miſericordia vobis, & pax, & charitas, creſcat, & perficiatur. c Chariſſimi, cum omnem diligentiam adhiberem ad ſcribendum vobis quæ ad ſalutem communem om

nium eſſent magis neceſſaria, viſũ fuit mihi pcipuũ, & añ oia neceſſariũ duxi. a vos deprecãdo hęc cõmonefacere, & cõmonefaciẽdo deprecari, vt ſemel ſuſceptæ ſanctę fidei, quẽadmodũ a ſanctis Apoſtolis tradita eſt ſupcertetis, pea .ſ. teneda vſq; ad finẽ, fortiter & p ſeueranter dimicantes. Ita vt nullis, neq; pſecutionibus neq; pſuaſionib⁹, ab ei⁹ firmitate vos ſinatis amoueri. b Prodierunt eni quidam (neſcio qui aut vnde) & exierunt in mundum homines impij quos ab æterno Deus ad hoc pręſciuit impietatis facin⁹, & ſubſequuturæ poſt modum damnationis iudicium, miſerabiliter deuẽturos: c qui gratiã dñi noſtri Ieſu Chriſti, quæ ad ſanctificationẽ ſpiritus ac carnis data eſt, tranſferunt i carnis vitia, libertatem Euangelicam dantes in occaſionem carnis, eãq; habẽtes tanq̃ malitiæ ſuę velamẽ. d negantes dñm noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui eſt ſolus Deus & dñator oim a quo ſunt oia cõdita, & ſub cui⁹ ditiõe ſunt oia. Licet autem ſemel ſciatis oia, quę ego modo dicẽda ppoſui, & licet nihil eorum vobis inauditum credã, e tñ commonefacere vos volo, & ad ad memoriam quę tenetis reducendo, proponere exempla eorũ, q poſt priora bñficia ſuſcepta, ppter ſuã ingratitudinẽ, a Deo fuerũt, de cõmiſſis in eũ peccatis, puniti.

muni veſtra ſalute, neceſſe habui ſcribere vobis.
a deprecans.

ſupercertari ſemel traditæ ſanctis fidei.

b Subintroierunt eni quidam homines (q olim pręſcripti ſunt in hoc iudicium) impij.

c domini noſtri gratiam transferẽtes in luxuriam.

d & ſolum dominatorem & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes.

e Communicare autem vos volo, ſcientes ſemel omnia.

a quoniam Ieſus populum de terra Aegypti ſaluans ſecundo eos qui non crediderunt, perdidit.

b Angelos vero qui non ſeruauruntſuū principiatum ſed dereliquerunt ſuum domicilium.

c in iudicium magni diei, vinculis æternis ſub caligine reſeruauit.

d Sicut Sodoma & Gomorra, & finitimę ciuitates.

e (ſimili modo exfornicatæ.

f & abeuntes poſtcarnem alteram.

g facti ſunt exemplū ignis pœnā ſuſtinētes

h Similiter & hi

a Et primo quidem notandum, quemadmodum dominus ieſus, qui per ſuæ diuinitatis brachium filios iſrael de ſeruitute Aegypti ſaluos eduxerat, poſtmodum non credentes ac murmurantes, multipliciter perdidit. b Angelicos etiam ſpiritus, qui ſuam illam nobilem conditionem (in qua creati fuerant ab initio) non cuſtodierunt, ſed per ſuam ſuperbiam cœleſte domicilium, reliquęrunt, & manſiones glorioſas perdiderunt ſub caligine damnationis horrendæ in inferno vinculis a quibus nunq̄ abſoluentur alligatos. c tradidit in iudicium magni illius & horrendi diei reſeruandos, quando eorum damnatio publica confuſione, per iudicis ſententiam perfecte complebitur. d iuxta quem modum incolæ etiam Sodomæ & Gomorræ, ac ciuitatum finitimarum (e qui ſimili inobedientiæ modo beluino more, in extremā & peſſimā oīno fornicationē, cōtra naturæ inſtituta, deuenerunt, f ita vt ſequerentur per ardorem concupiſcentię carnem ſimilē, maſculi, maſculinam, fœminæ, fœmineam, commixtionis gratia) g poſiti ſunt a Deo in exemplum omnibus peccantibus, modo ſuſtinentes ęterni ignis pœnam, cuius ille temporalis ignis quo fuerunt temporaliter abſumpti, ſignū tantum fuit. h Simili perditionis mo-

modo.nihil dubium eſt illosquoq; per dendos forte, qui ſuam carnẽ luxurijs impudice commmaculant. & dominationem omnẽ fugiunt, ſubeſſe recuſantes ijs quib⁹ eos Deus ſubiecit, a Maieſtatem quoq; tam diuinam quem humanã, eorum qui ſunt in poteſtate cõſtituti, etiã blaſphemijs & maledictis in ſectantur. Quorum perditiſſimorũ hominum blaphemãdi audaciam. Michaelis archãgeli confundit exemplũ b Cum enim Michael archãgelus cũ diabolo diſputans, contẽderet de Moyſi corpore qđ hic reuelari ad seductionem filiorum Iſrael volebat ille autẽ occultari, ne ĩ eo peccarãt idololatria c Verebatur angelus, nec volebat diabolo conuitium inferre: tantum diſcebat cum modeſtia, citra onme maledictum: Arguat te De⁹ Satan, & ſuæ potentie te conpeſcat imperio. Et tantã quidem in loqendo reuerãtiã. angel⁹ diabolo Dei ſeruabat inimico. nullum vollens in Dei creaturam acerbius proferre maledictũ. d Ad vero impudẽtes iſti homines, de omnibus quæcunq; ſuo aĩali iuditio non intelligunt, peſſime & maledice loquũť. e Que vero ſcđz ſuã naturalẽ æſtiationẽ, & aniale iudicium capiunt quaſi bruta annimãtia. que ad ſenſus æſtimationem, ſine

carne quidẽ maculãt, dominationem autẽ ſpernunt.

a maieſtatem aũt blaſphemant.

b Cũ Michael archãgelus cũ diabolo diſputãs altercaretur de moyſi corpore.

c nõ eſt auſus iudicium ferre blaſphemię ſed dixit, imperet tibi Deus.

d Hi autẽ quæcunq; quidẽ ignorãt, blaſphemant.

e quæcunq; aũt naturaliter tanq̃ muta animalia norũt in his corrumpũtur.

a Vę illis qui in via Cain abierunt.

b & in errore Balaã mercede effuſi ſunt.

c & in contradictione Chorę perierunt.

d hi ſunt in epulis ſuis maculæ.

e conuiuantes, ſine timore, ſemet ipſos paſcentes.

f nubes ſine aqua:

g quę a ventis circũferuntur.

h arbores autũnales infructuoſæ bis mortuę.

i eradicatæ.

ratiõe agunt omnia. que: eis ſecundũ ſui iudicij cæcitatẽ: ræcta videntur, in his corruptæ & miſerabiliter ambulãt & pereunt. a Væ, væ, illis qui Cain peſſima exempla ſequntur, in inuidia & odio, ac homicidio viuentes: b & qui errorem auari Balaam inſequntur, auiditate mercedis effuſi ad illicita: c & qui animas ſuas perdiderunt imitantes exemplũ contra dictionis Chorę. qui Moyſi a Deo filiĳ Iſrael pręfecto, ſubeſſe recuſauit. d Hi ſunt in conuiuiis ſuis fœtidiſſime maculę, qui non ſolum ſeipſos ſed vniuerſos etiã cum ipſis conuerſantes ſua fœditate commaculant, e conuiuantes ac delitiantes, omni timore poſtpoſito. ſuã cutem egregie omni cura curantes. f Nubes: in altis quidẽ ambulantes, & magna a longe pollicentes, ſed ſine aqua. in quibus nichil eſt vere ſapiẽtie: nubes (inq̃) leues & ſteriles, g que ꝓinde ab omni motu concupiſcentię facile circumagitantur, atq; mouentur, h ſimiles arboribus autumnalib⁹ quę fructum nullum ferunt, virore & vigore perdito: duplici ratione morti obnoxiæ, tam ſecundum corpus q̃ ſecundum animã: atq; etiam quoniam poſt ſuſceptam ſpiritus gratiã, denuo ĩ priſtinos redierunt errores. i Qui extra

radicem ſunt charitatis, & timorem Dei (qui eſt radix & initium vere ſapientiæ) prorſus perdiderunt. a Sunt etiam ſimiles fluctibus & procellis feri maris, qui modo in altum ſe efferūt modo in infima rurſum decidūt: mox iterum ſe erecturi. b qui cum per ſuas blaſphemias multa maledicta proferunt, nihil niſi ſuas confuſiones euomunt, quæ cordis eorum immunditiam teſtantur, quemadmodum mare per ſuos fluctus ſpumam eijciens ſuā amaram atteſtatur ſalſedinem. c Sydera quoq; ſunt volantia ſiue errantia quæ loco certo nullo conſiſtunt, nullāq; loci habēt ſtabilitatē. d quibus tēpeſtas tenebrarū infernalium ſeruatur, quam ſunt in æternum experturi cum diabolo & angelis eius. e Ante vero multa tēpora, de huiuſmodi hominibus prædixit Enoch homo Dei, qui ab Adam, ſecūdum generationis ſeriē, ſeptimus ordine inuenitur, hūc in modū. f Ecce, inquit, veniet dominus cum milibus ſanctorum angelorum ſuorum, atq; cæterorum beatorum ſpirituum ad faciendum iudiciū contra omnes male agentes, g & ad corripiendum puniendumq; omnes impios, de oībus operibus malis, quæ cōmiſerunt dumviuerent, nec de ope

a fluctus feri maris.

b deſpumātes ſuas cōfuſiones.

c Sydera errantia.

d quibus procella tenebrarum conſeruata eſt in æternum.

e Prophetauit autem de his ſeptimus ab Adam, Enoch dicēs.

f Ecce veniet dominus in ſanctis milibus ſuis facere iudiciū contra omnes.

g & arguere omnes impios de oībus operibus impietatis eorū quibus impie egerunt.

a & de omnibus duris quę locuti sunt cõtra Deum, peccatores impñ.

b Hi ſunt murmuratores querulosi.

c ſecundum deſideria ſua ambulãtes, & os eorũ loquitur ſup biam mirantes perſonas quæſtus cauſa.

d Vos aũt chariſſimi memores eſtote verborũ q̃ prædicta ſunt ab apoſtolis domini noſtri Ieſu Chriſti.

e qui dicebant vobis quoniam ĩ nouiſſimis temporib⁹ venient illuſores, ſecundum deſideria ſua, ambulantes, in impietatibus.

f Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos.

g animales, ſpiritum non habentes.

h Vos aũt chariſſimi ſup. ædificantes voſ-

ribus ſolum, a ſed de omnib⁹ etiam verbis malis, quæcunq; loquuti ſunt impij peccatores contra Deum, ſiue blaſphemantes, ſiue extra eius præcepta loquẽtes. b Hi ſunt homines murmuratores aduerſum ſuperiores & in poteſtate conſtitutos, quærulosi, contra coæquales inter quos verſantur, c viuentes ſecundum carnalia ſua deſideria, qui ore ſuo loquuntur ſuperbiã, perſonaſq; per adulationem mirationem mirantur, laudant & prædicãt, lucri gratia. d Vos autem chariſſimi, ne forte horum peſſimis perſuaſionibus abducamini, ſemper memores eſtote verborum quæ ſunt vobis prædicta, ad cautelam venturorum temporum, a ſanctis apoſtolis Chriſti domini noſtri, e qui commonẽdo dicebant vobis, ꝙ in nouiſſimis temporibus vẽturi eſſent homines impoſtores & ſeductores, obſecũdaturi concupiſcentijs ſuis, in nequitijs & peccatis ſuis. f Hi ſunt, qui ſe a communi fidelium cœtu: atq; ſententia fidei catholicæ ſegregant, g homines animales ſui ſenſus tractum tantummodo inſequentes, in quibus non habitat ſpiritus ſanctusquoniam animales ſunt. h Vos autem chariſſimi: nolite aſſimilari illis, ſed ſuper fundamentum

ſanctiſſimæ fidei noſtræ, id eſt, communis & catholicæ, ſtudete voſipſos in ædificio ſpirituali & virtutum ſtructura facere conſummatos, a orantes in ſpiritu ſancto, qui docet quid oporteat orare, & adiuuat infirmitatē noſtram. b atq; ita voſmetipſos ſeruate in dilectione Dei. c expectātes per certiſſimam ſpei confidētiam, miſericordiam domini noſtri Ieſu Chriſti, per quam conſequamini in ſuo tēpore vitā æternam. d Et ex impijs hominib⁹, alios quidam qui iam propter ſuam obſtinationē iudicati ſunt arguite, ſuo proprio iudicio atq; etiā diuino reprobatos, & damnationi ad dictos. e Alios vero, qui illorum ſeductionibus ad malum pertracti forſitan extiterunt, ſed in obſtinata infidelitate dānati non ſunt, eiuſmodi, inq̃, omni ſtudio liberate, quaſi de incendio æterni ignis eos eripientes, cui iā addicti & deſtinati fuerant, niſi ad rectam fidem rediſſent. f Alijs quoq; qui quomodocunq; forſitam præoccupati aliquo delicto ceciderint, miſericordiam exhibete, ī ſpiritu lenitatis eos ſuſcipiētes: ī timore ſancto, g ne forte & vobis idipſum contingat, ſemper odio habentes veterem illam carnalium actionū maculatam tunicam,

metipſos ſanctiſſimæ noſtræ fidei.

a in ſpiritu ſancto orātes.

b voſmetipſos in dilectione Dei ſeruate,

c expectantes miſericordiam domini noſtri Ieſu Chriſti in vitam æternam.

d Et hos quidem arguite iudicatos.

e illos vero ſaluate de igne rapientes.

f Alijs aūt miſeremini in timore.

g odientes eam quæ carnalis eſt maculatā tunicam.

a Ei autem qui po• tens eſt vos conſerua re ſine peccato.

b & cõſtituerãt ante conſpectũ gloriæ ſuæ immaculatos in exul tatione,] in aduẽtu do mini noſtri Ieſu Chri ſti.

c ſoli Deo ſaluatori noſtro per Ieſum chri ſtum dominũ noſtrũ gloria & magni ficen tia,imperium & pote ſtas ante om̃ia ſęcula &nunc, & inomnia ſæcula ſęculorum.
Amen.

¶Finit Textus Epi• ſtolæ Canonicæ Bea ti Iudæ Apoſtoli.

& omnem corruptionem veteris ho• min is fugientes.. a Omnipotenti au tem Deo patri qui poteſt, & ſolus po• teſt, nos per auxilium gratiæ ſuæ ab omni peccato præſeruare. b & poſt bene tranſactam vitam,ante præſen• tiam ſuam in gloriam adducere, vt ſi ne omni macula & crimine, cũ pleno gaudio inueniamur in aduentu Chri• ſti ad iudicium. c Ipſi,nq̃,Deo patri præter quem non eſt ali⁹ ſaluator,ſit per Ieſum Chriſtum dominum noſtrũ gloria & magnificentia,imperium at• q; poteſtas æterna, ante omnia tem• pora,& nunc & iu omnia ſæcula ſæcu lorum.Amen.

¶Finit Elucidatio in Epiſto• lam Canonicam Beati Iudæ Apoſtoli.

¶Deo laus & gloria ſoli.

¶Opus celeberrimum de nouo Lu• tetiæ Impreſſum, in fauorem totius ſtudioſorum cœtus editum Anno do mini. 1532.

Н.А. Рашида